

CASTELL ROS Y MEDRANO, Diego

Tractatus de arbitrio huma-
no lapsus pars secunda... / au-
thore Didaco Castell Ros et Me-
diano... — * Compluti: Apud

Franciscum García Fernández..., 1697

R-828

TRACTATUS

DE ARBITRIO HUMANO

LAPSO

PARS SECUNDA,

SEV DISPUTATIO VNICA.

DE CONCORDIA LIBERTATIS A NECESSI-
tate consensus salutaris, cum gratia, quæ præuenit
adiuvando distincta ab ea, quæ præve-
niendo excitat.

EMINENTISSIMO DOMINO

D. LVDOVICO EMMANVELI CAR-
dinali Portocarrero, Archiepiscopo To-
letano, &c. Dicata.


AUTHORE

Dre. D. DIDACO CASTELL ROS, ET MEDRANO;
in Complutensi Academia, Theologorum Collegij olim
Togato, Magistralis Ecclesiæ Canonico, quondam The-
saurarij, nunc Scholastici Dignitate Insignito; Cathedram
Theologiæ principalem Primariam Sancti Thomæ actu
Regente, post alias quatuor, vnam Philosophiæ, cæteras
Theologiæ viginti duo ab hinc annis continuo modera-
tas; Regij, & Supremi fidei Senatus Qualificatore ex
munere, & à Secretioribus Consilijs, Toletanæ
Diocesis Synodali Examinatore, &c.

CVM PRIVILEGIO.

Compluti: Apud Franciscum Garcia Fernandez, Typo-
graphum Vniuersitatis, Ann. 1697.





EXCELLENTISSIMO PRINCIPI,
 ATQUE EMINENTISSIMO DOMINO.
 D. LUDOVICO EMMANVELI
 PORTOCARRERO.

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Titulo Sanctæ Sabine Cardinas
 li, Archiepiscopo Toletano, Hispaniarum Primate,
 Castellæ supremo Chancellario, à Consilio
 Status, &c.

L Auri, & Olivæ Sylvas in medio rubri maris Lib. 23. 04
 Virentes Plinio testanti credet, qui in 25.
 sua,

tuæ, Eminentissime Princeps, purpuratæ magnificentiæ abyssum, vel leviter oculos coniecerit: adeo quippe frondet in miseros pietatis tuæ benefico gurgite irrigata oliva tot in te lauri prominent viridantia in studiosos expandentes folia, ut iam non aridam humum, sed amœnissimam videantur terere sylvam, qui vaculi tui, cœu floridæ virgæ ductum sequentes in promissam quærentibus sapientiam properant: nec enim sicco tantum pede vastissimas undas percurrunt, sed quasi per campum de profundo nimio germinantem deliciantur.

Profluentissimam hanc beneficentiam cum plurima possent testari, prædicat clarissime tua hæc, Eminentissime Princeps, & nostra Magistralis Ecclesia Complutensis, quæ non solum tuis firmiter fulta subsidijs, tuis largissime ditata donis; verum noviter tuis promptissime subsidijs reparata ab imminente liberatur ruina. Hæc tanti baculi, & virgæ solamini innixa, nusquam ita experta est viridasse suorum tutelarium Martyrum gloriam, quorum triumphali cruore congregatio aquarum à qua Complutum, in mare transformata rubrum, habet suum quoque laudabilem campum qui quasi de profundo nimio germinans innumeris fere Minervæ, & Appollini sacris arboribus frondeat. Nec in his sistit tantæ munificentia ostēsa copia, sed quod frequentissimum est, ipsum quoque Academiæ Complutensis lyceum pulverem nec sterilem patitur, nec iuvicundum; cum enim baculus tuus, Eminentissime Princeps, ex
pal-

palma sit, ex palma quidem illa, quæ ex tot Do-
minationum nobilissima stirpe prodiens, ipsoque
pondere victrix, caput inter nubila condit; cum
ex procera (inquam) sit palma, & fessis umbram,
& debilibus scutum; & militantibus gladium, &
egenis alimentum, & strenue denique decertanti-
bus exhibet coronam, & triumphum; ex palma
denique posita inter Cherub & Cherub, ut quor-
cumque Doctor se vertat, palmam inspiciat, quæ
se protegat, & optatam metam attingat.

Ezech. 4.

Superessent hæc, ut quisquis in huius Miner-
vicæ Palestræ stadio cursurus lampadem accendit,
aut accensam sumit, non alibi, quam sub gratissi-
ma tuæ Dominationis umbra suos labores repo-
neret: sed præter hæc, & si maxima, specialiora me
obstringunt beneficia, ut tibi, Eminentissime Prin-
ceps, debeatur, nec aliam ambiat protectionem
hic meus quali cumque labor, quem, te innuente
inceptum, modo annuente prosequor, & faven-
te, in designatum perducere finem non diffido.
Præter Canonici, & Thesaurarij honores, quibus
tua me eximia liberalitas olim prævenit, scholas-
ticæ noviter Dignitatis in eadem Magistrali Ec-
clesia Complutensi munere indefessa beneficen-
tia priora beneficia cumulavit. Quomodo ergo, si
beneficiū beneficiū vocat, gratitudo gratitudinē
non vocaret, & debito amplexu non neciteret?
Conarer ne contra ictum fluvij Divinam despi-
ciens sententiam, & alio dirigerem fluentia hæc,

Eccles. i. r.

Ad

*Virg. 1.
Eclog.*

Ad rubrum mare, seu potius ad amantissimam
sylvam, in qua palma eminet, lauri, & olivæ triū-
phalibus ramis intexta, festivo, nec minus procli-
vi cursu fluviolus iste festinat, nec eo tendit con-
natus iste, ut in palmam ascendat; satis est, si salu-
tetur ripam, & sub solio, unde tanta prominet ar-
bor, iaceat, ut sub illius umbra requiescat. Nec hu-
miles despicit Myricas laurus, nec semel visa sunt
lenta Viburna (si vati credimus) inter proceras
frondere cupressos: Quid ni ergo sub palma froni-
deat, quod aliter frondere nequit, nisi sub palma?
Maneat ergo exilis opellæ huius ramus sub Emi-
nentissima tuæ Dominationis proceritate prote-
ctus, sic enim poterit vigere securus. Interim
Deum enixe rogo, ut Dominationem tuam in Ec-
clesiæ, & Hispaniæ communi commodum inco-
lumen seruet.

Tuæ Eminentia

Addictissimus, atque obsequen-
tissimus servus.

Doct. D. Didacus Castell Ros,
de Medrano.

Su-

Suma de las licencias, y tasa.

Tiene el Autor todas las licencias necesarias; y los Señores del Real Consejo tassaron este libro à seis maravedis cada pliego, como consta del testimonio que diò Domingo Leal de Savedra en 15. de Março de 1697.

Suma del Privilegio.

Tiene Privilegio del Rey nuestro Señor el Doctor Don Diego Castell &c. para poder imprimir este libro, intitulado: *de Arbitrio humano, lapsus &c.* por tiempo de diez años, lograues penas, para que ninguno le pueda imprimir, ni vender sin su licencia. Dado en Madrid à 14. de Octubre de 1689. ante Don Eugenio de Marban y Mallea. Y los Señores del Real Consejo se sirvieron de estender este Privilegio para las dos partes de dicho tratado, por el espacio de otros diez años; como consta por testimonio de Domingo Leal de Savedra, Dado en Madrid à 15. de Março de 1697.

Errata sic corrige.

Pag. 1. lin. 14. violenter, leg. violenter. Pag. 1. lin. v. scellatrix, leg. elator. Pag. 5. lin. 20. extinctum, lege extinctum. Pag. 19. lin. 25. libertate, leg. libertatis. Pag. 23. lin. 8. Dialecti, leg. Dialectici. Pag. 24. lin. 29. Si, leg. ut. Pag. 38. lin. 22. Augustinus, leg. Augustinus. Pag. 42. lin. 23. aluum contero, leg. album congero. Pag. 46. lin. 18. quam, leg. quem. Pag. 47. lin. 2. pueris, leg. pueros. Pag. 66. lin. 28. aut, leg. haud. Pag. 84. lin. 14. inclinabiliter, leg. indeclinabiliter. Pag. 121. lin. 9. libera, lege libero. Pag. 136. lin. 5. mis, leg. mai. Pag. 160. lin. 13. De, leg. Dei. Pag. 281. lin. 19. victum, leg. vincum. Pag. 306. lin. 14. constitus, leg. constitutus. Pag. 387. lin. 3. data, leg. data.

Alia levia sunt, & à lectore facile corrigi poterunt.

Correspondet demptis erratis suo originali. Matrini die 24. mensis Martij, Anno D. 1697.

Lic. D. Simon de Olivares;

¶ Valcazar.



T R A C T A T V S
DE ARBITRIO HUMANO LAPSO,
 à necessitate libero ad consensum saluta-
 rem à Deo per gratiam prævenientem
 excitato, & adiuto.

PARS SECUNDA,

Seu disputatio vnica.

**De Concordia libertatis à necessitate consensus sa-
 lutaris cum gratia, quæ adiuuando præuenit
 distincta ab ea, quæ præueniendo
 excitat.**

QVÆSTIO PRIMA.

Utrum gratia sit cum libertate consensus salutaris concilianda ex eo, quod non cogat violenter voluntatem, sed suauiter ei velle tribuat?

SECTIO PRIMA.

Gratiam præuenientem non pugnare cum libertate consensus salutaris, est veritas de fide contra Pelagium, & Calvinum.

Pelagius infestissimus capitalisque gratiæ Christi hostis, & superbus ellatrix humani
 A
 arbi-

arbitrij necessitatem gratiæ Christi ad actus salutarẽ blasphemẽ negare ausus fuit: & vt invidiam Catholicorum caui. Ise effugeret, omnes insidias coluber ille Britanus latebris, & cauillationibus se occultans caute tentauit, quas Magnus ille Ecclesiæ Pater, & Sanctissimus Doctor Augustinus (qui, vt Ecclesia canit, *post Apostolos secunda dispensandi verbi Dei primus refulsit gratia*) deuellauit mirifice, & Pelagianæ dementiae triumphator egregius gratiam Christi mentem illius inflammantem, & accedentem voluntatem apprime suis discaribus demonstrauit. Pestifero enim sermone Pelagius euomuit in quo igitur liberum habemus arbitrium, & Dei in nos gratiæ custoditur, sine ambulare quidem absque Deo possumus facere?

Pelag. in Persona Critobuli apud Hieron. lib. 1 ad vers.

Pelag. in principio.

Aug. de gestis Pelagij cap. 18.

2 Celestius, & Iulianus, in horrendo crimine scotij, peruersum, & funestum Pelagianæ hæresis principium amplexerunt, asserentes, *Non esse liberum arbitrium, si Dei indiget auxilio, quoniam in propria voluntate uniuscuiusque est facere aliquid, vel non facere.* Quod fuit in Synodo Palestina primum ab ipso adhuc Pelagio ficto corde damnatum, ne ipse à Patribus Orientalibus anathematizaretur.

3 Pelagius autem inter calumnias, quibus sæpius pulsauit Augustinum, & Catholicos Manichæismi reos esse vociferabat, quasi libertatem extinguerent, quia Diuinam gratiam prædicarent. Ita conqueritur Magnus Pater Pelagianos alloquens, *Vobis tam malitosum venenum antiqui serpentis irrepit, vt & Catholicos horrore Manichæi nominis infamatis; Ita etiam apud D. Hieronimum deblaterat Pelagius, Hoc doleo, cur viri Ecclesiastici, & qui Magistros sibi usurpant vocabulum, tollant liberum arbitrium, quo sublato Manichæorum secta conseruitur.*

D. Aug. contr. Iulian. lib. 6 c. 9.

D. Hier. lib. 3. ad. con. Pel.

4 Pelagiani etiam erroris alumni à peruerso Magistro sicut hæresim, ita, & maleuicentiam mutuarunt, vnde de Iuliano conqueritur Augullinus, quod Catholicos fingebat esse Manichæos, vt destructores esse arbitrij minus cauti, vel minus eruditi crederent, quos non præcipitantes arbitrium gratiam Saluatoris ad iuste viuendum exactam prædicabant, & ita eleganter edisserit Iuliano respondens: *Manichæos appellat Catholicos, more illius Iouiniani, qui ante paucos annos hereticus novus, Virginitatem Sanctæ Mariæ destruebat, & Virginitati Sacra nuptias fidelium coequabat. Nec ob aliud hoc obijciebat Catholicis, nisi quia eos videri volebat accusatores, vel damnatores esse nuptiarum.*

Aug. contra
tr. 2. ep.
Pel. lib. 4
cap. 2.

5 Lutherus, & Calvinus dum Pelagianæ dementiæ hostes finguntur extollendo gratiam, Manichæorum hæresim suscitauerunt liberum hominis arbitrium auferendo, quod esse *ficmentum in rebus, rem de solo titulo, immo, & titulum sine re, & Sathanæ Magistro in Ecclesiam venisse deblaterarunt.* Blasphemæ etiam Catholicos Doctores Pelagianismi reos vociferabant. Sic euomit illos alloquens nouus ille Aquilonis Appollo: *Desistite queso ab hac insania miserimi Pelagiani, si liberum arbitrium in gratia peccat, & in sanis aduersus gratiam, sicut cogimur omnes sentire, & queruntur Apostolus, & omnes Sancti; certe contra omnem sensum est, vt extra gratiam probrum sit, & ad absentem se paret, quam presentem odit, & prosequitur.* Vbi Manichæorum errore seductus commertium cum Pelagianis falso catholicis criminatur; quia affirmant liberum arbitrium posse ad gratiam præparari, manifesteque alucinatur, dum Apostolum, & Sanctos conqueri de libero arbitrio supponit, solum *nam de carnis fomite sæpe queruntur.*

Luth. ar.
36. ad
Leon.

Luth. ubi
sup.

Apost. ad
Rom. 7.

D. Th. o-
pusc. 3. c.
3.

D. Thom.
opusc. 3.
c. 2.

6 Vbi notare placet, quam recte admo-
nuit D. Thomas, quod hæretici, dum ab vno errore
se discedere conantur in alia simili impietate depre-
henduntur; audiamus Sanctum Doctorem ita edo-
centem: **¶** Dū enim aliquos errores vitare voluerū,
inciderunt in errores cōtrarios. Sic Arrius dum vitare
voluit errorem Sabellij confundentis Sanctæ Trini-
tatis Personas, incidit in errorem contrarium, vt dicitur
videret Deitatis essentiam; similiter Euthices dum vitare
re voluit errorem Nestorij diuidentis in Christo Per-
sonam Dei, & hominis, contrarium errorem insti-
tuit, vt confiteretur vnam esse Dei, & hominis natu-
ram. Sic etiam dum aliqui vitare volunt Origenis
errorem ponentis omnes pœnas post mortem pur-
gatorias esse, in contrarium prolabantur errorem, vt
dicant nullam pœnam post mortem purgatoriam
esse. Sancta vero Catholica, & Apostolica Ecclesia
inter errores contrarios media lento passu incedit. Si-
cut enim distinguit Personas in Trinitate contra Sa-
bellium, & tamen in errorem Arrij non declinat, sed
vnam tantum confitetur Personarum essentiam, in
Incarnationis vero misterio è conuerso naturas dis-
tinguit contra Euthicem, nec tamen cum Nestorio
Personam separat, sic, & in statu animarum post mor-
tem pœnas quasdam purgatorias confitetur, eorum
dumtaxat, qui de hoc sæculo absque peccato mortali
cum charitatis gratia decedunt, sed qui cum peccato
mortali decedunt, cum Diabolo, & Angelis eius ater-
no confitetur supplitio cruciandos. **¶**

7 Hæreticaque astutia, dum peruersum
Dogma seminare intendit, veritatis Catholicæ defen-
soribus hæreticorum nomen falso imponit, vt ini-
mici fidei lateant, & simplicibus persuadeant pro ca-
tholica veritate auxilium exposcere; *Nil aliud ni-*

veritas nisi ut horribili haeresi obiecta, cuius se adversarios esse confingunt, lateant inimici gratia in laude natura; ut de Pelagianis praemonuit Augustinus.

8 Ideo Pelagiani Catholicos esse Manichaeos fingebant; Lutherani, & Calvinistae Pelagianorum nomine catholicos infamant: Veritas vero catholica simul detestatur utrorumque peruersa Dogmata damnat Pelagianos, quin admittat Calvinistas, anathematizat Pelagium, Iulianum, Celestium, Faustum, Casianum, & similes pestes, simulque detestatur Manichaeos, Astrologos, Vvicesistas, Lutheranos, & Calvinistas, nam illi veram gratiam Christi negant, ut liberum arbitrium propugnent; isti praetextu defendendi Christi gratiam liberum arbitrium hostiliter impugnant. Catholici vero nec ad leuam, nec ad dexteram declinantes medium obseruant tramitem, nec liberum arbitrium sanum post peccatum admittimus non ita, *Laudantes opus creat oris, ut misericordiam auferamus Redemptoris* redarguendo Pelagium: Nec esse post peccatum extinctum, aut amissum, quia *spiritum adiuuare infirmitatem nostram* fatemur, ut oppugnemus Lutherum. Pelagius extollit arbitrium, ut sine adiutorio gratiae possit peccata vitare; Lutherus, arbitrium necessario peccare, & non nisi ad peccandum valere, arbitratur. Veritas tamen catholica utrumque redarguit, edocens, liberum arbitrium non necessario peccare, licet sine adiutorio gratiae non possit peccata vitare.

9 Sed Augustinus gratiae Christi, & Ecclesiae gloriosissimus defensor, sic praecauet ne audiantur a simplicibus Pelagiani, quia nimis anxie detestantur Manichaeos; quod eque conuincit, non esse admittendos Calvinistas, quia aduersantur Pelagianis: Sic licet diffuse, eleganter edocet Magnus Pater: Non in

Aug. lib. 3

2. ad Bo.

nifatium

in princ.

Aug. 2

Bonif. lib. 4

1. c. 4.

Ad Rom. 8.

*Aug. lib.
12. contr.
duos ep.
Pelag. c.
1.*

eis (Pelagianis scilicet) quæ constat esse catholica præprehenduntur, atque damnantur. Impietatem quippe Manichæorum nimiam, stultam, & noxiam non solum fides Catholica detestatur, verum etiam hæretici omnes, qui non sunt Manichæi, unde, & isti Pelagiani hoc benefaciunt, Manichæis anathema dicere, & eorum erroribus contradicere. Sed faciunt duo mala, quibus, & ipsi anathematizandi sunt: vnum, quod Catholicos Manichæorum nomine criminantur: alterum, quod etiam ipsi hæresim noui erroris inducunt. Neque enim, quia Manichæorum morbo non laborant, propterea fidei sanæ sunt. Non vnum pestilentia, est genus, quemadmodum in corporibus, ita, & in mentibus. Sicut ergo medicus corporis non continuo pronuntiasset à mortis periculo liberum, quem negasset hydropicum, si alio lætali morbo perispexisset ægrotum: ita istis non ideo veritas gratulatur, quia Manichæi non sunt, si aliò genere perversitatis insaniant; quapropter aliud est, quod anathematizamus cum eis, aliud quod in eis. Detestamur enim cum eis, quod recte displicet etiam ipsis, ita tamen, vt detestemur in eis, unde recte displicent ipsi.

*Aug. ubi
sup. c. 2.*

10 Prosequitur M. Pater idem assumptum ita dilucide demonstrando, Desinant itaque Pelagiani Catholicis obiectare, quod non sunt, nec ideo se velint haberi amabiles, quia odioso Manichæorum aduersantur errori, sed merito se agnoscant odibiles, quia suum non aduersantur errorem. Possunt enim duo errores inter se esse contrarij, sed ambo sunt detestandi, quia sunt ambo contrarij veritati. Nam si propterea sunt diligendi Pelagiani, quia oderunt Manichæos, diligendi sunt, & Manichæi, quia oderunt Pelagianos. Sed absit vt Catholica Mater propter al-

alterorum odium, alteros eligat amare, cum monente, atque adiuvante Domino debeat utrosque vitare, & cupiat utrosque sanare. ¶ Tanta Augustinus, O si Ianseniani, qui Augustini Discipuli vociferantur non velent haberi amabiles, quia odioso Pelagianorum adversantur errori, & merito se agnoscerent odibiles, quia suum non auerfantur errorem?

II Quam friuola, & perniciofa sit intentio eorum, qui dum errorem inducere molliuntur, contrarium errorem detestare, & expugnare iactant; Pontifices Summi passim observant: Audiamus S. Leonem Maximum huius nominis primum, sic eleganter reiicientem hanc Euthicianorum vanam excusationem. ¶ Quamvis quod multum dolemus quidam adhuc, (sicut sermo indicat nuntiorum) tenebras suas diligant, & cum ubique diei splendor exortus sit, etiam nunc cæcitatibus suæ delectentur obscuro, & perditâ fide, solo, & vacuo remanserint nomine Christiani, non habentes intelligentiam, qua errorem ab errore discernant, & blasphemiam Nestorij ab Eutichetis impietate distinguant. Nec enim ideo excusabilis videri aliqua eorum falsitas potest, quia ipsi sunt in sua perversitate contrarij. Nam cum Nestorium Eutichetis discipuli detestentur, & Eutichetem anathematicent Nestorij Sectatores; Catholicorum iudicio pars utraque damnatur: & ambæ simul hæreses à corpore Ecclesiæ refecantur, quia neutra falsitas nobiscum potest habere concordiam. Nec interest quo sacrilegio ab incarnationis Dominicæ veritate discordent, dum id quod prauissime sentiunt, nec auctoritas Euangelij, nec ratio recipiat Sacramenti. ¶ Recte Caluini, & Iansenij alumni detestantur Pelagium; recte Pelagij sectatores anathematizant Calvinum, sed neutra eorum falsitas cum catholicis potest

S. Leo episcopus
62. ad
Maximianum
antiochenum
episcopum

8 Castell. De Concord. Libert.

est habere concordiam, quia non interest, quo sacris lego errore à veritate discordent, si id quod prauissime sentiunt Authoritas Ecclesiæ damnat.

Innoc. 3.
in conc.
Lath. &
refertur
in c. exco-
muni. ex-
tra de He-
ret.
Aug. ad
Bon. lib. 4
c. 4.

12 Sed quam recte admonet Innocentius 3. quod Hæretici, licet *habeant dissimiles facies, habent caudas ad invicem colligatas*: Pelagiani enim, & Calvinistæ in multis colligantur, ut Orthodoxorum fidem oppugnent: licet inter se pugnantes facie videantur, ut aliorum error ex oppositione cum alio simplicium voluntates fallaciter decipiat: Et ut increpabat Pelagianis Augustinus asserendo: *Vobis tam malignosum venenum antiqui draconis irrepsit, ut & Catholicos horrore Manichæi nominis infametis, & Manichæos peruersitate vestri dogmatis adiuuetis*: ita Calvinistæ Catholicos horrore Pelagiani nominis infamant, & Pelagianos peruersitate sui Dogmatis adiuuant: inspicite enim qualiter Pelagiani habent caudas colligatas Calvinistis, & Lutheranis.

13 Conveniunt 1. Pelagiani cum Calvinistis in reiicienda concordia gratiæ vere præuenientis cum libertate salutaris consensus, & cum illi inimici gratiæ libertatem extollunt, & libertatis offores gratiæ efficaciam nimium exaltant, in funesto illo principio *non est liberum arbitrium, si Dei præuenientur auxilio amico federe coniunguntur.*

Faustus
lib. 1. de
arb. c. 11
Cassianus
collat. 13
c. 14.

14 Principium enim illud in quo sacrilega Pelagiana hæresis innititur; magnificat Faustus semi Pelagianorum Antesignanus, dum ita disputat. *Igitur dum liberi interemptor arbitrii in alterutram partem omnia ex prædestinatione statuta, & definita esse pronuntiat: etiam suprema remedia pœnitentiæ sensu abrupta impietatis euacuat*: Eodem fine disputat Cassianus, dum asserit de fide Centurionis: *Nullius suum laudis esset, aut meriti, si id in eo Christus, quod*

ipse donaverat prætulisset, de quo fundamento insurgit ita elloquens D. Prosper: *At exigua conclusione pene totum tu Pelagianum dogma confirmas.*

15 Similiter opponunt Lutherus, & Calvinus, ut eandem concordiam libertatis nostræ cum vera præueniente gratia oppugnent: Evomebat enim Lutherus: *Cor regis in manu Domini, quocumque voluerit inclinabit illud. Vbi ergo est liberum arbitrium? signum est penitus, eodem fine ita insurgit Calvinus: Pronuntiat Christus efficacem esse Spiritus Sancti gratiam, qua trahuntur ut necessario credant. His prorsus evertitur tota liberi arbitrij potestas, quam sibi somniant Papistæ: Videte Calvinistæ quomodo perveritate vestri dogmatis Pelagianos adiuvetis.*

Luther. in
assert. ar.
36.

Calv. in
c. 6. Ioan.

16 Secundo habent caudas colligatas, quia veram gratiam excitantem tam Pelagiani, quam Calvinistæ sacrilege denegarunt: De Pelagianis hoc expresse edocet M. Pater, ita edisserens: *Vos autem in bono opere sic putatis adiuvari hominem gratia Dei, ut in excitanda eius ad ipsum bonum opus voluntate, nihil eam credatis operari: & ex libertate, quam extollendo præcipitabant, Deum non præuenire excitando ad opus bonum colligebant: itaque disputabant: voluntas est libera; ergo nihil operatur gratia excitando voluntatem ad opus bonum. Vbi ex antecedenti vero per malam logicam consequens hæreticum inferebant. Calvinus etiam gratiam excitantem ad opus bonum voluntatem stolidè denegavit: ut alibi fuisse demonstravi, & cum gratiam internam sufficientem reiiceret gratiam excitantem non potuit agnoscere: sufficiat Malderus Episcopus Auerpientis, sic edisserens, Nullam esse gratiam exci-*

Aug. lib.
1. ad Bo-
nif. c. 19.

t. 1. fol.
10 & f. 1.
438.

Mad. in
I. 2. q.
111. art.
3. d. 4.

Calu. lib.
2. in. st. c.
3. ff. 10.

*citantem, quæ non sit efficax, effectumque habent
coniunctum docuit Calvinus. Ex peruerſoque erro-
re libertatis extinctæ conſequenter licet Stolidè col-
legit nullam eſſe gratiam pure excitantem, quia fruſ-
tra excitatur moraliter ad agendum, quod ſine liber-
tate operatur, & ideo bruta minime excitantur mor-
raliter ad agendum, vnde ſic diſputat Calvinus: v olun-
tas non eſt libera; ergo non eſt gratia præueniens ip-
ſam excitando moraliter ad opus bonum: vbi ex an-
tecedenti Hæretico cum bona logica conſequens Hæ-
reticum inferebat.*

17 Tertio caudas obtinent colligatas Pela-
giani, & Calvinistæ in expugnando gratiam coope-
rantem: Sic enim apud Hieronymum euomit Pela-
gius, *Si in omnibus ille cooperatur, non eſt meum, ſed
eius, qui adiuvat, imò qui in me cooperatur præſer-
tim cum abſque eo facere nihil poſſim. Vbi ex eo,
quod opus eſt meum ex arbitrij libertate, inferit Deum
non cooperari in me per gratiam: vnde ex antece-
denti vero per malam logicam conſequens hæreti-
cum inferebat.*

18 Calvinus etiam expreſſe gratiam coo-
perantem cum Pelagianis negauit: Non quia volun-
tati negaret cum Lutheri ſtultiſſimo errore influxum
activum in opera bona ſic enim controuerſiam cum
catholicis proponit Peſiferus Hæreſiarcha: *Non
hoc queritur: Agat ne voluntas, quod extra dubium
eſt; ſed agat ne à ſe ipſa, an pro modo Diuina actio-
nis? Quis enim nescit per voluntatem fieri, ut velit
homo? ſed quia negabat voluntatem à ſe moueri, &
determinari, cum nullum opus bonum in ſuo Domi-
nio, & potestate habere, ſed vnice à gratia moueri, &
determinari deliraret: Hanc fuiſſe Calvini demen-
tiam ex Doctiſſimis Scriptoribus deſumpti alibi re-
la-*

Hier. lib.
1. aduerſ.
Pelag.

Calv. a-
pud Ca-
meraciu
de lib. ar.
c. 5. ff. 2.

latis: Nunc adduco euidentia Caluini testimonia: primum sit, dum flagitiosus Heresiarcha versat illud Ioannis *sine me nihil potestis facere*, & sic aduersus Catholicos insurgit: *Papista hanc sententiam non extenuant modo, sed enervant, imò potius eludunt. Et si enim verbo tenus fatentur, nos sine Christo nihil posse, aliquid tamen facultatis suppetere nobis somniant, quod per se quidem non sufficiat, sed Dei gratia adiutum cooperetur. Vbi ut clare vides somnium putat facultatem nostram adiuuari, ut Dei gratia cooperetur. Pergit ita euomens: Palmes (inquit Christus) nullum fructum habet à semetipso. Ergo non tantum cooperantis suæ gratiæ auxilium hic commendat, sed nos penitus priuat omni virtute, nisi quam supeditat ipse nobis. Ergo hæc particula *sine me*, sic resolvi debet, non nisi *ex me*. Vbi clare conspicitur gratiam cooperantem reijcere, quia asserit bonum opus vniue esse ex determinatione gratiæ, & non etiam ex determinatione nostra.*

19 Amplius confirmo hanc fuisse Caluini peruersam opinionem ex alio testimonio à Bellarmino adducto, ubi sibi opponens illam Pauli sententiam: *Plus omnibus laboravi, non autem ego; sed gratia Dei mecum*, ita illam illudit. Non enim gratiam Domini secum laborasse scribit Apostolus, ut se consortem laboris faciat. Nam si ad verbum reddas, non ego, non dicit gratiam sibi fuisse cooperatricem, sed gratiam, quæ sibi aderat, omnium fuisse effectricem. Audi Caluinum negantem gratiam fuisse Apostolo cooperatricem.

20 Quo tamen sine gratiam cooperantem abstulit Caluinus, ex ipso manifeste colligitur, ne scilicet operam perderet, dum liberum arbitrium extinctum, & non tantum infirmum sustinebat: sciebat enim

tm. 1. fol. 13.

Ioan. 15.
Calv. lib. 2. inst. c. 3.

Bellarmino
lib. 6. de
lib. arb. c.

10.
Paulus 1.
ad Cor.

15.
Calv. lib. 2. inst. c. 3.

11. 12.

Aug. lib.
2. de pec-
cat. mer.
c. 5.

August.
tract. 4 in
Ep. Ioan.
col. 4.

August.
serm. 13.
de verbis
Apost.

eain Augustinum sæpius demonstrasse contra Pela-
gianos cum libertate, & Dominio nostro non pug-
nare gratiam adiuvantem, & cooperantem, potius-
que ex gratia adiuvante, & cooperante libertatem de-
duci: Non enim cooperatur, aut adiuvatur, nisi quod
ex sua determinatione, & dominio agit licet adiuto-
rio indigeat: Decretoria enim fuit Augustini senten-
tia, *Liberum arbitrium non tollitur, quia iuvatur, po-
tius iuvatur, quia non tollitur*, & hoc innixus fun-
damento sæpius Pelagianos confundit: ita enim dis-
putat: *Adiutor noster Deus dicitur: neque adiuvari
potest nisi qui sponte conatur; quia non sicut in la-
pidibus insensatis, aut sicut in eis, in quorum natura,
rationem; voluntatemque non condidit, salutem nos-
tram Deus operatur in nobis, & alibi: Si dicis adiu-
tor meus esto, aliquid agis, nam si nihil agis, quomodo
ille adiuvat. Et alibi: Prorsus hoc credite, sic vos age-
re bona voluntate, quia invitis utique agitis. Non e-
nim adiutor est ille, si nihil operamini. Cum ergo
voluntatem ex sua determinatione, potestate, aut Do-
minio agere, & operari denegaret Calvinus volun-
tatem cooperari gratiæ, & adiuvari à gratia hæretice
renuit; quod enim agit, ut pure motum, & determi-
natum non cooperatur mouenti, sicut calamus, nec
cooperatur, nec adiuuatur adscribendum, sed pure
mouetur, ut litteras active pingat: Itaque disputat Cal-
vinus: Voluntas licet velit, & agat est pure determi-
nata ad agendum, quin habeat actionem in suo Do-
minio, & potestate, cum libera non sit; ergo gratia
nec adiuvans, nec cooperans est, sed pure volunta-
tem mouens: unde cum bona logica: consequens
hæreticum, ex antecedenti hæretico deducebat.*

21 Pelagiani ergo, & Calvinista inter se
facie pugnant ex diuersis principijs in peruersis
Dog-

Dogmatibus uniti Catholicam proacaciter oppugnant
 Ecclesiam, sed portæ inferi non præualebunt adver-
 sus eam; Sacrosancta enim Tridentina Synodus vai-
 co icu omnes has hæreses anathematis fulmine per-
 cussit, declarans: *Liberum arbitrium motum, & ex-*
citatum cooperari assentiendo Deo excitanti, ita ut
possit dissentire. Vbi liberum arbitrium esse conci-
 liandum cum gratia, à gratia excitari, ut gratiæ coo-
 peretur simul definiuit.

Trident.
 sess. 6. de
 iust. can.
 1.

Orthodoxique Patres nostræ Religionis perni-
 tiosos hostes dilringere, & absumere intendunt, dum
 gratiæ Christi præuenientis opera salutaria necessi-
 tatem, cum libertate nostra conciliant.

22 Sit primus inter illos M. P. Augustinus ita
 edisserens: Est igitur liberum arbitrium, quod quisquis
 esse negauerit, catholicus non est; & quisquis sic esse
 dixerit, quod sine Deo bonum opus, idest, quod ad
 eius Sanctum propositum pertinet, nec perficere, nec
 incipere possit, Catholicus est. Vnde suppliciter de-
 precatur, quod Deus eum liberet ab utroque pestife-
 ro errore Pelagiano, & Manichæo; & exinde à Lu-
 therano; Lutherus enim, ut ait Senonense Concilium,
 dum nimie effugit Pelagiū factus est Manichæus: sic
 eleganter afflatur. Quosdā nimia voluntatis suæ fi-
 ducia extulit in superbiam, quosdam nimia volunta-
 tis suæ diffidentia deiecit in negligentiam: illi dicunt,
 ut quid rogamus Deum, ne vincamur: tentatione,
 quod in nostra est potestate? Isti dicunt, ut quid con-
 namur bene viuere, quod in Dei est potestate? O Do-
 mine, o Pater, qui est in Cælis, ne nos inferas, in quem
 libet istarum tentationum, sed libera nos a malo!
 Quasi Augustinus ita disputet: bene viuere est in nos-
 tra potestate; alias negligentia bene viuendi posset
 iuste excusari: sed Deus præuenit per gratiam, ut bene

Aug. 3.
 Hipogno-
 tic. contr.
 Pelag.

Conc. Sen.
 decret. 15
 de lib. ar-
 bit.

Aug. ho-
 milia 53
 super Ioã
 n.

viuamus, alias superba elatio, & nimia fiducia bonæ vitæ in voluntate nostra, non posset iuste increpari; ergo recte conciliatur bene viuere esse in nostra potestate, & libertate, & quod Deus nos præueniat per gratiam, vt bene viuamus.

Aug. lib.
2. cont. 2.
ep. Pelag.
c. 1.

23 Magnus Parens alibi ita afflatur: *Nihil in scripturis Sanctis homini à Domino video inueniri propter probandum liberum arbitrium, quod non inueniatur, vel dari ab eius bonitate, vel posci propter adiutorium gratiæ demonstrandum.* Ergo quod nobis à Deo præcipitur, Deo exposcimus, quia à Deo donatur; sed ex præceptis libertas nostra conuincitur, nulli enim præcipitur, nisi quod habet in potestate; & ex oratione necessitas gratiæ demonstratur: Non enim (ait Magnus Parens) poscerentur à Deo, quæ præcipit fieri, nisi ab illo donarentur vt fierent. Ergo sicut conciliatur Deum præcipere, & ipsum; quod præcipit ab ipso exposcere, componi debent, & nos libere agere, & à Deo per gratiam donari, quod agimus.

Aug. de
Prædest.
Sanct. c.
14.

24 Alii er infargit Augustinus sua vulgata sententia: *Si non est gratia quomodo saluat mundum? Si non est liberum arbitrium quomodo iudicat mundum?* Quæ ita transcripsit D. Bernardus: *Tolle liberum arbitrium non erit, quod saluetur; tolle gratiam non erit, unde saluetur.* Quali ita disputet Christus unus est saluator, & iudex, ergo simul nos gratia sua præuecit, alias non esset saluator; & libere operamur, alias opera nostra non posset recte iudicare.

Aug. ep.
46.
Bernard.
de grat.
& liber.
arb.

25 Audiamus post M. Patrem Maximum Ecclesiæ Doctorem à gratiæ defensoribus, ita calumniam Manichæismi refellentem; *Frastra blasphemias, & ignorantium auribus ingeris, nos liberum arbitrium contemnere. Damnetur ille, qui damnat, & alibi ita disputantem: Saluator in passione ab Angelo confortatur: &*

Hyer. ad
Ctesiphonem
in sine.

Critobulus meus non indiget auxilio Dei habens liberi arbitrij potestatem. Et ulterius conuellit Critobulum, seu eius nomine Pelagium: Ego ne liberum tollo arbitrium, qui in tota disputatione mea, nihil aliud egi, nisi ut omnipotentiam Dei cum libero arbitrio conseruarem. Sed infargit Critobulus: Quomodo seruas liberum arbitrium, qui dicis hominem nihil posse facere, nisi Deus semper adiuerit? Et respondet Hieronimus: Si in culpa est, quæ libero arbitrio iungit Dei adiutorium, ergo ille tantetur, qui Dei tollit auxilium.

Hier. lib.
2. aduersus Pelagian.

26. Coronidem imponat D. Gregorius Magnus, ita eleganter demonstrans concordiam gratiæ cum libertate, & utramque hæresim conuellens. Bonum, quod agimus, & Dei est, & nostrum. Dei per præuenientem gratiam. Nostrum per obsequentem voluntatem. Si enim Dei non est, unde ei gratias in æternum agimus; rursus si nostrum non est, unde nobis retribuere præmia speramus; quia ergo non immerito gratias agimus, scimus, quod eius munere præuenimur. Et rursus, quia non immerito retributionem quærimus, scimus, quod subsequente libero arbitrio bona elegimus, quæ ageremus. Quasi ita inferat M. Gregorius: De opere nostro bono, & gratias Deo agimus, & præmium spectamus; ergo sine pugna, & à gratia Dei præuenitur, & à nostra potestate libera, & dominio proficiscitur: Si enim non liberum, cur præmio dignum? Si à gratia Dei non præuenitur, cur pro eo Deo gratias agimus?

Greg. lib.
3. Moral.
c. 25.

Præmissa iam ut fidem certam concordiam gratiæ præuenientis cum nostra libertate, in medium huius concordia exagitarus, investigandum, & discutendum suscipimus.

SECTIO SECUNDA:

Nova Ianseniana gratia praeuenientis efficacis cum libero arbitrio concordia refertur, & ut Hæretica, & ex Caluino deprompta reijcitur.

Iansenius explodens omnia, quæ in scholis de gratiæ efficacis cum libero arbitrio concordia edoceri solent; Theologis in auditam, & ex Augustinianæ Doctrinæ principijs manifeste deductam conciliationem gratiæ efficacis cum libertate nostra se invenisse stolide gloriatur: Quam sic exponit, *quantumvis Deus per gratiam efficaciter operetur non invitus homo facere cogitur, sed sponte, ac volendo facit.* Unde hæc arcana conciliatio gratiæ efficacis cum libertate in eo sistit; quod videlicet gratiæ efficacis voluntati necessitatem imponit, sed nullatenus coactionem, seu violentiam inducit, unde nec libertatem lædit; quia libertas nullatenus per necessitatem labefactatur, quæ cum voluntario non pugnat, solum coactione, seu violentia perit, quam minime infert imperiosa gratiæ virtus. Hoc opinionis portentum recte edocet Iansenius in auditum, & ignotum esse in Scholis Catholicis, omnem falsitatem vero superat ex Augustini principijs depromptum esse, cum potius ex flagitiosis Hæresiar- chis Luthero, Caluino, & alijs Ecclesiæ perduellit descriptum sit.

28 Qui enim Iansenium debellarunt euidenter convincunt nil apud Orthodoxos magis notum quam Hætherodoxos genuinam gratiæ efficacis cum libertate concordiam exponere, quia gratia non læ-

Ians. lib. 8. de gratia Christi per totum: specialiter c. 5.

lædit voluntatis motum, licet necessario trahat in as-
sensum: Sic enim contendit Calvinus S. Augustinum
cum docet gratia non lædi libertatis voluntatem se-
lum significare: *Hominem non ita trahi, ut sine motu cor-
dis, quasi extraneo impulsu feratur sed intus sic afficit, ut
ex corde obsequatur.* Et dum adversus Tridentinos
Patres insurgit, ita loquitur, *Quid ergo inquit sibi vult
Augustinus, cum de libertate voluntatis loquitur? Nem-
pe, quod toties repetit non cogi homines invitos Dei gratia,
sed voluntarios agi, ut sponte pareant, ac sequantur.* Ean-
demque liberi arbitrij cum gratia concordiam Cal-
vini Discipuli tradiderunt, ut ex Chimnicio, & Mo-
lineo demonstrat P. Decamps, qui ita edisserit: *Reli-
quos non appello, qui ex eadem schola gratiam cum libe-
ro arbitrio sic composuerint, quia tanto consensu faciunt, ut
ex ijs nemo ab hac Calvinii opinione desciverit, cui conti-
nuo alij omnes tamquam desertori, ac transfugæ bellum non
indixerint.*

Calv. lib:
2. ist. c. 3

In Antid:
Conc. Tri-
dent. sess.
6. cap. 6.

P. Decamps
lib. I. cap.
p. 1. c. 2.
& disp.
13. c. 8.

29 Hęc sunt Principum, & sociorum tue-
rum, o Iansenii, nomina, ut animadvertas, qualium
confortio gloriaris. Nec erubescas de societate ta-
lium, reuens eorum nomina, quorum blasphemijs
iungeris. Calvinii institutio, tui ingenij disciplina est.
Quidquid illi responsum est, tibi responsum credito.
Nec fieri potest, ut diuersus sit eorum exitus, quorum
est vna sententia. Vetusissimum cœnum, quali no-
vam suscipis temperaturam: His verbis increpabat o-
lim Pelagium, Maximus Hieronimus.

D. Hier.
ad Ctesi-
phont ad-
vers. Pel.

30 Vnde contra peruersam hanc concor-
diam, sic primo disputo: victrix gratiæ efficacia debet
cõciliari cū illa libertate, quā sēper Ecclesia Catholica
propugnauit, heretici negarūt, qui ut libertatis ossores
fuerunt proscripti, & anathematis fulminibus obtri-
ti; sed Ecclesia Catholica libertatem à necessitate con-

tom. 1. dis

p. 1. q. 2.

sect. 2. &

Luth. de

seruo arb.

f. 468.

tra hæreticos propugnauit, quam pessiferi hæretici labefactare tentarunt, libertatem vero à coactione semper confessi sunt, nec à deo fatui fuerunt, ut negarent voluntatem velle dum vult, ergo efficacia gratiæ sine præiudicio libertatis à necessitate est defendenda, ergo absurde defenditur, si libertatem à necessitate extinguit, licet coactionem, seu violentiam non inducat: Cætera patent & minor est evidens ex his, quæ alibi contra Iansenium tradidi, & ex Caluino transcripti: quibus addo Lutherum exponentem qualiter gratia voluntatem moueat: *Si Deus in nobis operatur mutata & blandè assibi lata per spiritum Dei voluntas, iterum mera lubentia, & pronitate, ac sponte sua vult, & facit non cõ. ste pro natura voluntatis, quæ si cogere tur voluntas non esset, nam. coactio potius est, ut sic dicam noluntas.* Certe non potuit expressius affirmare Lutherus spiritum Dei non cogere voluntatem, & libertatem extinguere propugnauit, ita ut nomen libertatis abolere intendens seruum nuncuparet arbitrium.

Sic ergo insurgo: primo. Hæretici ex efficaci gratia libertatem catholicam, & veram destruebant, alias ut ossores libertatis non fuissent ab Ecclesia proscripti, sed Hæretici cum efficaci gratia conciliarunt libertatem à coactione, dum affirmant gratiam non cogere voluntatem; ergo ad conciliandam efficacem gratiam cum libertate catholica non sufficit, quod gratia non cogat voluntatem. ¶ Ali- ter: Hæretici ex efficaci gratia libertatem Catholicam suffocabant; ergo ex efficaci gratia aliquid colligebant oppositum libertati Catholice, alias. re vera libertatem non auferrent, sed hæretici ex efficaci gratia non inferebant in voluntate coactionem, cum potius supponant, quod si voluntas cogere tur voluntas non esset, ergo aliquid præter coactionem re vera

pugnat cum libertate Catholica: Vnde r. quod aliter
 nisi simplex necessitas auferas potestatem ad oppo-
 situm? Quam heretici ex gratia efficaci inferebant,
 & proficetur Iansenius: 2. cum nihil præter coactio-
 nem cum libertate Ianseniana pugnet, certe hæc li-
 bertas non est illa Catholica, quam heretici abolere
 intendebant, & cuius ut inimici fuerat Apostolico
 mucrone percussi.

32 Secundo amplius eadem veritas conuin-
 citur: libertatem à necessitate Diuinæ gratiæ vi ex-
 tingui dixit Caluinus, libertatem vero à coactione
 gratiæ efficaciam minime violari, sed eodem modo pro-
 pugnat Iansenius gratiam victricem extinguere li-
 bertatem à necessitate libertate à coactione omnino
 illæssa; ergo non potest damnari Caluinus illæso Ian-
 senio, quia recte concordiam gratiæ cum libertate
 non exposuit.

IN DEUS

SECTIO TERTIA.

IN DEUS

*Hæc Iansenij sententiam à Sacro Tridentino Concilio
 ut Hereticam proscriptam esse demonstra-
 tur, & inepta cauillatio Iansenij
 refutatur.*

Efficaciam gratiæ sine præiudicio libertatis
 à necessitate defendendam esse ex Sacro
 Tridentino Concilio euidenter inferitur,
 & cum Caluini, & Iansenij sit vna senten-
 tia, non stat Caluinum Tridentinæ Synodi fulminibus
 percipi, quin isdem Iansenius, & sui Dogmatis asser-
 tores æque amburantur.

33 Decretum Tridentinum, quo concor-
 dia Diuinæ gratiæ cum libero arbitrio anathemate

Trid. ses.
6. can. 4.

sanctur, ita definit: Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat, ac præparet, neque posse dissentire, si velit, sed veluti innanime quodam nihil omnino agere, mereque passive se habere: anathema sit. Vbi non solum damnari Lutherum illis verbis: Veluti innanime quodam, mereque passive se habere. Sed etiam Calvinum, in illis. Neque posse dissentire, si velit. Vna voce omnes Catholici confitentur: & ita disputo: Tridentinum definit, quod dum liberum arbitrium motum, & excitatum à Deo cooperatur assentiendo, potest dissentire si velit; ergo declarat eum motione efficaci, cui arbitrium cooperatur assentiendo excitationi posse dissentire; ergo cum motione efficaci ad consensum statuit posse arbitrium dissentire, ergo non solum definit consensum esse liberum à coactione, sed etiam à necessitate, quia ut est notum dum potest esse dissensus non est necessarius consensus. ¶ Aliter; gratiæ motio inferens consensum, ita ut feruet arbitrium posse dissentire minime est necessitas consensus, quia necessitas consensus pugnat cum potestate dissensus, sed ex Tridentini Sanctione, motio gratiæ inferens consensum servat in arbitrio posse ad dissensum, ergo ex Tridentino gratiæ motio non est necessitas simplex, & absoluta consensus; latius ergo dum vult libertatem consensus conciliare cum efficacia gratiæ, quia necessitans, & non cogens manifeste Tridentino opponitur.

Ians. lib.
6. de gratia
Christi c. 35.

34 Sed quia inepta explanatione Tridentinum Canonem labefactare tentat Iansenius: ipsum audite miseria sui pestiferi Dogmatis exponentem, ita inquit: ¶ Sicut Scholastici, quando audiunt Sy

nodum Tridentinam dicentem, voluntatem posse dissentire, si velit, putant, & recte putant significari humani arbitrij libertatem; sic etiam intelligunt eadem prorsus ratione libertatem indicari, si diceretur voluntas posse velle, si velit, posse non velle, si velit. Nam quid est consentire, nisi velle, quid est dissentire, nisi non velle. Si ergo phrasæ istæ infallibiliter demonstrant humani libertatem arbitrij, profecto liberum erit arbitrium, etiam si immutabiliter velit, aut immutabiliter nolit. Facit enim illa si vult, eodem modo sicut consentit, si vult. Siquidem omnis voluntatis deliberatæ motus essentialiter quoque talem indifferentiam contradictionis, quodam sensu secum trahit.

Vnde concludit hanc propositionem Tridentini, *arbitrium motum dum cooperatur assentiendo potest dissentire, si velit, esse absolute veram, licet gratia medicinalis necessitet ad consensum, ita ut arbitrium nec possit dissentire, nec possit hoc velle; sicut istæ propositiones sunt absolute veræ. Potest Beatus Deus non amare si velit. &c. Potest Deus iniquitatem non odire, si velit.* Quia cum istæ propositiones sint conditionales nil in esse affirmant, sed solum conditionatum sub Hypothesi conditionis licet hypothesis sit absolute impossibilis.

35 Dum ita futilem, & ineptam responsionem Iansenij rideo, miror valde Iansenianos eam propugnare, dum aliquis ita scribit. *Eo sensu rejici posse gratiam, quatenus eam abijceremus, si vellemus: non posse vero rejici quoniam velle hoc non possumus.* Sed quam iuste D. Hieronymi verba vsurpari in Iansenium possunt. *Sententias vestras prodidisse, superasse est.* Patet prima fronte blasphemia. Non necesse habet convinci, quod sua statim professione blasphemum est.

Abas in
Epist. ad
Episcop.
pag. 48.
Hier. &
Stephan
in fine
vers.
lag.

Vualdens.
lib. 1. do-
ct. fidei
art. 1. c.
10.

Mat. 26.

Vualdens.
ubi supra
c. 12.

Vualdens.
ubi supra
c. 15.

36 Sed priusquam euidentissime reijcia-
mustam absurdam deprauationem Tridentini Ca-
nonis, vnde fluxerit de monstruosis. Primo enim
fuit excogitata a flagitioso Hæresiarcha Viclefo ad
eludendas rationes Catholicorum: Cum enim pro-
tervè erraret asserendo: *Deum non posse quidquam fa-
cere, nisi quod facit.* Et videret se præmi plurimis tes-
timonijs sacris in quibus exprimitur Deum posse plu-
ra, quæ non fecit, vt ex illo Mathæi; vbi Christus
ait: *An putas, quia non possum rogare Patrem, vt exhibeat
mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?* Res-
pondebat communi glossa. *Non inquit, potuit, sed po-
tuit, si voluit.* Sed eam ita increpat Vualdensis, *inutilis
conditio, quæ perimit ante concessum.*

37 Hocque subter fugium Viclef, quod
quasi generale providit emplastrum, vt sub illo enig-
matico responso neget Deum posse, quod non fecit,
quia potest, si vult, subtiliter, & acriter castigat Glo-
riosus Viclef. devellator: Vualdensem appello; ip-
sum audiamus, *Sub hac glossa communi sedent
omnes Vviclefistæ securi: (Idem de Iansenianis)*
Non tamen sicut Helias sub iuniperi umbra: Sed si-
cut Ionas sub fœdera, accedat igitur vermis ille, qui
est prima veritas, mentiar, si radices huius glossæ non
comedat, vnde herba marcescat. Cur negas Deum
posse maiorare mundum; (*Iansenio vero, arbitrium
motum posse dissentire,*) quod tamen potest si vult,
an tuæ non potest, sicum vult potest? Non inquis,
potest velle, sed si vult potest. Mirabilis, & apud om-
nem intellectum intricata responsio, quod si vult po-
test hoc ipsum non potest. Nil illustrius.

38 Sed vis nosse, Iansenij, alium tui erro-
ris Principem? Doctrina tua Lutheri ramusculus est:
Cum enim flagitiosus Hæresiarcha liberi arbitrij ini-

micus à Catholicis præmeretur ex illo Ecclesiastici. *Si volueris mandata servare, conservabunt te*, & alijs sacris testimonijs in quibus Deus hominibus aliqua sub conditione promittit, vt se expediret hanc ineptam, & friuolam responsionem arripuit: Sic enim asserit: *Non video, quomodo istis verbis liberum arbitrium probetur. Est enim verbum coniuncti modi si volueris, quod nihil asserit: Sicut Dialectici dicunt, conditionalem indicatiue nihil asserere: vt, si Diabolus est Deus, merito adoratur: Si assinus volat, assinus habet alas.* Sufficeret ad explodendam cauillationem Ianfenij ab hæreticis mutuari demonstrasse.

Luth. de seruo arb.
fol. 480.

39 Sed evidentibus rationibus eam refellamus. Primo: Dum in Sacra Scriptura edocetur Deum posse facere, si vellent, quæ non fecit, supponit Deum posse velle, alias omnipotentiam non exprimeret, vt contra Vviclef. omnes Catholici profiteamur: ergo dum in Sacro Tridentino Concilio edocetur arbitrium motum à Deo posse dissentire, si vellent, Sacrum Concilium supponit arbitrium motum hoc posse velle. ¶ Secundo: quia Concilium communem loquendi usum vsurpare debuit, & nemo Prudens dicit de aliquo, quod possit aliquid, si vellent, quin posse ipsum velle supponat: Quis enim crederet Concilium Sacrum congregatum ad illum celebratissimum Canonem conficiendum, vt Doctrinam fidei contra Hæreticos illius temporis exponeret, nil aliud decreuisse, quam hanc conditionalem, nil in esse affirmantem: *Si arbitrium motum vellet dissentire posset.* Quam nullus ex Hæreticis negare potest de arbitrio, imò, nec de lapide, lapis enim, si vellet dissentire posset.

40 Tertio si sufficit, vt aliquid sit in libera potestate, quod voluntas posset illud facere, si vellet, li-

cet velle non posset; esset quidem in nostra potestate
 amare malum, ut malum, & odio habere bonum ut
 bonum; quia licet voluntas id velle non posset, si
 vellet faceret: imò esset in potestate Dei se anquilare,
 & Spiritum Sanctum non spirare, quæ absurdif-
 sima sunt; hæc enim licet Deus velle non posset, si
 vellet faceret. ¶ Denique Iansenius affirmat. *Non esse*
Deo liberum velle peccare. Cur quidem, non ne si Deus
 vellet peccare non peccaret, cum velle peccare sit
 peccare? Cur ergo non est liberum, seu in potestate
 Dei peccare, licet Deus peccaret, si vellet? Certè non
 alia ratione, nisi quia licet peccaret, si vellet peccare,
 non potest Deus hoc velle, ergo non est in potestate
 arbitrij dissentire gratiæ, quia licet posset dissentire, si
 vellet, hoc ipsum velle non potest.

ans. lib.

6. de gra-
tia Chris-
ti c. 4.

SECTIO QUARTA

Ex SS. Ecclesia Patribus Iansenij Cavillatio Tridentini
Concilij Decretum illudens, evidentissime re-
futatur.

S Acri Doctores Augustinus, Hieronymus, &
 Anselmus ardua parant ad debellandam
 Iansenij ineptam responsionem, qua Tri-
 dentinum Concilium ludibrio Hæreti-
 corum exponit; sed prius audiamus Angelicum Ma-
 gistrum, quem Augustinum contractum Iansenius
 vocat, in terminis equiuocationem abijcientem: in-
 quirat D. S. ¶ *Vtrum hæc si falsa, Deus potest pec-*
care si vult. Pro parte affirmante rationem dubitan-
 di proponit: *Quia si hæc est vera Deus potest pec-*
care, si vult, sequitur, quod hæc si vera, Deus potest
peccare, sed hoc est erroneum; ergo, & primum

D. Thom.
 quod lib.
 5. 2. ar

Eand

Eandem obiectionem ita alibi exprimit: Bene sequitur, si vult, ergo simpliciter potest currere: sed hac est vera, Deus potest peccare si vult, quia hoc ipsum, quod est velle peccare est peccare, ergo Deus potest peccare simpliciter.

D. Th. q. 3. de causa peccati art. 1. arg. 12.

Pro parte vero negante ita in argu-

mento, sed contra disputat Doctor Sanctus: **¶** Qui- cumque vult peccare peccat; sed sequitur, si Deus pec- cat potest peccare, ergo sequitur, si vult potest pecca- re. **¶** Sed quaestione ita resolvit. **¶** Respondetur dicendum

quod haec coniunctio, si, ordinem quemdam impor- tat. Potest autem in proposito duplicem ordinem im- portare. Vno quidem modo ordinem causae, siue prin- cipij, & hoc modo propositio falsa est, voluntas enim Dei est principium, & causa respectu creatura- rum, non autem respectu eorum, quae pertinent ad Diuinam naturam. Potentia autem Dei ad ipsam na- turam Diuinam pertinet: Vnde hoc ipsum, quod est posse peccare non est subiectum Diuinae voluntati, alioquin voluntas Dei esset principium immutationis Diuinae, quod est impossibile. Alio modo, potest importare ordinem consequentiae, & sic haec locutio est vera, si Deus vult peccare potest peccare. Sequitur enim sine conditione, si argumentamur ex impossi- bili posito. Deus vult peccare, ergo potest peccare. Omnia enim, quae vult potest, sed non e converso.

¶ Rationem vero in contrarium ita dissolvit. **¶** Ad primū dicendum, quod cum dicitur, si homo vult currere potest currere, antecedens est possibile, & ideo con- sequens est simpliciter possibile: sed cum dicitur sic. Si Deus vult peccare, potest peccare, antecedens est impossibile, vnde nihil prohibet conditionalem esse veram, consequente existente impossi-

li. **¶** Ex

D. Th. quod lib. 5. relato.

43 Ex qua doctrina quam plurima insur-
gunt contra prædictam solutionem: inquirendo, an
ly *si vult* in illa Tridentini propositione; *Arbitrium
motum potest dissentire, si vult*; conotet ordinem cau-
sæ, seu principij; vel solum conotet ordinem conse-
quentiæ? Si dicas ly *si vult* importare ordinem cau-
sæ, seu principij: Insurgo primo, quia sequitur propo-
sitionem Tridentini esse falsam, quia minime depen-
det a voluntate, quod potestas ad disensum sit in ar-
bitrio efficaciter moto ad consensum, cum enim illa
motio sit simpliciter necessitans iuxta Iansenium;
non potest ex voluntate coniungi cum potestate dis-
sensu, cui ex se repugnat. ¶ Secundo, quia illæ
Iansenij propositiones erunt falsæ. *Pater, & filius
possunt non spirare Spiritum Sanctum, si vellent. Beatus
potest odio habere Deum si velit.* Voluntas enim Dei
solum est principium creaturarum non eorum, quæ
expectant ad naturam Diuinam; ad quam pertinet
hæc potentia spirandi, sicut enim ex hac ratione pos-
se peccare ex D. Thoma non est subiectum Diuinæ
voluntati, nec posse non spirare; vtrumque enim ex
terminis Deo impossibile: & similiter posse odio ha-
bere Deum non est subiectum voluntati Beati; alias
voluntas Beati esset principium immutationis visio-
nis Diuinæ, quod est impossibile. ¶ Tertio, quia ex
D. Thoma; *De quocumque possum dicere, quod homo po-
test facere, si vult: potest etiam dici simpliciter, quod homo
potest facere illud.* Et ideo asserit esse falsam hanc pro-
positionem; Deus potest peccare si vult; si ly *si ordi-
nem principij* importet; ergo si hæc propositio, *ar-
bitrium motum potest dissentire, si vult*, est vera licet ly
si ordinem principij importet, hæc erit absolute ve-
ra: *Arbitrium efficaciter motum potest dissentire.* ¶ Si vero
eligas secundum, quod videtur post Lutherum à

Iansenio edoceri, in contra est. 1. Si *ly si* legetur or-
 dinem consequentia, vel conditionalis est vera, &
 possibilis absolute purificatio conditionis; vel est ve-
 ra, licet de conditione impossibili: Si primo ergo e-
 rit absolute verum, quod arbitrium motum potest
 velle dissentire, & exinde, quod potest dissentire, quia
 conditionalis vera, dum conditio est possibilis reddit
 conditionatum possibile absolute, sicut quia hæc con-
 ditionalis est vera, ut exemplum D. Thomæ addu-
 cam: *fortes potest currere si vult*, & conditio est possibilis,
 est absolute verum, fortem posse currere: & si est ab-
 solute verum, *arbitrium motum posse dissentire*, motus
 nec est cogens, nec necessitans. Si dicas conditionem
 esse impossibilem, sequitur e contra hanc absolutam;
arbitrium motum potest dissentire esse simpliciter fal-
 sam: Patet sequella: Primo, quia quod solum potest
 esse sub conditione impossibili est absolute impossi-
 bile, nulla enim potentia vera respicit terminum so-
 lum sub conditione impossibili: Secundo, quia ideo
 ex D. Thoma hæc propositio, *Deus potest peccare* est
 falsa, imò erronea, & sacrilega, quia solum est con-
 ditionate vera sub conditione, quod Deus vellit pec-
 care, quæ est conditio chymérica, & impossibilis.
 ¶ Si vero sequella conceditur nil absurdus exco-
 gitari potest, quam quod Concilia, & Ecclesiæ Patres
 dum exponunt liberi arbitrij notionem, seu id, quod
 in potestate habemus nihil aliud edocere esse in nos-
 tra potestate nisi id, quod absolute, & re vera non
 possumus.

44 Vergetur hoc ex D. Hieronymo: De-
 tirabat Pelagius *Posse hominem esse sine peccato si vult*.
 Ecclesiæ vero Patres, & Concilia damnarunt hanc
 propositionem, non quia dubitarent, quod si num-
 quam volumus peccare, numquam peccamus; quia
 ref-

August. de
peccatorū
mer. lib.
2. c. 3.

testante Augustino: *Accute sibi videntur dicere, quod si
nolumus non peccamus.* Sed quia absolute in illa propositione affirma-
bat Pelagius esse in facultate hominis naturali esse sine
ne omni peccato, & nunquam velle peccare, & ideo
hoc posse Pelagianum à D. Hieronymo, & Augusti-
no, vt hæreticum proscribitur: Ex quibus ita colliges
hæc est vera propositio, *Arbitrium motum potest dis-
sentire, si velit, ex eo, quod si velit dissentiret, licet
nec velle, nec dissentire possit iuxta Iansenium; ergo
& hæc Pelagiana erit vera, Arbitrium ex sua facultate
naturali potest esse sine peccato, si velit ex eo, quod si
vellet non peccaret. licet ex sua facultate naturali nec
velle non peccare, nec vnquam peccare posset.*

Ians. lib.
6. de gra-
t. Christi
c. 4.

45 Adde: Iansenius *Non esse liberum Dæmo-
nibus Deum diligere* affirmat, & tamen euident est
hanc conditionalem esse veram, *Dæmones diligere
Deum, si vellet diligere*, cum velle diligere sit diligere,
licet absolute non possint diligere, nec velle; ergo
iuxta Iansenium nequit esse liberum, seu in potestate
arbitrij dissentire, licet hoc posset, si vellet, cum velle
non possit; vnde verba D. Hieronymi in Pelagium
possumus vsurpare in Iansenium. *Tanta ne est in vno
opere dissonantia, vt quid prius dixeris nescias?*

D. Hier.
lib. 1. ad-
vers. Pel.
D. Ansel.
de casta
Diaboli c.
12.

46 Ex D. Anselmo hæc inepta Iansenij
cauillatio refutatur: respondet enim vt Discipulus ille
à D. Anselmo redargutus: Cum enim inquireret: *An
Angelus iam aptus ad volendum, & non dum quidquam
volens possit per se velle aliquid?* Discipulus respondet,
Puto, quia potest, si aliquando vult. Et D. Anselmus eum
increpat, vt ad interrogata non respondens, his ver-
bis: *Ego enim quæro de nihil volente, & de pot-
estate, quæ præcedit rem: & tu respondes de volun-
tate, & potestate, quæ fit cum re. Nam omne, quod
est,*

est, eo ipso, quo est potest esse. Non autem omne, quod est, potuit esse, antequam esset. Cum ergo quæro, utrum ille, qui nihil vult possit velle: quæro potestatem ante voluntatem, qua se possit mouere ad voluntatem. Tu vero, cum respondes, quia si vult potest: dicis potestatem, quæ fit cum ipsa voluntate. Necessesse enim est, si vult, ut possit velle. Si enim Sacra Tridentina Synodus, dum quæritur de libertate, seu potestate arbitrij moti, & excitati à Deo, assereret, ut delirat Lansenius, *potest dissentire, si vellent*. Ita ut ly *si* faciat sensum pure conditionalem inepte responderet, quia dum quæritur de potestate ante voluntatem dissentius, qua possit arbitrium se mouere ad dissentiendum, cum responderet, *si vult potest*, asserendo potestatem, quæ esset eum ipsa voluntate dissentiendi, quia necesse est, quod si dissentiret posset: Nugatorie definirer, & ad interrogationem de potestate arbitrij non responderer.

47 Denique in tam insullam, planeque iocularem responfionem testimonia Augustini argumentationem ita in victam suppeditant, ut nullis conatibus infirmari possit: & primo adduco D. Augustinum sic differentem: *Potest dici homini in eo, quod audieras, & tenueras, perseverares, si velles; nullo autem modo dici potest id, quod non audieras, crederes, si velles.* Ex quibus verbis inquiror: ly *si* in hac Augustini propositione *crederes si velles*, vel denotat pure ordinem consequentiæ; ita ut solum veritatem conditionalem cauntiet; vel etiam denotat ordinem causæ, & principij, quasi credere solum à voluntate dependeat, quia est re vera in potestate ante voluntatem tam credere, quam velle? Si 2. cum in eodem sensu, quo Augustinus affirmat de homine audiente *perseueraret, si vellet* Tridentinum definiat de homine moto, *posset dis-*

Aug. de
Corrept.
& gratia
c. 7.

senti-

sentire, si velle ly si velle, denotat veram potestate
dissentendi, seu ad velle dissentire. Si vero dicas 1.
in contra est: quia in eodem sensu, in quo hanc affir-
mat, in eo, quod audieras perseverares, si velles posset, &
hanc, quam rejicit afferere in eo, quod non audieras
crederes, si velles, hæc enim ut conditionalis est vera
licet positio conditionis sit impossibilis, si quis enim
vellet in audita credere, crederet.

*Aug. de
corrupt.
& gratia
c. II.*

*Aug. de
natura &
gratia c.
67.*

*Aug. lib.
3. contra
felicem c.
31.*

*Aug. de
spiritu &
littera c.
31.*

48 Denique sic disputo: ut Iansenistæ pro-
fidentur in statu innocentia fuit vicornis illa liberta-
tis indifferentia omnem simplicem necessitatem ex-
cludens: Magnus Parens Augustinus illius libertatis sta-
tum explicat, quia Adamus ad perseverandum acce-
perat posse si vellet Deus enim, Dederat adiutorium, sine
quo non posset in ea iustitia manere si vellet; & per quod
posset, si vellet, Alibique sic edisserit, id est pena iustissi-
ma, ut amittat unusquisque, quo bene uti noluit, cum sine
ulla posset difficultate, si vellet. Vel ergo in hoc modo
loquendi exprimit Magnus Parens, quod Adamus
nullam habuit necessitatem non perseverandi, vel fe-
cus? Si 2. libertas innocentia, quæ sit talis à necessita-
te ex Magno Patre minime colligetur. Si 1. in contra
est 1. sed Magnus Parens eisdem fere verbis liberta-
tem hominis lapsi exprimit, ita enim edisserit, qui le-
gem servare non vult, in potestate eius est servare, si vel-
lit. Et alibi: hoc quisque in potestate habere dicitur, quod se-
vult facit, si non vult non facit. Ergo in statu lapsus liber-
tatem etiam à necessitate exprimere vult, & cum ad-
iutorio gratia conciliare. 2. ergo cum Tridentina
Synodus libertatem arbitrij lapsi per posse dissentire
si vellet definiat libertatem à necessitate cum mo-
tione Dei componit, quia hæc verba libertatem à
necessitate in homine integro demonstrant: Quis
hinc evidentia contradicit, nisi quem plus delectat defen-
sa.

Sare quod sentit, quam quid sentiendum sit invenire? Ut aliquando proferebat Augustinus.

Aug. lib.
2. contra
Pelag. c. 10.

SECTIO QUINTA.

Ianseniana concordia gratiae praevenientis cum nos-
tra libertate ex M. P. Augustino ma-
nifeste rejicitur.

49 **E**X Magno Patre Augustino sic Iansenij opi-
nio manifeste refutatur: D. Augustinus
non solum conciliavit efficaciam gratiae
cum libertate à coactione nostri con-
sensus, sed etiam cum libertate à necessitate, ergo non
edocuit concordiam gratiae efficaciis, ex eo, quod gra-
tia non cogit voluntatem, nec pugnat cum ea, quod
voluntas sponte vellit: Consequenter constat, quia gra-
tiam non cogere, nec impedire voluntatem consen-
tendo velle solum evincit gratiam non pugnare
cum libertate à coactione, seu voluntarierate con-
sensus: antecedens in quo est cardo difficultatis hoc
discursu convincitur: Augustinus iudicavit concor-
diam gratiae efficaciis cum libertate consensus esse
valde difficilem, et à paucis intelligibilem: sed con-
cordia gratiae efficaciis cum libertate à coactione con-
sensus, nullam, nec tenuissimam difficultatem conti-
net, ab omnibusque etiam tardis est, et comprehensibi-
lis, ergo Augustinus non iudicavit efficaciam gratiae
concordiam solum esse cum libertate à coactione
consensus: consequens enim est, si assumpta proposi-
tiones convincantur.

50 Mater ex quam plurimis Augustini tes-
timonijs evincitur: edocet enim hanc questionem
esse difficilem: I. dum ita edisserit, *Ista questio, ubi*

Aug. de
grat. Chri-
sti c. 47.

de arbitrio voluntatis, & Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur, quando autem asseritur Dei gratia liberum arbitrium putetur auferri.

Aug. lib.
4. contra
Iulianum
c. 8.

Aug. de
predesti-
natione Sa-
ctorum c.
14.

Aug. lib.
de gratia
Christi c.
11.

Non enim potest difficultas in concordia duorum extremorum exaggerari, nisi edocendo, quod vnum videtur tolli precise ex eo, quod aliud adstruitur. Et alibi predictam sententiam a calumnia mendacis Iuliani liberans asserit Magnus Parens: *Ego enim dixi istam questionem ad discernendum esse difficilem, non autem dixi non posse discerni.* Et iterum repetit, quod divinarum scripturarum tractatores antequam heresis Pelagiana oriretur non habuerunt necessitatem in hac difficili ad soluendum questione versari.

Non solum difficilem, sed valde obscuram hanc questionem esse Magnus Parens expresse edocet, dum exhortat, quod in his, quae in hac questionis propter eius obscuritatem non intelligimus, Deum ut intelligamus oremus: Sic enim de hac concordia alloquitur Valentinum Abbatem, & eius Monachos: *Nuntiatum est mihi de vobis fratres ab aliquibus, qui in vestra congregatione sunt, & ad vos inde venerunt, per quos, & ista direximus, quod de hac re (idest de concordia libertatis cum gratia) dissensiones in vobis sunt. Itaque dilectissimi, ne vos perturbet huius questionis obscuritas, moneo vos priusquam, ut de his, quae intelligitis, agatis Deo gratias; quidquid est autem quo peruenire nondum potest vestrae mentis intentio, pacem inter vos, & charitatem servantes, a Domino, ut intelligatis orate.*

Non tamen solum difficilem, & obscuram concordiam istam expresse affirmat, sed etiam difficillimam esse superlativo gradu proclamatur; dum ita scribit

Sic ad Valentinum: De qua difficilissima quaestione, hoc est de voluntate, & gratia, non opus habui etiam in hac epistola distincte disputare. Parum vero vili fuit Augustino quaestionem, quam versatur difficilem obscuram, & difficilissimam appellare, paucis esse intelligibilem, & a paucis penetrari facius faceretur. Ita enim loquitur de illis, si qui turbati fuerunt Monachi, qui cum Valentino erant. *Aut enim non intelligit librum meum, aut forte ipse non intelligitur, quando difficilissimam, quaestionem, & paucis intelligibilem solvere, atque enodare conatur.* Sic etiam proponit tibi huius concordiam veritatem a paucis penetrari, *Si tibi proponam quaestionem quomodo Deus Pater trahit ad filium homines, quos in libero dimisit arbitrio, fortassis eam difficile soluturus es. Quomodo enim trahit, si dimittit, ut quis quod voluerit eligat? Et tamen utrumque verum est, sed intellectu hoc penetrare, pauci valent.* Superest ne aliquid ad obscuritatem huius controversiae amplificandam? Ne quis iudicaret, quod dum paucis intelligibilis, & perceptibilis ab Augustino affirmatur concordia ista, tardioribus, & ingenio debilibus tribuendum esse, quemlibet, imò, & se ipsum in hac difficultate exponenda plurimum laborare expresse fateatur: ita enim loquitur: *Ipsa etiam ratio, quae de iis rebus a talibus quales sumus, iniri potest, quemlibet nostrum querentem vehementer angustat, ne sic defendamus gratiam, ut liberum arbitrium auferre videamur: rursus ne liberum sic asseramus arbitrium, ut superba impietate in gratia Dei gratia iudicemur.* Nulla ergo difficultas potest exagerari significantius, quam asserendo non solum esse difficilem, & obscuram, sed difficilissimam, & paucis intelligibilem, quemlibet Catholicorum, imò, & August-

Aug. Ep. 47. ad Valentinum.

Aug. Ep. ad Valentinum.

Augo lib. 2. c. Intra Petri ianua c. 84

Aug. lib. 2. de peccatorum meritis c. 18.

Augustinum diuino ingenio præditum *vehementer angustantem.*

5 2. Conuicta ex Augustino huius concordie grauissima difficultate, restat demonstrare minorem nostri discursus, scilicet in concordia gratiæ efficacis cum libertate à coactione nullam, nec leuissimam esse difficultatem: Et 1. quæ umbra difficultatis in eo quod gratia, licet efficax, & certo consensus voluntatis inducens minime inferat coactionem voluntati, quam omnes Philosophi, & Theologi esse ex terminis voluntati repugnantem vno ore fatentur? Quis laboriosius disputandum esse censebit, quomodo victrix gratia velle efficiens, non inferat voluntatem nolle dum vult, in quo stat velle esse à coactione liberum? Quis in superabilem gratiæ fortitudinem in inferendo consensum, qui est inclinatio voluntatis, iudicaret, vix intelligi posse componi cum eo, quod consensus non sit contra inclinationem voluntatis? 2. exemplis: Quis enim vtriusque difficilimum vtriusque iudicauit processionem Spiritus Sancti necessariam, & voluntariam, seu à coactione liberam simul esse affirmare, in componendo enim necessariam cum voluntario, quæ difficultas paucis intelligibilis excogitari potest? Nulla ergo erit difficultas in concilianda libertate cum efficaci gratia, si libertas, quæ cum gratia coheret solum est à coactione, in voluntario consistens, quæ cum necessario, quod solum potest inferre gratia, sine labore componitur. ¶ 2. Quis enim vtriusque difficilimum iudicauit, & non omnibus præuiam componere efficaciam visionis Beate in inferendo amorem Dei, cum libertate à coactione ipsius amoris? Cum ergo gratia efficax non superet visionis vim in inferendo consensum, nullus debet commendare difficultatem

facilem conciliandi efficaciam gratiæ cum libertate à coactione consensus : Si ergo Augustinus cum sola libertate à coactione efficaciam gratiæ compescuit, concordiam difficultatem non debuit, enixe commendare, sed potius omnibus esse præuiam prædicare.

53 Huic efficaci argumento respondere intendunt Iansenistæ, verum esse in libertate à coactione concilianda cum gratia efficaci non esse quæstionis huius concordiam difficultatem, quia facile intelligitur motum voluntatis esse necessarium, & voluntarium; difficilimum vero esse, & iudicari ab Augustino, motum voluntatis liberum esse, si necessarius est; vno verbo: Difficultas huius quæstionis solum est in adstruendo naturam arbitrij liberi solum à coactione, non vero in coniungendo cum efficaciã gratiæ hanc libertatem.

54 Hanc responcionem refert Pater Decamps eiusque fraudes, & falsitatem dilucide demonstrat: 1. Augustinus iudicauit concordiam efficaciam gratiæ cum nostra libertate esse difficillimã, vt appertis testimonijs conuictum est; sed concordia gratiæ efficacis cum libertate à coactione, quæ in voluntario consistit, & cum simplici necessitate coniungitur, est ab omnibus intelligibilis, & nullam patitur difficultatem, vt probatum est, & solutio faterur: ergo Augustinus non solum libertatem à coactione iudicauit esse coniungendam cum efficaci gratia: unde Iansenistæ exponere debent, quomodo Augustinus, & Catholici Doctores hanc concordiam vt difficillimam, & obscuram commendant, si de libertate à coactione loquuntur, quam conciliare est facilissimum, & fere omnibus præuium?

*P. Decamps
lib. 3. dis-
p. 3. c. 3.*



55 2. quia solutio totam huius quæstionis difficultatem esse in constitenda natura liberi arbitrij

statuit, hacque semel exposita in concordia illius cum gratia efficacis nullam esse difficultatem; quod omnino falsum esse constat ex testimonijs Augustini adductis, ubi ad huc supposita natura liberi arbitrij, quam Catholicis profitentur; difficillimam esse concordiam saepius edocet, alias non affirmaret de hac concordia esse paucis intelligibilem, & quemlibet Catholicorum vehementer angustantem. Sed de libero arbitrio, & eius natura.

SECTIO SEXTA

Argumenta Ianseniana dissolvuntur, & Augustinum libertatem à necessitate conciliasse cum efficacia gratiae demonstratur.

56

Q

uidquid Iansenius adducit ad confirmandam novam gratiae efficacis cum libero arbitrio concordiam ex Haereticorum libris descriptum esse manifeste singula expendens demonstrat.

*P. Decaps.
lib. 1. dis.
p. 3. c. 8.*

P. Decaps. Sed primo rejicit omnia, quae ad hanc difficultatem evadendam à Catholicis Doctoribus edocta sunt, contumeliosis iniuriosis potius, quam solidis rationibus: Quae argumenta inefficacia convincuntur, dum modum huius concordiae cum Mag. P. Augustino, D. Thoma, & eorum discipulis propugnemus: Nunc Ianseniana, & callida argumenta ex prava Augustini intelligentia deprompta, refutanda, & dissolvenda suscipimus.

57

Assumptum Iansenij sistit in eo, quod M. P. Augustinus, non alio modo exprimit concordiam gratiae efficacis cum libero arbitrio; nisi quia licet gratia necessitatem imponat, homoq. invitus fa-

cere non cogitur, sed sponte, & voluntarie, seu volens per gratiam operatur: Quod fundare nititur: quia in libro, quem S. Augustinus scripsit, ut gratiam cum libero arbitrio componeret, solam libertatem a coactione cum victrici gratia confirmavit, ex eo, quod gratia minime tollit, quod arbitrium vult, & agat; ergo concordia gratiae cum libertate sic exponenda est: antecedens probatur 1. ex Augustino, ita ibi edocente, *Semper est in nobis voluntas libera, sed non semper est bona, ut componat, quomodo quod dicit, facite vobis, cor, scilicet novum, & spiritum novum, hoc dabo vobis.* Quae est concordia concordiae gratiae, efficacis cum nostra libertate, ergo hanc concordiam ex eo statuit Augustinus, quia per gratiam fit ut sit homo bona voluntatis, & voluntas semper est libera licet non sit semper bona, & exinde gratia non tollit libertatem, quia servat voluntatem, & voluntas cum libero a coactione convertitur, alias semper esse voluntatem liberam esset falsum, si Augustinus loqueretur de libertate a necessitate, stat enim apud omnes voluntas necessitati coniuncta. ¶ 2. probat antecedens Iansenius ex verbis, quibus Magnus Parens in fine illius libri colligit, quod fusius disputaverat asserens: *Satis me disputasse arbitror adversus eos, qui gratiam Dei vehementer oppugnant, quia voluntas humana non tollitur, sed ex mala mutatur in bonam, & cum bona fuerit adiuuatur.* Vbi liberum arbitrium gratia non oppugnari edocet Magnus Parens ex eo, quod gratia voluntas humana non tollitur, & hoc, ait Iansenius, ita esse perspicuum, & toties repetitum in illo libro, ut profecto necesse sit, vel tacum esse, qui non viderit, vel contentiosissimum, qui negaverit. ¶ 3. idem confirmat, quia S. Augustinus ex Sacrae Scripturae testimonijs quibus velle dicimur, & nolle liberum arbitrium euincit; ergo ex Augustino

Aug. de grat. & lib. arb. c. 15.

Iansen. de grat. Christi c. 8.

Aug. de grat. & lib. arb. c. 20.

Iansen. ibi bitem.

Aug. ibi-
dem, c. 2.

Bellarmin.
lib. 5. de
grat. &
lib. arb. c.
28,

Disp. 1. de
lib. arb. q.
2. sect. 10
per totam

liberi sumus eo ipso, quod volumus, ex eoque gratia quantumvis efficax libertatem non oppugnat, quatenus homines velle non aufert.

58. Sed omnes Catholici, qui ex Ecclesie castris Caluinianum, & exinde Iansenianum dogma debellarunt, Augustinum in eo libro victricem gratiam cum libertate à necessitate conciliare perspicuum esse demonstrarunt: Bellarminum sufficias adducere, qui Calvinum ita deprauantem testimonia, quæ ex hoc libro à Catholicis vsurpantur, ita efficaciter oppugnat: *Illud liberum arbitrium S. Augustinus confitetur, & confitendum esse monet, quod à Valentini Monachis negabatur. Illi autem non negabant liberum arbitrium à coactione, sed à necessitate, quod solum difficulter cum gratia coniungi posse videtur. Libertas enim à coactione facillime cum gratia copulatur; imò etiam cum fato, & quavis alia causa determinante ad unum; & ideo nemo unquam illud negavit.*

59. Sed cum argumentum intendat D. Augustinum id unum pugnare in illo libro, libertatem scilicet à coactione cum victrici gratia consistere, ex eo, quod Augustinus hanc concordiam statuit, ex eo, quod voluntas semper est libera, quod gratia voluntas humana non tollitur, & quod ex velle, & nolle liberum demonstravit arbitrium, difficultas sistit, in exponendo, quid intelligat Augustinus nomine voluntatis, an quamlibet volitionem, vel volitionem excludentem omnem necessitatem? Si enim ita stricte loquitur de voluntate Magnus Pater libertatem à necessitate propugnauit; sed ita vsurpari voluntatem pherasi Augustini multis conuenio.

60. I. Augustinum in libro de libero arbitrio voluntatis nomine non significare omnem volitionem, sed solum illam, quæ sine simplici necessitate

pro-

procedit, & cum indifferentia ad oppositum, multis conuincimus, & in hoc sensu nomen voluntatis usurpasse stricte, scilicet, ut voluntas, & prout non comprehendit voluntatem, ut naturam euidenter manifestum fecimus, dum exposuimus communem illam Augustini sententiam *voluntas eo ipso, quod voluntas est, libera est*, hancque motionem voluntatis à D. Thoma apprime expositam usurpare Ecclesiae SS. PP. qui de Arrianis triumpharunt notum fecimus; si ergo ita accipit voluntatem in libro de libero arbitrio dum illud conuincit, quid magis consequens, quod in eodem sensu voluntatem usurpet in libro de gratia, & libero arbitrio, dum illud cum gratia conciliat?

61 2. quia librum de gratia, & libero arbitrio conscripsit Magnus Parens propter Monachos Adrumentinos, *quia sic gratiam Dei defendebant ut negarent hominis liberum arbitrium, aut quando gratia defenditur negari existimabant liberum arbitrium.* Sed ut ait inuictus Caluini debellator Ruardus Tapperus *Monachi illi non poterant ignorare, quod voluntas externo motu inuita non cogitur, nec inuitam velle ex doctrina Beati Augustini Monachi illi credebant.* Ergo cum gratiam cum libertate consistere edocet Magnus Parens, quia gratia voluntas humana non tollitur, nomine voluntatis non solum excludit coactionem naturae voluntatis repugnantem, sed necessitatem voluntati, ut voluntas est, oppositam.

62 3. idem manifeste conuincitur ex testimonijs sacris, quibus utitur Augustinus ad demonstrandum liberum arbitrium. 1. ex illo Ecclesiastici: *(Deus ab initio creauit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. &c.)* Sic loquitur *Ecce appertissime videmus expressum liberum humanae voluntatis arbitrium, non vero solum à coactione, sed ab omni simplici*

D. Th. ad
duetus ubi
supra n.
25.

Aug. lib.
de grat. &
lib. arb. c.
1.

Ruardus
Tapperus
art. 7. pa-
gin. 237.

Aug. ibi-
dem c. 2.

Eccl. 15.

*Disp. 1.
q. 1. sect.
5. & q. 2.
sect. 5.
Epist. ad
Thilemo-
nem.*

*Aug. ibi-
dem c. 2.
in fine.
Aug. ibi-
dem c. 5.
2. Paral.
15.*

*Aug. lib.
vno de dua
bus ani-
mabus c.
11.*

*Aug. ibi-
dem c. 12.*

necessitate potestatem ad oppositum auferente ; vt
alibi fufius fuit conuictum. ¶ 2. quia adducit illud
Apostoli *Ne bonum tuum velle ex necessitate esset, sed
ex voluntate.* Sumit ergo voluntatem, vt necessitati
oppositam. ¶ 3. quia postquam expendit testimo-
nia sacra, quæ velle, & nolle nostrum edocent ita
concludit: *Vbi ad aliqua faciendum, vel non facien-
dum in Diuinis monitis opis voluntatis exigitur, satis li-
berum demonstratur arbitrium.* Demonstrat ergo Mag-
nus Parens arbitrium quatenus in voluntate est face-
re, vel non facere. ¶ 4. dum ita edisserit: *Scriptum est
in libro Paralipomenom. Si quaesieritis Deum, inuenie-
tis, si autem de reitqueritis eum, de relinquet vos.* Ma-
nifestat quidem liberum voluntatis arbitrium. Ergo li-
berum, cum indifferentia ad opposita deducit arbi-
trium, potens quidem quærere Deum, aut de relin-
quere.

63 *¶ Ultimo denique; quia in hoc sensu no-
men voluntatis vsurpat Augustinus in alijs suis oppe-
ribus, ergo, & in illo libro sit accipi debet: Proba-
tur antecedens ex his quæ contra Manicheos edisse-
rit Magnus Parens. Nihil enim magis notum quam
fieri aliquid voluntate esse posse non facere, aut fieri
sine necessitate illustriora afferam. r. ita afflatur. *Pecc-
atum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iusti-
tia vetat, & vnde liberum est abstinere, quamquam si li-
berum non sit, non est voluntas.* Pende hæc vltima ver-
ba: Si liberum non est non est voluntas: voluntas ve-
ro consequendi vnde liberum est abstinere peccatum
est, ergo idem est iuxta Augustinum peccatum esse
in voluntate, ac esse sine necessitate, seu cū potestate
abstinendi.*

64 *¶ 2. dum ita animam Manichæorum, seu
naturaliter malam oppugnat ille anima quid quid fa-
ciunt;*

ciunt, si natura non voluntate faciunt: id est si libero ad faciendum, & ad non faciendum motu animi carent peccato earum teneri non possumus. Ergo iuxta Augustinum idem est voluntate aliquid facere, ac cum libertate ad faciendum, & ad non faciendum.

65 3. quia ita Fortunatum Manichæum alloquitur Magnus Parens anima enim rationali dedit Deus liberum arbitrium, sic enim posset habere merita, si voluntate non necessitate boni essemus. Ergo idem est apud Augustinum nos esse bonos voluntate, ac sine necessitate.

66 3. ex his, quæ assumit Magnus Parens, ut in verbis quibus Manichæus asserit, qui legem servare noluerint probet liberum arbitrium ita colligeas, Si autem nolunt non utique coguntur, ut non faciant, sed voluntate sua nolunt. Hoc ergo, quod in eorum voluntate est ut nolint peccatum est certe sine aliqua necessitate, & cur quidem? Quia si coguntur aliqua necessitate non nolunt, sed non possunt. Ergo idem est in sensu Augustini nolle servare legem, ac sine necessitate non facere, quod lex præcipit, seu peccare.

67 4. si inspicimus disputationem Magni Parentis cum Fortunato Manichæo inveniemus in hac sola propria acceptione nomen voluntatis usurpari, specialiter dum ita loquitur, Si autem cogitur consentire, ita ut non sit in eius potestate aliter facere, non ergo ut dicebas voluntate peccat, quando non voluntate consentit. Ergo voluntate consentire, & peccare apud Augustinum est esse in potestate voluntatis aliter facere, quia si non est in eius potestate aliter facere cedere potius, quam consentire dicenda est, ait Magnus Parens, ergo, & idem erit apud Augustinum voluntate consentire naturam bene agendo per gratiam quam esse in eius potestate aliter facere, quia alias

Aug. ad
vers. for-
tunatum
Manich.
prope me-
dium.

Aug. in
ad. cum
Felice c. 5.

Aug. con-
tra Secun-
dum Ma-
nichæum
c. 19.

Aug. ibi-
dem.

Aug. de
fide contr.
Manich.
lib. unico
45.

potius ; quam consentire dicenda est.
68 Alia quam plurima Magni Parentis tes-
timonia prætermitto verba tamen quibus increpa-
uat olim Manichæos in Iansenistas transcribere pla-
cet, sic de suis scriptis illos afflatur: *Legite Manichæi*
(Iansenistæ) & omni vigilantia ista discutite, & ma-
gis, magisque legite, atque discutite, sed animo equo,
non animo inimico. Legite illud attendentes, quia
erit vobis in futuro iudicio ista scriptura testis, si ag-
noscentes vera esse, quæ dicta sunt, ad sinum matris
Ecclesiæ Catholicæ, quæ sola veritatem docet, omni
cursu non festinaueritis. ✠

QVÆSTIO SECVNDÆ

Vtrum scientia mediæ sit necessaria ad
concordiam gratiæ efficacis cum li-
bertate consensus salutaris ex-
ponendam?

SECTIO PRIMA

*Status questionis, & sententia DD. Societatis ex-
ponuntur.*

Nomine scientiæ mediæ intelligitur, scien-
tia Diuina medians inter necessariam,
& liberam Deo; scientia scilicet, non
necessaria Deo, quia defectibilis, & con-
tingens, minime vero Deo libera, quia præcedens
omne decretum Deo liberum; vnde medians nuncu-
patur, quia habet contingentiam, sicut scientia libera,
li;

licet non obtineat libertatem, & habet similiter præcedere omne decretum liberum, sicut scientia necessaria, licet non obtineat necessitatem: idem ergo est inquirere an per scientiam mediam libertas consensus cum efficacia gratiæ concilietur? Ac in dubium vertere, an ad prædictam concordiam exponendam sit necessaria scientia Diuina contingens. Deo non libera?

2. Nec quæstio directe dissoluenda est per media, quibus existentia scientiæ huius mediæ impugnatur, vel quibus existentia talis scientiæ suadetur, non enim pro nunc existentiam huius scientiæ disputamus, sed illius utilitatem, aut necessitatem ad concordiam gratiæ efficacis cum libertate controveitumur, unde solum argumenta, quæ intendunt utilitatem, vel inutilitatem huius scientiæ ad prædictum munus sunt equa lance libranda; licet ex necessitate scientiæ mediæ ad hanc concordiam illius existentia recte colligatur, cum omnia, quæ necessario exiguntur ad hanc concordiam habeant defacto existere; similiterque ex inutilitate scientiæ mediæ ad prædictam concordiam defendendam apprime inferatur talis scientiæ defectus, quia non alio fine à suis Patronis pro viribus propugnatur, nisi ad difficultatem huius concordie euertendam: Quæstio ergo nostra ita restringi debet: An ex prædicta concordia existentia scientiæ mediæ conuincatur, quatenus per illam solum exponi possit, vel potius ex inutilitate scientiæ mediæ (præscindendo ab alijs medijs) ad prædictam concordiam exponendam inferatur reiiciendam illam scientiam hoc præcipue sine introductam?

3. Communiter DD. Societatis defendunt scientiam mediam necessariam esse ad saluandam libertatem.

bertatem nostram cum gratia efficaci; quod ex eo
 fuadent; quia gratia efficax debet esse ab intrinseco
 indifferens, ut cum libertate concilietur, sed si est ex
 se indifferens, & alias efficax, seu infallibiliter coniu-
 cta cum consensu necessario supponit scientiam me-
 diam, ergo: mai. probant fundamentis, quibus inten-
 dunt, *omnem suppositionem antecedentem connexam cum
 consensu omnino independentem in existendo à nostra liber-
 tate pugnare cum libertate consensus.* Et cum si gratia sit
 ab intrinseco efficax connexa cum consensu, & non
 indifferens omnino sit independens, tam in existen-
 tia à nostra voluntate, quia Deus illam dividit singu-
 lis prout vult, quam in efficacia intrinseca ipsi; si gra-
 tia efficax esset ex se, & ab intrinseco efficax, & non
 potius ex intrinsecis indifferens omnino pugnaret cū
 libertate consensus.

4 Minorem vero, quod scilicet gratia effi-
 cax, seu infallibiliter coniuncta cum consensu, si est
 ab intrinseco indifferens necessario supponat scien-
 tiam mediam, persuadent; quia gratia efficax, infalli-
 biliterque inferens consensum supponit scientiam Di-
 vinam consensus sub illa gratia, alias non posset Deus
 per illam infallibiliter facere consensum, sed scientia
 de existentia consensus posito auxilio gratia ex se in-
 differenti est media, ergo: Probant min. I. talis scien-
 tia est obiective conditionata; sic enim enuntiat, *Si
 confero auxilium A. erit consensus*; Est absolute con-
 tingens, quia est scientia veritatis contingentis, potest
 enim posita conditione auxilij deficere conditiona-
 tum, seu consensus, quia ut supponitur auxilium est ex
 se indifferens, & coniungibile cum dissensu: est etiam
 scientia non libera Deo, quia omnino independens à
 determinatione Dei ad conferendum auxilium, scien-
 tia enim veritatis conditionalis minime exposcit de

terminationem conditionis, sed per scientiam mediam solum intelligitur scientia Divina obiective conditionata contingens, & Deo non libera, ergo scientia consensus sub auxilio in re efficaci ex se indifferenti est. media.

3. 2. probant illam min. scientiam huius veritatis conditionalis, si existit auxilium. *Al. exis. consensu.* Solum est libera determinanti hanc veritatem conditionalem, sed sola voluntas nostra, & non Deus determinat veritatem conditionalem, ergo, & illam scientiam, cum ergo sit contingens, erit contingens non libera Deo, quia à Dei determinatione independens, vnde media: minor sic probatur: veritas conditionalis non determinatur à determinante conditionem, sed potius à determinante conditionatum posita conditione; sed licet Deus determinet conditionem, seu existentiam auxilij, nullatenus determinat conditionatum, seu consensum per auxilium, cum auxilium, vtpote indifferens non possit esse determinans, ergo Deus nequit determinare veritatem illam conditionalem. Hanc sententiam uniformiter extolunt societatis Doctores, inter quos eminent Complutenses Nostris: Quorum alium non contero, quia palam noti sunt.

SECTIO SECUNDA.

Sententia Angelicæ Scholæ negans scientiam mediam esse necessariam ad prædictam concordiam exponendam defensanda suscipitur, & quantum in auctoritate præmineat in nostrâ Complutens. Academia refertur.

Angelicæ Scholæ alumni pro viribus præpugnant scientiam mediam ex eo solo titu-

M. Vives
cont. scien-
t. med. dis-
p. 19. sect.
2.
Ill. Tapia
tom. 1. cat.
mor. lib. 5
q. 1. art. 3
M. Fr. Il-
des. Mi-
chael in 1.
p. tom. 2.
M. Car-
rasco Theo-
h. part. 2
de volunt.
Dei.

Coll. Cam
p. D. Th.
Dialecti-
ca lib. 2.
c. 19.

titulo reiiciendam fore, (licet quam plurimis alijs etiam releganda sit) quia omnino est inuulis ad efficaciam gratiae cum libertate consensus salutaris concipiendam: Hanc sententiam defendendam suscepit Sacra, & Doctissima Dominicana familia ex qua quinquaginta nobiles scriptores adducit M. Vives: inter quos non parum splendent Nostrae Academiae Primarij M. Albelda; M. Ioannes à S. Thoma; & Magister Prado: Quibus superadde Illust. D. Fr. Petrum de Tapia, nostrae Vniuersitatis immortale decus; qui auxilia diuinæ gratiae ex se efficacia, efficacissime propugnauit; integrumque opus pro efficacia gratiae, ut publicam videret lucem, ipso testante, conscripsit: M. F. Ildephonsus Michaelẽm Primarium nostrum, virum ingenio acri, qui in suo in 1. partem D. Thomae egregio opere Doctrinam Thomiticam illustrauit: M. Carrasco Primarium etiam antecessorem nostrum, quam sapienter disputantem audiui, in suo opere nouissime edito, cuius alia prope diem euulganda anxie speramus, quae, tanto Magistro, nostrae doctrinae splendorem mirum conciliabunt in modum: Praetermittere non possum R.R. D. F. Carolum de Baiogna, nunquam satis laudandum, Theologia imbutum poenitus; qui in literis, quasi in stadio sibi immortale nomen comparauit; cuius scripta omnes Theologi in pretio habent; & vniuersus fere orbis transcripsit: Quem tantum Virum, Primariumque nostrum amissimus; ut Magno Hispaniarum Regi Nostro Inuictissimo Carolo Secundo à confessionibus deseruientem; desideratum lugeremus: Si vis noscere, ex vniuersae leonem attentè conspice Dialecticam paruum, logicamque Magnam, quae nomine Collegij D. Thomae Complutensis omnium plausu circumferuntur, & tantum Magistrum Authorem obtinent, gloria

riam sui nominis fugientem, ut gloriofior euaderet; & dum pueris prima scientiarum fundamenta edoceret, praedeterminantis gratiae notitiam indicat.

7. Dominicanos Magistros sequuntur Religiones Sacrae quam plurimae: Ex Carmelitana familia SS. PP. Discalceati virtute, & sapientia omnibus summa in veneratione illustres, scientiam mediam vno ore aperto Marte impugnant. Plures etiam ex Sacro Eliano ordine in scientiam mediam militarunt, sed adducere sufficiat duos nostrae Vniuersitatis proceres coetaneos nostros, videlicet: R. P. Dionisium Zayas Primarium Scoti Professorē, & R. P. F. Franciscū Garcia Primarię Cathedre Sacrae Scripturae nūc Moderatorem Dignissimum; qui publicē semper scientiam mediam oppugnarunt, & Dominicanam illustrarunt sententiam.

8. Ex Magna M. P. Augustini familia, quam plurimi scientiam istam mediam rejiciunt, sufficiat praecellosos Magistros, meae tempestatis adducere: R. P. M. Fr. Iosephus à Villanova eximia virtutis, & sapientiae vir, licet singularem excogitavit, & meditavit viam, ut Deus sola scientia naturali utens, futura contingētia cōditionata infallibiliter cognosceret, tamē scientiam mediam neruose, & solide impugnat in suo erudito opere de Praescientia: R. M. P. Petrus Panigua nobilitate, sapientia, & virtute conspicuus, Cathedrae Docendae Moderator egregius, in hac Castellae Provinciae superior, Regiae Caroli Secundi Maiestatis Concionator, (cuius immatura mors, acceleratusque casualis lachrymabilis Academiae nostrae atulit ruinam, ademit tanque praestantissimum Magistrum magno opere obilitatio pro futurum:) sub vexillis Angelicae Scholae, ut Theologiae strenuus Dux dignificavit: Scio à P. Blenno inter scriptores ex Sacro Ordine

*Villanova
de Praesc.
dub. I I.
per totum*

P. Henao
Hist. scia
medie n.

40.

M. Tapia

3. p. 9. 2.

art. 3.

Villanova

ubi supra

c. 1.

Alviz 1.

p. tract. 1.

de scientia

disp. 7.

dine Augustiniano adducere pro scientia media P. Didacum de Tapia, Professore Theologiae Complutensem, quia nondum viis, aut non allegatis elaborationibus Molinae, scientiam conditionatorum futurorum, ut indubiam in Sacra Scriptura edocuit: sed ante Molinam M. Tapia talem scientiam obiter attigisse, sicut, & Mendoza ex professo, probat P. Villanova; sed Tapia illam conditionatorum scientiam esse simplicis intelligentiae edocuit: Similiter refertur ab eodem P. Martinus Alvarez Primarius Theologiae in nostra Academia Professor, quia scientiam conditionatorum edocuit; sed nescio, ubi mediam esse inter liberam, & necessariam, aut vtilem ad conciliandam efficaciam divinae providentiae cum nostra libertate, profiteatur: in quo est dissidium; quia pro scientia conditionatorum omnes fere Theologos a numerare potest.

9 Doctores, qui ex Militari Ordine Beatae Mariae de Mercede, & ex Sacro Clericorum Regularium minorum suffragantur Doctrinae Thomisticae, scientiam mediam relegantes, adducere haud necesse iudico, cum omnes sententiam nostram vno ore mira eruditione, & authoritate, & doceant, & plaudant. Semperque Doctilissimi ex utraque Sacra Familia Recentiores adierit, quibus supra modum Angelici, & communis Magistri doctrina illustratur; quae hoc solo titulo (si alij deficerent) mihi commendabilis foret: Nec pro utilitate scientiae mediae ad concordiam gratiae efficacis cum libertate, ex his Sacris Ordinibus in hac nostra schola potest vnus (quem sciam) adduci.

10 Sed ex praefato Militari Ordine recensere non praetermittam Sap. M. Prudentium in Complutensi licet Primarium Scoti Moderatorem, &

D. Thomae à Supremo Castellae Senatu nominatum ipso die immaturae mortis suae, postquam duo egregia volumina in 3. p. publicae utilitati edidit, sapientiae suae nunquam peritura monumenta: Et no- uissimae opus posthumum typis mandatum est in 1. part. Vbi in scientiam mediam doctissime pugnat, & argumenta efficaciora contra gratiae efficaciam soli- de, & ingeniosè dissoluit: Et Illust. Fr. Emmanuelē de la Torre, Archiepiscopum Anfanensem, Vesperariae Principalis Cathedrae, Magistri sententiarum publi- cum professorem auguratum, dum ex illa ad Prima- riam Sacrae Scripturae fui electus.

11 Ex Sacra Minorum Clericorum Familia ad ducere non praetermittam. P. Antonium de la Par- ra sui Collegij D. Iosephi Professore Primarium, qui in tractatu de Incarnatione subtilitate, & acu- mine ingenij D. Thomae sententiam enixè promo- uet. Et P. Ioannem de Sandoual, Regiae Maiestatis Concionatorem, in Complutensi nostro Lyceo Vespertinae Cathedrae Professore Emeritum, Elo- quentia, Nobilitate, & Ingenio eximie florentem, qui in Scientiam Mediam Scholastico furore invehit- tur, & continuo in suis praelectionibus illius argu- menta eneruat, & infringit.

12 Ex Sacro Minorum ordine nullum Theologiae Professore allegare statui; cum pro Re- ligione omnes huius Inclytae Familiae viri adstricti sint ad Thomisticam Doctrinam exornandam, sustinē- dam, & tantae Religionis suffragio illustrandam, validis- sime contra Scientiam illam Mediam pugnando.

13 Sacra Franciscana Familia, Subtilissi- mi Doctoris Schola, licet per suos Doctissimos No- minales fundamenta edocuit, quibus Scientia illa media fulcitur, eam fere omnes nostrae Scolae Mag-

*T. Parra
tract. de
merito
Christ. qd
2. art. 7d
disps.*

Merino
ro p. 2. lo
gica cap.
7. n. 4.

Felix in
tent. com-
plut.

Henaoeue
tu 44.

P. Fuente

2. *Phi. 7.*

5. *diff. 3.*

art. 1. &

3.

P. Cas-
tillo 1. 1.
in 3. sent.
disp. 14.

9. 1. p. 2.

Caberus

tract. 2.

Phil. dis.

4. n. 9.

Lorca ubi

sup. 11.

Dubium.

gistri detestantur: Inter eos tamen, qui prelo sua scrip-
ta mandarunt, eminent: Illustrissimus Merinero
Episcopus Vallisoletanus, Mag. Generalis Ordinis,
in Complutensi Coenobio Primarius Theologiae
Lector: qui non dari in Deo Scientiam Mediam in-
ter naturalem, & liberam expresse edocet. In eam-
que acriter inuehitur P. Franciscus Felix. Et licet
P. Henao inter Scriptores Complutenses Francisca-
nos referat pro Scientia Media P. Gasparem de la
Fuente, & P. Franciscum del Castillo, in citatis locis
nil in fauorem Scientiae Mediae inueni.

14. Ex Sacro Cisterciensi Sanctissimi Doc-
toris D. Bernardi Ordine afferant: Aduersarij plures
pro sua sententia, interquos non parum eminet Pri-
marius Theologiae in nostra Academia Publicus Pro-
fessor: R. P. Chrysofomus Caberus, vnum tamen
pro mille, (illis licet reclamantibus) vt nostrae Doc-
trinae eximium Patronum non pratermitta: Doctis-
simum illum Magistrum Fr. Petrum Lorca, apello,
toti orbi notissimum, cuius laudes cum in ore sint
omnium, superuacuum reor recensere: Nostrae
Complutensis Scolae Primarium Cathedrae Scoti
Professorem eiusque, & suae Religionis immortale
ornamentum: Quem suum Egregium Doctorem pro-
fiterur, vti namque in hac controuersia comunem
amplecteremur Magistrum. Audiamus tamen ipsum
ita asserentem. *Dico secundo possibile est, & existiman-
dum saepe fieri, vt Deus efficaci physica motione praedeter-
minet voluntatem, & hac ratione efficiat, vt operetur sal-
ua, & illa libertate. Hac assertio probatur primo testi-
monio D. Thomae, cuius indubitata doctrina est. Qui
vero Physicam efficacem Dei motionem praedeter-
minantem cum nostra libertate componit, ad Scien-
tiam Mediam, vt libertatem cum efficacia gratiae*

conciliet, aufugere non potest.
 1517 2. quia explicat concordiam libertatis cum auxilio efficaci, licet physice prædeterminet, non ergo exigitur præscientia conditionata contingens, ex qua, auxilium efficax infallibile sit, ut cum libertate concilietur. ¶ 3. quia edocet, quod licet aliqui contendunt, necessario concedendum esse, voluntatem posse resistere auxilio efficaci, tamen esse alienum à mente Tridentini, & expresse contra Augustinum, qui placè concedit auxilium efficax resisti non posse: Qui hanc esse mentem Tridentini expresse ab Augustino edoctam propugnat, quomodo ad assylum Scientiæ Mediæ aufugiet, ut resistibilitatem auxilij cum efficacia coniungat? Immo, quomodo ex Sacro Concilio illam mediam inferet scientiam, ut faciunt DD. Societatis, quia auxilium efficax resistibile esse, manifeste à Tridentino edocetur?

16 Indubium ergo credo esse ex mente huius Sap. Magistri Scientiam Mediam non esse necessariam ad talem concordiam exponendam: Physice prædeterminantem gratiam cum libertate consociari: & auxilium efficax non esse à voluntate resistibile: In quo manifestè opponitur DD. Societatis, & nostram sententiam ut indubitam D. Thomas sustinet, licet aliàs nobis aduersetur, quia hanc motionem Physice prædeterminantem necessariam esse ad omnem consensum salutarem renuit: Nec qui disputationem huius Authoris, in qua materiam ex professo pertractat attente perlegerit, de hoc dubitare potest.

17 An verò Sap. Lorca Scientiam Mediam edocuerit, licet minime necessariam ad conciliandam efficaciam gratiæ cum libertate? Lis est non

Lorca ubi
 supra 6.
 Nodus difficultatis.

Lorca ubi
 sup. II
 Dubium.

Leonard.
disp. 5. se-
ct. 3.
B. r. ul di-
sp. 3. sect.
3.
Henao
enent. 33
Thyrso t.
4. disp. 4.
sect. 11.
Alvarez
l. 1. c. 1. n.
26.
Vives
disp. 1. d.
3. s. 1. n.
33.
Godoy
de scien.
disp. 37.
l. 1. n. 7.

dum decissa: Vt Scientiæ Mediæ defensor adducitur à Paulo Leonardo, Borrul, Henao, RR. Thyrso, & alijs: Pro sententia opposita refertur ab Alvarez, Vives, Godoy, & alijs; sed quia nunc de Scientia Mediæ non disputo, sed de eius necessitate ad concordiam efficaciam gratiæ cum libertate, sufficit ad præsens institutum Scientiam Mediam necessariam ad hunc potissimum finem à suis Patronis proclamam, relegasse: Dum de existentia talis Scientiæ (Deo fauente) pertractem, Sap. Lorcam Scientiam Mediam inter necessariam, & liberam, (de qua est dissidium) manifestè rejicere efficaciter suasurum, spondeo.

SECTIO TERTIA

*Authoritas sententiæ Thomisticæ ex egregijs Doctoribus
qui ex statu Ecclesiastico Saculari in nostra
Academia floruerunt.*

Academia nostra ex statu Ecclesiastico Saculari orbi peperit immortales Viros, quorum egregia Doctrina eximia Sanctitate fulsit: Ex his verò, qui Typis suas lucubrationes maxima cum Ecclesiæ utilitate mandarunt, & D. Thomæ sententiam enixe commendarunt: Primus occurrit, sui sæculi oraculum, Sap. D. Doctor Ludovicus Montefino, Magistralis Cōplutenus Ecclesiæ Scolasticus, & Canonicus, Principalis, & Primariæ Cathedræ D. Thom. (cui addictissimus fuit, & tua operadicanda mandavit) multos per annos eximia laudemoderator Ecclesiæ Salmanticensis Episcopali Cathedra reiecta; qui efficaciam gratiæ independentem à præscientia boni vsus arbitrij edocuit, licet vt decre-

tis Pontificijs obtinere speraret Sap. Carmelitarum Excalceatorum Complutense Collegium, cui in sua ultima voluntate sua scripta in I. 2. D. Thomae, ut publicam acciperent lucem commendavit, mentem tanti Doctoris non praelo mandavit, ut in proprio loco de gratia efficaci annotatur; Illustria vero doctrinae nostrae reliquit testimonia, quatenus edocet Deum praeter gratiam excitantem novum influxum supernaturalē praestare in consensu spectantem ad gratiam cooperantem, per quem Deus reddit vocationem, seu excitationem actu operantem; ita enim affatur; *nam excitatio prout actu operans etiam est ex solo Deo; neque enim liberum arbitrium facit, quod illa excitatio operetur, sed potius illa facit, quod liberum arbitrium consentiat.*

19 Vnde nescio, quo iure aliqui Patres societatis Doctissimum Montefino suae sententiae adscribant, à PP. Borrul, Ortega, & Henao adducitur in disput. 19. pag. 269. & in quaest. 111. n. 4. pag. 795. Sed inspicite precor is in locis, cui sententiae autipulatur?

Et primo illo priori loco ita asserit; *Ex hoc intelligitis quā ratione secunda causa dicitur agere, ut mota: Non enim debetis intelligere istum esse alium motum receptum à causa secunda, sed solū dicitur causa secunda agere, ut mota, quia agit dependenter à prima. Vbi solū asserit motionē causae primae nō esse novū motū receptum in causa secunda: Mensque indubia huius Doctoris est, motionem causae primae esse praeviam, sed realiter ab actione creaturae indistinctam: & ita suam exprimit mentem: Eadem actio, & est à Deo, & a causa secunda, prius natura à Deo, quam à causa secunda prioritate non in quo, sed a quo.*

Montefino t. 2. in I. 2. q. 111. art. 3. disp. 31.

Borrul de Scient. med. d. disp. 5. sect. ult.

Ortega cont. 3. de Decreto

disp. 1. q. 4. cert. 2.

Henao de Scien. med. euent. 44.

n. 1122.

Montefino t. 2. pag.

269. num.

27.

Montefino t. 2. pag.

supra n.

46.

*Montes.
tom. 2.
paf. 195
n. 44.*

*Montes.
vb, sup.
n. 46.*

20. Secundo: In illo alio loco, in quo allegatur, cum eadem consequentia doctrinae loquitur negando præter excitationem qualitatem aplicantem ad consensum salutarem distinctam realiter ab ipso: disputat enim de gratia operante, refutatque Molinæ sententiam; & postea Gregorij opinionem sustententem gratiam operantem consistere in applicatione voluntatis ad actum liberum salutarem; ex eo quod voluntas vocata applicatur à Deo. ipsamet actione, seu consensu, ita ut inter vocationem sancti, & consensum non mediet qualitas aplicans; Vnde sustinet gratiam operantem esse vocationem sancti, cooperantem verò esse consensum prout ex Deo: expressè vero fatetur: *Quod licet aliqui negent prioritatem rationis inter Dei concursum, & nostram cooperationem: tamen nos illam fatemur libenter.* Totusque præoccupatur in probando concursum prout ex Deo non esse gratiam operantem, quia gratia operans præcedit duratione consensum, & potest à consensu separari, concursus vero Dei, cum sit idem realiter cum operatione nostra libera, nequit illam realiter præuenire, & ab illa realiter separari; unde in questione quarta eiusdem articuli diffuse suadet contra Molinam præter gratiam excitantem esse non vnam gratiam, & influxum supernaturalem Dei adiuvantis, dum voluntas consentit.

21. Quomodo vero scientiæ mediæ suffragetur, qui fatetur libenter consensum nostrum prius determinari à Deo, quam ab arbitrio, omnino ignoro. Si Doctores Societatis clamant in hac tempestate principia scientiæ mediæ evertere, asserentes consensum condeterminari à Deo, cur pro scientia illa refertur edocens consensum non solum condeterminari, sed prius à Deo determinari? An, quia præuiam de-

determinationem Dei non distinguit realiter à consensu libero? Sed cur non referuat Doctrinæ Thomisticæ nobiles Recentiores, qui dum acriter inveniuntur in illam scientiam, idem sustinent? Inter quos non parum eminet noster Primarius F. Ildephonfus Michael.

Ildef. Michael t.

p. 9. 10,

art. 8. du

b. 1. n.

359.

22. Inter nostræ Scholæ Primarios D. Thomæ Professores eruditissime pugnât contra scientiam illam mediam, ut omnino inutilem ad confortandam efficaciam gratiæ cum libertate, Doctôr D. Andreas Henriquez de Villegas, Magistralis nostræ Ecclesiæ Canonicus, qui non solum eximia Sapientia Cathedram illustravit, sed etiam eius redditus auxit eam instituendo suorum bonorum hæredem in sua accelerata morte; fatum tamen sui felicissimi ingenij in solamen nobis reliquit in suis eruditis controuersijs eximie, & iuste laudatis à M. Ildephonso Michael, in quibus doctrinam Thomistarum, contra Doctores Societatis mira eruditione, & acumine defendit; absque in consequentiæ, nec minima nota, quam ei iniuste impingit P. Alderete, & suo loco ab ea illum vindicabimus.

M. Ilde

phonso

Michael t. 1.

in 1. p. c.

ult. super

raddito.

P. Alderete

desciẽ

t. disp. 28

sect. 11.

n. 16.

P. Borrul

de scient,

med. disp.

15. sect. 3

in fine.

Borr. ubi

supr. sect.

ubi

23. Unde miror dum monentem lego P. Borrul; *Scriptoris non est Authores sine lege congerere, sed eos, quos pro opposita sententia citatos reperit, pro sua non sine probatione allegare.* Et cum allegatum inueniat N. Villegas pro sibi opposita sententia à P. Viues inter Authores, quos refert ex Academia Complutensi scientiæ mediæ suffragantes, ipsum enumerat, sine apparenti motivo, in controversia 4. de scientia conditionata liberorum sub hypothesi futurorum cap. 3. in fine. Sed quo iure? Quia ibi negat Deum cognoscere futura conditionata in determinatione suæ voluntatis, sicut in disp. 3. idem edocuit de futuris abso-

*Godoy de
scient. di)
p. 39. sec.
3. n. 32.*

*Godoyobi
sup. sect.
1. n. 6.*

lutis. Sed certe timeri potest pro scientia illa adduci
Illust. Godoy, qui aliquando edocuit; *Decretum libe-
rum non esse motivum, seu medium, in quo Deus futura
cognoscit: Imò ita proponit Thomistarum senten-
tiam: Tertia, & vera sententia defendit omnia in univ-
sum futura cognosci in decreto, siue in Divina essentia ut
determinata per illud. Et inter sufragantes scientiæ me-
diæ in ducetur, qui negat futura cognosci in decreto,
dam pro viribus pugnat cognosci in essentia, ut de-
terminata per decretum?*

24 Hic Primarius Noster in controuersia
4. vbi pro opposita sententia in ducitur cap. 1. refert
sententiam, seu median scientiam Molinæ, Suárez,
& Vazquez: Capite 2. eam impugnat ratione, &
quia appertissime contrariam Angelico Doctore: Ca-
pite 3. probat nullam esse futuritionem ante deter-
minationem Diuinam, sed essentiam esse medium
cognoscendi futura supposita vero determinatione
voluntatis: Capite 4. totus incumbit in probando ex
Augustino: *Subnixam esse, & horum futurorum scien-
tiam decreto Dei: Et cap. 5. ita controuersiam claudit;
Ex dictis omnibus colligere licet contra Molinam, &
suos scientiam istam contingentium conditionerum non
esse nuncupandam median inter naturalem, & liberam,
quia ut vidimus supponit actum voluntatis Diuinæ libe-
rum. Controuersiaque 3. præcedenti præoccupatur in
probando res esse futuras, quia sciuntur à Deo, non
è conuerso. Denique tota controuersia 12. perspicue
differit, quo modo constet cum efficacia Diuinæ
voluntatis nostri arbitrij libertas? Et doctrinam nunc
communem Thomistarum summa eruditione illus-
trat, omnes modos dicendi DD. Societatis rejicit,
nec meminit scientiæ mediæ ad hanc concordiam,
quæ ut relegaret: inspicere ex his, quo iure gloriatur*

P. Borrul referre eos, qui aditipulantur scientiæ medi-
 cæ: Non ad plausum populorum, sed ut more iustitiæ tri-
 buatur unicuique, quod suum est. Auscultaque quo fun-
 damento afferat P. Henao, Opinione Villegæ proprio-
 rem esse placitis Molinæ, quam Thomistarum; & alibi:
 Equidem quando nunc oculis repeto controuersias: Andrea
 Henriquez, in eis que conspicio, ipsum esse Theologum neu-
 trum, seu potius propendentem magis implacita confor-
 miora nostris, subit mihi admiratio de tanta illa securita-
 te, qua scribit Fasseau eas solide promulgatas ad muni-
 men prædeterminationis physicæ, de molitionemque scien-
 tiæ mediæ. ¶ Eadem admiratio me occupat dum
 controuersias illas sæpius excoluo; & securitatem,
 qua scribit P. Henao Propendentes magis in placita con-
 formiora suis; forte quia ut fatetur; Non incidit in ul-
 lum eius locum, ubi tradat prædeterminationem physicam:
 Ego tamen incidi in locum ubi eam ex Sacro Tri-
 dentino Concilio illustrat argumento nunc à Nobi-
 lioribus Thomistis proclamato.

25 Doctissimi D. Ioannis de Medina, Primarij D.
 Thomæ Antefigiani, & Ecclesiæ Complutensis Ca-
 nonici, suffragium in dubium vertitur; pro nostra sen-
 tentia refertur à P. Viues, & à P. Zumel ex fide An-
 tonij Cordubensis allegantis Alphonsinam forte non
 typis vulgatam Medinæ: sed huic testimonio parum
 fidei præstant Suarez, & Henao, quia in illo solum
 edocet, quod Deus concurret per suam voluntatem
 cum causis secundis, quæ est doctrina firmissima a-
 pud assertores scientiæ mediæ: Sed egregium Prima-
 rium Medinam Thomisticæ sententiæ auxiliare mi-
 hi fere in dubium est: ipsum adduco in perillustri o-
 pere de Penitentia typis mandato duplici in loco: Pri-
 mo dum obacula remouet, quæ sophistice inten-
 dunt Deum orandum non esse, & tertio loco oppo-

nit,

P. Borrul
 ubi supra

P. Henao
 euent. 3.

n. 744.
 tom. 2. de
 scient.

M. Theol.
 defensata
 n. 3653.

Villeg. fol.
 299.

P. Viues
 disp. 19.
 dist. 2.

P. Zumel
 tom. 1. va-
 riar. pag.
 169.

Ant. Cor-
 dub. lib.
 questiona-
 rij q. 55.
 dub. 10.

Suarez t.
 2. de gra-
 c. 5 in. 47

Benao e-
cent. 34.
Medina
Cod. de O-
ration. tra
ct. 6. S.
Quis orā-
tus pag.
162.

nit. Quia superfluum est orare pro eo, quod necesse est euenire, & si Deus decreuit facere, quod ab ipso orando ex-
petimus necesse est euenire cum Dei voluntas frustrari,
aut impediri non possit. Et respondet: 1. instando, quia
eadem forma suaderi posset frustra esse bene agere,
aut mandata seruire. 2. Quod obiectum orationis ma-
net contingens, licet Deus ab aeterno decreuit dare, quod
petimus, quia decretum Dei tantum in dicit necessita-
tem consequentia, non consequentis; Ex quibus colligo
1. omnino relegasse scientiam mediam: quia si datur
hac scientia, voluntas Dei efficax (de qua loquitur,
alias nec necessitatem consequentiae induceret rei vo-
litae) est impedibilis, & expresse supponit talem vo-
luntatem non posse impediri, sicut nec frustrari. 2.
scientiam mediam omnino esse inutilem ad effica-
tiam Diuinae voluntatis consociandam cum nostra
libertate. Qui enim edocet voluntatem Dei impe-
dibilem, & infrustrabilem solum iaducere rei volitae
necessitatem consequentiae non consequentis, ad
asylum scientiae mediae aufugere non potest, ut illa sa-
seruetur libertas.

Cod. de Pe-
nit. tract.
1. q. 11.
fol. 36.

26 2. Probo quod Medina sententiae Tho-
misticae patrocinatur, dum affirmat Deum nemini
tollere libertatem arbitrij, nec denegare iuuamen, ut
possit bene agere, si vellit: Praeter hoc tamen esse spe-
ciale, iuuamen, & favorem superabundantem, qui
licet non sit exactus, ut possit bene agere; confert ta-
men ut bonum defacto agat, quia secluso speciali fa-
uore non ageret, & si posset. Qui vero in arbitrio ad
agendum bene exigit speciale iuuamen gratiae distin-
ctum ab eo, quod constituit posse agere, nequit scien-
tiam mediam admittere, specialiter dum edocet,
quod deficiente iuuamine non potest bene agere,
componendo rectam operationem cum illius defe-

tu. Qui enim defendunt Deum determinare immediate consensum, non possunt scientiæ mediæ asser- toribus adiungi, specialiter si hanc determinationem in speciali gratia constituent distincta à libertate, & consensu.

Vbi supra fol. 37. in principio.

27. Doctissimum Ludouicum Tena, Pri- marium nostrum Professore, meæ Compluten- sis Ecclesiæ Canonicum, Reginae Christianissimæ à Cō- fessionibus, & Episcopum Dertusensem, vt suffra- gium expressum scientiæ mediæ præstantem rese- runt P. Henao, P. Ortega, & plures alij Doctores So- cietatis; ipsum tamen nil affirmare, ex quo sufficien- ter colligatur scientiæ mediæ, defendunt Illust. Alva- rez, & Antonius à Matre Dei: Nunc eius mentem investigemus.

P. Henao euent. 44.

P. Ortega disp. 1. q.

4. certam

1. Alvar. li.

ult resp. c. 1. n. 1.

Anton. de Mat. Dei tract. 3.

disp. 1. dub. 8.

Tena in c.

4. ep. ad Hebræos

dis. 6. in fine pag.

38. Paul. ad Hebræos

12.

28. Primo opponitur ab illis Doctoribus Il- lust. Tena, ita alloquens: *Auxilium Christi semper est congruum, quia sufficiens, & necessarium ad bene operan- dum, & consequendam vitam æternam. Aliquando vero est specialiter congruum, quia ita competens, & contem- peratum tempori, & occasione, quod scit Deus nos bene illo vsuros, & hoc vocatur ab Augustino cogitatio con- grua.*

29. Ad hæc verba in dubium testimonium nō præstant oppositæ sententiæ; verbat Illust. Tena lo- cum illum Pauli; *Vt gratiam inuentamus in auxilio op- portuno, exponit vero auxilium opportunum. 1. secun- dum mentem Primasij, & Hamo: 2. vt exponitur à Catharino: 3. iuxta Anselmum auxilium opportu- num vocantem necessarium, & congruum ad impug- nationem tentationum, quam congruitatem expo- nit, quia auxilium est ita temperatum, Quod scit Deus nos bene illo vsuros. Quod ita expressit Augu- stinus adductus à Tena: *Cuius autem miseretur (Deus) sic**

Aug. lib. 1. ad sim- lian. 1. 2.
Cap. 2. ad Hebr. in xpos. li- ber. n. 58
Aug. in eodem lib. 1. ad simp. q. 2.
Henao ubi supra.
Tena cap. 12.
Heb. in ex- pofsit. li- ber. e fol. 1094. n. 59.
Tena ubi supra n. 2.
Paul. ad alatas 1.

eum licet, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respiciat. Sed qui ex his pro scientia media? Supponimus Deum auxilia opportuna, & congrua prestare, dum miseretur, quibus scit nos bene vsuros; sed an hæc auxilia sint congrua ex Deo, vel reddantur congrua ex arbitrio? Estis plurimis in locis ab Augustino decisã. Sed quod hæc congruentia non desumatur, nec ex dispositionibus subiecti, nec ex arbitrio nostro iudicatur à Tena, dum versat illa Apostoli verba; *Deus pacis aptet vos in omni bono, ut faciatis eius voluntatem: & ex D. Thoma recte edocet. Deus quando inimitit bonam homini voluntatem, aptat eum, idest facit ipsum aptum.* Congruitas ergo, & aptitudo, ut sit auxilium opportunum ex Deo est apud Tenam, dispositiones enim subiecti non reddunt opportunum auxilium; ut ex Saulo, evangelij mirabili persecutore mirabiliori Prædicatore effecto convincit Augustinus.

30. 2. adducitur in sui patrociniũ Illustr. Tena à P. Henao dum exponit illa Apostoli verba: *Ne quis desit gratiæ Dei, sed in hoc loco nil lego, quod non sit commune utrique sententiæ; solum enim asserit, gratiam non esse efficacem sine consensu nostro, quod quis in vacuum gratiam Dei recipit, si non cooperatur; quod gratia deseritur, si consensu non retinetur; potiusque indicare videtur nostram sententiam, dum ait, quod non ponere obicem gratiæ provenit ex ipsa gratia, quia gratia excitationis est ex solo Deo ante liberum consensum, quia cum placuit Deo (assererat Paulus) qui me segregavit ex utero matris meæ, & vocabit per gratiam suam; ubi non dixit per arbitrium, sed per gratiam, per quam vocabit, & segregabit Paulum, non per congruitatem non desumptam ex gratia.*

31 Iudico vero Illust. Tenam nulla ex ex-
 tremè oppositis sententijs auxilium impendere, sed
 caute suum non apperuisse iudicium: quia commen-
 taria sua praelo mandavit anno 1612. quando iam
 prohibitum erat, ne libri, aut tractatus de auxilio-
 rum efficaciam argumento cuderentur, decreto emanato
 a Paulo 5. die 25. Augusti anno 1605. ut refert
 Spondanus; fuitque mandatum, ut Sanctae Inquisi-
 tiones ubi vis id præciperent, & evulgarent, die 5. Sep-
 tembris anno 1607. Breveque Pontificium intima-
 tum fuit die 24. Julij anno 1612. ut referunt; qui e-
 ditionem operum N. Monteino curarunt. Vel for-
 te quando commentaria elaborabantur ab Illustri-
 Tena agitabatur Romæ feruens controuersia de au-
 xilijs, maluitque iudicium Sanctae Sedis humiliter
 expectare, quam elate preveniendo summam edere:
 quod non leuiter colligitur ex eo, quod cum ex pro-
 fesso exagitaret de necessitate gratiae, & de eius con-
 cordia cum libertate, nec verbum addidit, quod in-
 dicaret aliquam ex sententijs extreme pugnanti-
 bus.

Henricus Spondan. in auctuario ad epitome Baronij. Montef. t. 2. in l. 2. disp. 3 l. 9. 5. in fine. Tena sup. Paulu ad Hab. cap. 13. dif. 8 n. 64.

32 Ioannes Gonsalvus Martinius; D. Tho-
 mæ Primarius Professor emeritus, Magistralis Com-
 plutensis Ecclesiae Canonicus, & Archipresbyter,
 Doctor celebratissimi sui aui nominis, adhucque a-
 pud exteras, & remotas nationes notissimus; inter
 sententiae Societatis suffragantes refertur a P. Henao,
 & R.R. Thyrso: Sed hic SS. Doctor cursum Philoso-
 phicum praelo mandavit actu collega in Theologo-
 rum celebratissimo Museo, ipsumque per duodecim
 annos Philosophiae Moderator, tuis exposuit discipu-
 lis (sub cuius disciplina scientijs operam nauauit Pa-
 ter meus Doctor D. Gregorius Castell, in præfatio
 Theologorum Museo Alumnus, ex Primariaque

Henao euent. 44. n. 1106. Thyrs. t. 4. disp. 4. f. 30.

Ioan. Gon
salus lib.

2. Physic.

c. 3. q. 4.

a. n. 202.

Medicinae in Academia nostra Cathedra ad Game-
ram N. Potentissimi Monarchae Caroli Secundi as-
sumptus) exinde verò ad Primariam D. Thomae Ca-
thedram euectus solum tractatum de Trinitate in
publicam exposuit lucem; quæ ergo fuerit mens hu-
ius Doctoris in hac controversia, vel ex loco Physicorum
in quo allegatur, vel ex eius manuscriptis è
suggetu dictatis, colligere possumus.

33 Sed in phisicis asserit primo: *Non posse
abnui, quin eliciat quoque Deus quascumque actiones à
creaturis eliciuntur*. Quam Doctrinam non solum
philosophice monstrabilem, sed, & in sacris literis ex-
plicitam mira eruditione suadet: & discussam statuit
*concursum primæ causæ unum prorsus esse cum actione
secundæ*: Ex quo aliqua consectaria deducit; sed ad
rem nostram primum est *causam primam, & secun-
dam usque adeo simul concurrere in effectum, ut neutra
alterâ præcedat*: ex quo subinfert, *concursum causa pri-
mæ non determinari concursu secundarum, nec e contra*.
Vnde ut vides concursum simultaneum, & conde-
terminantem edocet, quia æquè reuult concursum
causæ primæ determinare concursum secundæ, ac
e contra, vnde negat concursum Dei præuium, sed
etiam indifferentem specialiter in corolario sex-
to.

34 Vnde sua doctrina minimè scientiæ
mediæ suffragatur, imò illam iugulare tentio: Primo,
quia Deum condeterminare nostras actiones, ita est
dictæ scientiæ pugnans, ut qui alias non ei expresse
adstipulatur, ut aduersarius sit recensendus: Secun-
do: quia expresse asserit Deum extrinsece prædiffini-
re, & determinare actiones causæ secundæ, qua doc-
trina scientia media iugulatur, imò illam præmotio-
nem phisice applicantem, quam nunc Thomistæ sus-
ti-

Gonsalvus
ubi supr.
corolar. 6

tinent, non ut inimicam libertati reijcit; sed ut superfluum: sic asserit. Potest ergo dici causa n. secundam determinari a prima, moueri, & applicari: Obinde scilicet, quod actiones secundarum tunc solum ab ipsis eliciuntur, cum prima placet. Unde, qui praeter Diuinam voluntatem, qua Deus se, & creaturas agendo applicat, praemotionem aliam addiderunt, minus sunt philosophice loquuti. Etenim Philosophus ita debet contentus esse necessarijs, ut summo studio, & diligentia, excusabilia amputet. Deus enim, & natura (Princeps ait) nil fecerunt frustra.

35. Quae vero sit illa Diuina voluntas, qua Deus se, & creaturas agendo applicat? Exponit dum fatetur, quod licet concursus causae secundae non dependeat a concursu primae, dependet a prima, non praecesse, qui ab ea elicitur. Sed quia Deus praeterquam quod uniuersas elicit actiones, eas insuper praefinit, & determinat: Haec ergo fideliter relata mens salij est; & iuste inficior, cur ad stipulare scientiae mediae censetur, qui existimat Deum praediffinere, & determinare sua voluntate uniuersas actiones? Qui praemotionem huic voluntati superadditam, ut excusabilem non ut libertati inimicam amputat? Et qui Deum concurrere concursu determinato a creatura impossibilem recenset?

Gonsal. ubi
sup. corol.
vol.

36. Sed quid in re certa immoror, cum eius manuscriptis euidenter eius mens colligatur: In materia de scientia anno 1647. e fugestu dictata confectione septimo scientiam mediam inter naturalem, & liberam a Deo excludit: & in tractat. de voluntate capite octauo, futura cognosci in Decreto, imò, & Decretum esse formaliter futuritione defecit; & a cap. 34. usque ad 43. Voluntate efficacem Dei cum libertate actus praediffiniti conciliat ut modo Thomistae

im-

impugnatio sententiam Societatis; similiterque edo-
cet prædeterminationem Dei ad actum peccati, & in
tractatu de Prædeterminatione cap. 3. confectario 3. v.
Rogabis diffusè rejicit mediam scientiam, & inutilem
esse ad conciliandam libertatem cum divinis effica-
cibus prædeterminationibus vt evidens ex D. Thomæ
mente asseuerat: & cap. 12. per totum vt suadeat cer-
titudinem Prædeterminationis illam relinquere liber-
tatem; denique in tractatu de Gratia Dei per Chris-
tum, licet neget applicationem gratiæ prædetermi-
nantis; efficaciam gratiæ ex prædeterminationibus divi-
nis ex se efficacibus desumit, & latissime cum liber-
tate conciliat; sed auscultemus eum in continuatione
Thematis ita asserentem: *Hanc prædeterminationem, si po-
namus, necessum est, vt scientiam mediam, quã prædetermi-
nationem horrescentes (pie, sed false) creauerunt nuperi, ne-
dum laboriosam; sed etiam inuane reputemus: Hæc de
eximio Salio.*

37 Quam plurimos alios D. Thomæ Pri-
marios Professores subiceo, ne brevitatis metas e-
grediar, quia sua opera docta non vulgarunt: vnum
tamen præterire non possum; Excellentissimum, &
Illust. Dom. D. Didacum Ros, & Medrano, ex nostra
Magistrali Ecclesia, & D. Thomæ Primaria Cather-
dra ad Aurensensem Episcopatum euectum, Proregem, &
Generalem Ducem Gallie Regnorum auguratum, qui
primas Ecclesiasticas Prælatias à N. Invictissimo Re-
ge Carolo non semel vltro sibi oblatas vnica sua
sponsa Ecclesia contentus constantissime recusauit,
& de Angelica doctrina optimè meritus, Præceptor
meus vnicus Theologiæ, & observantissimus, abun-
dantissimus, cui quidquid suum acceptum re-
fero. O vtinam sua scripta ad Ecclesiæ utilitatem in
publicam prodirent lucem!

38. Alios nostræ Academiae Scriptores
Scholasticos non appello, ut nostrum Canonicum
Villalpandam, qui Concilio Tricentino summa
cum laude interfuit, & Dr. Maiorgam; quia in suis
Scriptis nullæ sententiæ auxilium impenderunt, nec
diffiteor M. Franciscum Murcia de la Llana adver-

*Tyrso ubi supra
Henao ubi supra
Murcia de la Llana lib. 2.
Physi. disc. 4. f. 4. &
defut. cont. q. ultima*

SECTIO QUARTA

Angelica Schola inefficaciter opponitur auctoritas Aca-
demia Complutensis.

39 **P**rimo audiamus P. Ortega de Patrocinio
nostræ Academiae cōtra prædeterminationes
Thomisticas, ita se gloriantem; Sane præ-
ter ante annum 1630. nemo usquam fuit:
(excepto Dominicanos, qui in Cathedris illis duabus suo
ordini, à Duce Lerma fundatis anno 1612. legerunt) qui
Thomisticis prædeterminatiuis prædeterminationibus non fue-
rit adversatus: Sed nobis difficillime suadebitur Pro-
fessores Dominicanos Primarium, & Vespertinum,
inter quos eximios viros omni laude maiores adu-
cere, aut difficile, nullum habuisse alumnū prædifi-
nitiones Thomisticas defensantem ab anno 12. in
quo ab Universitate Cathedræ summo plausu fuerūt
receptæ, usque ad annum 30. specialiter si oculos
verto ad illum Illust. Præsulem per viginti annos
ex munere Cathedras Vespertinam, & Primariam re-

*P. Ortega
cont. 3. de
Decreto
dis. 1. q. 4. cert.
1. a. 11.*

gentem D. F. Petrum Tapia ad Pontificas infulas Ecclesie Segouientis assumptum ob eximiam scientie, & virtutis excellentiam; quae non sine miraculorum splendore omnibus in veneratione fuit. Vt exinde Seguntinae Cordubensi, & Hispalensi, Ecclesijs praeslet mirum profecto, sed incredibile est nullum habuisse suae Doctrinae alumnum!

40 Nec primarios nostrae Academiae antiquos Professores praediffinitiones Thomisticae relegate agnosco, aliquos motionem intrinsicam distinctam a consensu mediantem inter gratiam excitantem, & consensum reuertes lego, & confiteor. Sed quid coniecturis opus habeo? Ante annum 30. Doct. Villagas fuit Primarius D. Thomae, ut ex suis controuersijs in lucem editis anno 28. clare deducitur; sed praediffinitionibus Thomisticis auersatus non fuit, immo potius illas acerrime defendebat ergo falsum est, &c.

41 Sed ut nostrae Academiae sententia antiqua constet, det nobis praeclarum testimonium Sap. M. F. Petrus Lorca supra laudatus, & orbi notissimus, qui anno 1609. ita scribit. ¶ Fuit etiam (ut verum fatear) non leuis stimulus ad scribendum excitans, si quo modo auertere possem eam, qua Academia nostra in iuste laborat, infamiam, quasi iam diu a Sancto Thoma defecerit, & eius doctrinam excluderet, cum nihil antiquius fuerit, nihil maiori religione seruauerit, quam Sanctam Doctorem ducem, & Magistrum sequi, eiusque documentis penitus inhaerere. Hoc clarissimi Doctores, qui in Complutensi Schola ab eius incunabulis plurimi floruerunt, semper professi sunt, & eius professione illustres facti magnam nominis claritatem compararunt. Quorum ego Haeres, & assecla, quod ab eis diuici profero;

Lorca in
II. 2. 1. ad
estore m

fero, & eam, quæ in nostro gymnasio semper viguit, S. Thomæ disciplinam totis viribus explicare, & habilire contendere. Si quid vero parum D. Thomæ consentiens in publicis actionibus, & disputationibus admittitur, non est, quod schola docet, aut probat, sed quod iuuenum permittit ingenijs. Quæ adolescentiæ feruore prævalent, & non aliter acumen, & subtilitatem ostendere sibi videntur, quàm si nouum aliquid, & insolitum in Scholasticis certaminibus asserere, & propugnare tentauerint. Vtque M. Lorca, illi vero, qui tunc temporis notam illam nostræ academici induxerunt ut à doctrina D. Thomæ quæ auerteret adolescentes, ut nouum, & insolitum in publicis concertationibus propugnarent; sententias ab schola permissas, non edoctas, aut probatas ab ipsa induxerunt. Semper enim, qui antiquitus in Academia nostra floruerunt sub Angelici Doctoris vexillis militauerunt.

4 2. Nostra autem tempestate vtriusque factionis Dominicanæ scilicet, & Iesuitæ dogmata studio inueniendæ veritatis acriter contentione exagitantur. Nullus censoria virga opinionem sibi aduersam ferire audeat, imò, plausum excitat, qui probabilitatem contrariæ sententiæ enixè laudando, commendat: In hoc vero literario bello magis splendet Angelicæ Scholæ Doctrina, in Gymnasijs D. Th. Scholasticorum iuuenum cõcurrit excessiuus numerus; Militiæ Scholasticæ sex sunt Duces, seu Theologiæ professores, qui Academiæ Cathedras à Supremo Castelle Senatu augurati moderantur (Philosophiæ Moralium Cathedram prætermitto, quam impræsentiarum summo plausu moderatur P. F. Bernardus Cartes,) inter quos quatuor sumus ex mea Magistrali Ecclesia, & duo alij ex statu Religioso, quinque tamen pro viribus adherent Doctrinæ Thomiticæ eamque

(me excipio) felicissime promoueat; Religiosos superius laudavi, Capitularesque meos consulto laudare prætermitto!

Paul, Leonard. p. I. sect. 8. Henao event. II. & in defens. Theolog. sect. 439.

43 Sed Paulus Leonardus; P. Henao, & RR. Thyrso Glorioso Patrocinio nostræ Academiæ Complutensis, trium præstantissimorum Doctrinæ Societatis ducum, Molinae, Vazquez, & Suarez cogitationes de scientia media, probantis, & vt solidæ, & subtilioris Theologiæ axiomata agnoscentis: Fauste gloriantur.

44 Referunt approbationem Concordiæ Molinae à nostra Academia exhibitam fuisse, quia cum ab anno 1594. per Sacrum Supremæ Generalis Inquisitionis Senatum in Hispania accurate indagaretur, quid Theologi magni nominis de Molinae concordia sentirent, missus fuit per Sanctam Inquisitionem liber Molinae sedulo examinandus ad Inclytam Academiam nostram in Theologia facile Principem; cumque eum Professores nostri; (qui tempestate illa summa cum laude floruerunt) per integrum annum accurate euoluerent, tandem iudicarunt Catholicam doctrinam, Scripturæ, Concilij, & Patribus non inuisam in illo opere contineri; quam censuram ab Vniuersitate nostra latam referunt prima die Octobris anno 1396.

Henao vbi supra sect. 439

45 Nostræ Academiæ approbationem instar libri esse refert Henao eiusque initium ita esse; *Ad sua capita reducantur ea, de quibus est controuersia nostro tempore inter aliquos Theologos ordinis Predicatorum, ex vna parte; & alios ex Religione Societatis Iesu ex alia, de gratia operante, & cooperante, vel de auxilio sufficiente, & efficaci. Primum est, An existente equali gratia, vel auxilio in duobus, vnus illorum possit conuerti, & alter non? Secundum est, An distingua-*
tur

sur gratia operans, & cooperans, vel auxilium sufficiens, & efficax in quo differant? Tertium est, Quo pacto se habeat ad nostrum liberum consensum eiusmodi gratia cooperans, vel auxilium efficax, utrum habeat de se; quid sit efficax, an verò dependenter ab actu nostri liberi arbitrij, vel e contra determinetur ab illo? In quibus ritus capitibus Doctrina Molinæ sana ab Academia censetur, & testimonijs plurimorum scriptorum confirmatur:

46 Prefatam Molinæ Approbationem in vrbe displicuisse etiam referunt Doct. superius adducti, & Academia nostræ innotuisse minus in Roma probari per litteras Doctoris Petri Michaelis, qui tunc Academiae nostræ negotia apud aliam Urbem agebat, qua notitia permotus Doctor D. Ioannes Neroni Abbas nostræ Magistralis Ecclesiæ, & exinde Complutensis Scholæ Cancellarius ad Cardinalem Ennecum Ayalum de Aragonia Protectorem Academiae, ita scripsisse tradunt.

Illustrissime, & Reuerendissime Domine.

Cum acceperim ex litteris Doctoris Petri Michaelis, Ministri huius Academiae apud aliam urbem, librum Doctoris Molinæ de Societate Iesu de Concordia gratiæ, & liberi arbitrij inibi in examine positum esse; cumque ex mandato S. Inquisitionis Hispaniarum à Viris Doctissimis huius Complutensis Universitatis magna, & accurata diligentia per longum tempus, maturo consilio (me præsentè) id præstitum sit, non sine libri approbatione; & adhuc de illo varij rumores sint: opere præteritum duxi, Illustrissimam Dominationem V. de hac re certam facere, tum vt pro bona existimatione huius Academiae, & Doctissimorum Virorum, qui examini inter fuerunt, respondeam, quorum placita si ij, qui nunc li-

brum perlegunt, attente audirent, non dubito, quin libenter acquiescerent; tum maxime, ut authoritati, & reuerentiæ debitæ S. Inquisitioni, quæ apud omnes in magno pretio debet esse, consulam. Precor Cælestem Regem, ut Illustrissimam V. ad perpetuam felicitatem seruet. Compluti 22. Iunij, anno 1601.

47. Illustrissimæ, ac Reuerendissimæ Dominationis V. humilis Seruus,

Ioannes Neroni, Doctor in Iuribus, Abas, & Chancellarius Complutensis.

Præter transcriptas litteras adducunt alias nomine Academiæ nostræ missas (ut iudicant) ad SS. D. Clementem Octauum in hæc formalia verba.

Santissimè Pater.

V. Sanctitatis serui humiles ad V. Beatitudinis pedes demissi humiliter obsecramus, ut cum ad nos delatum sit per Doctorem Petrum Michælem, qui hæc istius Academiæ negotia gerit, fuisse quosdam, qui minus seuerè, quam par erat, de doctrina P. Molinae Vniuersitatis nostræ Magistros iudicasse putarint; velit Sanctitas V. bono huius Academiæ nomini, Sedis Apostolicæ obseruantissimæ, eiusque definitionibus defendendis deditissimæ consultum esse; iubeatque, ut accuratius per otium huiusmodi doctrina consideretur. In cuius accurata inspectione, Inquisitionis S. Iussu Sapientissimi Magistri nostri annum integrum possuerunt, & post longam disputationem, ac studium, sententiam pronuntiauerunt; quam approbarunt postea alij plurimi in nostra Hispania, iidemque probatissimæ Doctrinæ viri. Et licet hanc Censuram authoritate SS. PP. & Scholasticorum tunc temporis, ut fert nostra cõsuetudo, non confirmauerint, si tamen V. Santitati placet, ut rursus a nostris diligentius inspicatur, (quod maxime est in actis Academiæ nostræ)

nostræ) Iubeat Sanditas V. ut nobis propositiones, in quibus de uo his est, committantur, illisque persequaris, seculo Sacriticari V. obsequiū prestabimus, & magna cum diligentia rēponsum dabimus; quod ut facere liceat, humiliter postulamus. Datum Compluti 10. die Nouembris, anno 1601.

Serui humiles, qui Sanditatis V. pedes deosculamur.

Magister Petrus Zapata, Rector

Magister Ioannes Sanctus (aut Sanctius)

Doctor Andreas Merino.

De mandato Doctorum, & Collegij S. Ildephonsi & Vniuersitatis Complutensis Academicæ

Mag. Eugenius Perez.

48 Cumque Doctor Petrus Michael Clementi 8. traderet hanc Epistolam ex eius ore audisse (referunt) non desse, qui assuerent censuram illam non esse ex sensu Professorum Complutensium, sed à PP. Societatis compositam; quod cum significaret Vniuersitati, secundo sub hac forma SS. Barri Academiam scripsisse tradunt.

Beatissime Pater,

Licetis Doctoris Petri Michaelis apud Sanditatem V. pro hac nostra Complutensi schola oratoris, accepimus, à quibusdam Sanditari V. fuisse relationem, censuram nostram de nonnullis controversijs propositionibus in scriptis P. Molinæ Societatis Iesu, Religiosis eiusdem Societatis, vel dicantibus, vel inscribantibus, à nobis scriptam, subscripamque fuisse. Cum vero indignum sit, quæ nobis examinanda proponuntur, alieno Calculo iudicare, eorum præferim quorum causa res agebatur, & causa; ut facti veritas in ore sciamus, Beatitudini V. cupimus, pro ut præsentibus testamur, præscripto Senatui S. Inquisitionis in his Regnis Hispa-

paniarum Supremi per Doctorem Ioannem Baptistam Neroni, huius Collegiæ Ecclesiæ Complutensis Abbatem, & eiusdem Inquisitionis Commissarium, nobis fuisse intimatum, ut sensum nostrum de veritate, vel notâ prædictarum propositionum, & totius libri utilitate, pro rei gravitate, præmissa diligentia, apperiremus, indictasque fuisse pro secreti observatione censuras latæ sententiæ. Vnusquisque igitur obedire paratus cepit secum singula asserta meditari, deinde, pluribus diebus, conuenientes coram eodem Commissario rem late discussimus; tandem post longam meditationem, peculiarem sensuum examen, & disputationem de relictis Molinæ assertis, integroque libro iudicauimus, prout in instrumento à nobis confecto, & propria manu subscripto continetur, quod per prædictum commissarium eidem Tribunali Inquisitionis remissum est: Reliquis omnibus, tam Secularibus, quam Religiosis, ignorantibus prorsus non modo censuram, iudiciumque nostrum, sed etiam quod in tam frequenti illo nostro Conuentu versaretur. Hic fuit Pater Beatissime in illius operis authore censendo ordo à nobis obseruatus. Cuius nos, qui adsumus Theologi nunc vero Compluti supersumus, fident facimus. Cæterum non modo iudicium illud nostrum, qualecumque sit, verum etiam corda, & colla nostra V. Sanctitatis pedibus submittimus, quos filiorum affectu, licet corpore absentes, sæpius osculamur. Misericors Deus Beatitudinem V. Ecclesiæ suæ seruet incolumen, & susceptos pro illa instruenda, regendaque labores, prout nostra vota efflagitant, æternâ felicitate remuneret. Datum Compluti anno 1602. Aprilis die 5.

Beatissime Pater,

Beatitudinis V. patribus procoluti eisdem supplices osculamur.

M. Petrus Zapata Rector. Doctor Neroni Abbas.

Doct. Ludovicus Montelino. Dr. Alvarus Villegas.

Doct. de la Camara. Doctor Ioannes Pardo.

49 Hæc referuntur de prima approbatione Molinæ ab Academia nostra lata iussu Supremæ Generalis Inquisitionis: Aliam verò in auxilium doctrinæ P. Vazquez enarrando; evulgant.

50 Quod ex præscripto Illustrissimi D. Nuntij Rector Vniuersitatis mandavit, septem Doctoribus, quid de duobus articulis Patris Vazquez tunc acriter controuersis senserint, exprimerent: In hæc formalia verba mandatum D. Rectoris adducitur.

51 Illustrissimus, ac Reverendissimus Dominus Patriarcha Alexandrinus in Hispaniarum Regnis Apostolicæ Sedis Nuntius, nobis per suas litteras commisit, ut curarem per aliquos ex Theologis nostræ Vniuersitatis disserter; & decerneretur: Vtrum hæc duo, quæ controuertuntur in materia de auxilijs inter familiam Societatis Iesu, & Dominicanam; primū Vtrum ille, qui respondet vocationi Dei, semper præueniatur maiori gratia excitante, quam ille, qui non respondet? Secundum, vtrum inter gratiam excitantem, seu præuenientem, hoc est, congruam cogitationem intellectus; & subitum motum voluntatis ex vna parte, & nostrum liberum consensum, concursusque Dei actualem illi debitum ex alia parte, mediet aliqua physica applicatio prædeterminans voluntatem, an potius sufficiat dicta gratia excitans, ut sit causa effectrix nostræ bonæ voluntatis: quæ tractat P. Gabriel Vazquez Societatis Iesu 1. part. quest. 23. disputat. 88. 98. & 99. & an quæ circa illa resolutæ sint

sin t ex sententia D. Augustini, & illam sequatur absolute! Quæ ad prædictum effectum nos remittimus Doctoribus Gregorio de la Camara, Iluephonso Fernandez, Andrea Perez Tribaldos, Hieronimo Ruiz Orduña, Ioanni Garcia, Ludouico Tena, & Alvaro Viilegas. Datum Compluti anno 1597. die 24. Iulij. Doctor Antonius Fernandez Valcoma, Rector. Mandato mei Rectoris. Ludovicus de la Serna Secretarius.

Cui mandato obtemperantes prælecti Doctores sequentem responsionem exhibuisse refertur.

52 Ex commissione Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Nuntij, per nostrum Dominum Rectorem ad nos directæ infra scripti Doctores vidimus, quæ Pat. Gabriel Vazquez Societatis Iesu 1. p. quæst. 23. disput. 88. 98. & 99. tractat in materia de Auxilijs ubi hæc duo disputat, in quibus inter Patres eiusdem Societatis, & Dominicanos solet esse controversia. Primum si ille, qui respondet? &c. de qua re licet D. Augustinus ita obscure loquatur in varijs locis, ut utrique parti, tam affirmanti, quam negativæ ansam dederit; nihilominus perspectis omnibus locis quibus de hac re ex professo agit pars affirmativa potius videtur nobis Augustini, quam opposita, quam partem affirmativam sequitur absolute P. Vazquez, & sine vlla hæsitatione; secundum est, utrum integritatem excitantem, hoc est, congruam cogitationem intellectus, & subitum motum voluntatis, ex vna parte, & nostrum liberum consensum, concursumque actualem Dei illi debitum ex alia, mediet aliqua physica applicatio prædeterminans voluntatē? In quo P. Vazquez tenet negativam partem existimans dictam gratiam excitantem esse causam sufficientem nostri liberi consensu cum concursu Dei illi debito; in qua re quamvis Augustinus non ex-

cludat expresse dictam applicationem physicam praedeterminantem, quia de illa non agit, non tamen illam exigit, sed secundum eius doctrinam dicta gratia excitans est sufficiens, ut sit causa nostrae bonae voluntatis. Doctor de la Camara, Sanctarum Scripturarum interpretas. Doctor Ludovicus de Tena Prius marius Theologiae Professor in Cathedra Scotti. Doctor Alvarus Villegas Vespertinae Cathedrae Professor. Doctor Franciscus Perez Tribaldos Philosophiae Moralis professor. Doctor Iosephus Fernandez. Doctor Hieronymus Ruizius. Doctor Andreas Perez. Doctor Ioannes Garcia, Doctor Orduña; deinde fidem fecit sigillo Universitatis eius Secretarius, & Notarius Ludovicus de la Serna.

53. Similiter Paulus Leonardus, & P. Henao referunt huius censurae meminisse P. Bastidam in Congregatione 38. quae fuit prima coram Paulo V. Pontifice Maximo anno 1605; coronans orationem suam afferendo; *Constat iure optimo totam Complutensem Academiam mandato Illustrissimi Nuntij Hispaniarum Patriarchae Gaetani de hoc speciali puncto interrogatam, respondisse nunquam Augustinum gratiae physicae praedeterminantis, vel applicantis meminisse, apprimereque totam gratiam, quam Augustinus agnovit per eam gratiam, quam nos constituimus explicari, de qua re habet apud nos authenticum testimonium &c.*

Leonard.
p. 1. sect.
8. in fine
Henao de
Scient. his
tor. prop.
n. 259.

54. Tertiam tamen, censuram splendidissimam in favorem P. Suarez ab Academia latam referunt praefati DD. Societatis, quia ex commissione Regij Castellae Senatus opuscula P. Suarez Universitas approbavit, & enixe comendavit; quae censura lata fuit die 5. Aprilis anno 1599. ab octo Doctoribus subscripta in Theologia Doctissimis, ut conspicitur in fronte opusculorum P. Suarez,

Hæc

Falleau a
pud Henao
sect. 441

55. Hæc sunt, quæ de censuris, & appro-
bationibus Academiæ Nostræ referunt Societatis PP.
sed audacter Paulus Falleau omnia ficta esse, quæ de
secunda censura enarrantur, profert, & sustinet, ad-
mirans, quod ad ea verificanda non recurratur ad
Archivum Vniuersitatis nostræ, sed Iesuitarum Ro-
mæ.

57. Sed quid in his veritas teneat? Apperia-
mus, ut forte post hæc nullum dissidium sit in hoc in-
ter oppositas factiones: & primo quantum ad primam
censuram, certum iudicio approbationem quandam
fuisse libri, seu concordiæ P. Molinæ, nomine Acade-
miæ nostræ evulgatam; tum, quia hoc suadent Epif-
tolæ adductæ, de quarum fide mihi indubium red-
dunt PP. Societatis ita testificantes, de viris enim doc-
tissimis nimia animositate diceretur publicam falsita-
tem promulgasse. ¶ Tum, quia hanc approbati-
onem vidit, & esse infavorem scientiæ mediæ fatetur
Sapient. Lemos, qui causam Thomistarum Romæ ag-
gebat, ita scribens: *Vnde restat, quod solum pro se habeant
Complutensem Academiam, & in hac exiguum ponderis
in suis rationibus inspeximus scimus etiam Doctores ali-
quos ex illa schola illi doctrinæ non adberere; imò, ut no-
bis relatum est, plures ex illa Doctores in melius, ut vero
docti, mutant sententiam.*

57. Sed præfatam censuram ab Academia
nostra non emanasse mihi certum est, nec ex testimo-
nijs allatis colligitur, sed potius oppositum: Primò,
quia in protocollo Claustrorum Vniuersitatis nostræ
quod dum hæc scribo præmanibus habeo, nec ver-
bum reperitur vnde constet revisores libri Molinæ
fuisse ab Academia nominatos, ut nomine scholæ
iudicium ferrent de doctrina in illo contenta; & incre-
dibile est Claustrum, in quo materia ita grauis age-
ba-

P Lemos
t. 1. trac-
tat. 5. c.
35. folio
289.

batur; fuisse prætermisum, specialiter cum, & minima, quæ versantur, fidei faciente. Academiae Secretario indubie consentit. *De hoc testimonio* *cap. 58* Vnde, credo, Supremæ Inquisitionis mandatum non Academiae, nec Claustro innotuisse, sed per D. Abbatem, Chancellarium Universitatis, ut Sancti Officij Commissarium viris ab ipso electis notum fuisse, ipsosque non improbasse, ut dignum censura librum Molinæ, quod ex Epistolis adductis constat, in nulla enim exprimitur nomine Academiae, in Claustro Congregatæ latam fuisse censuram; epistola enim D. Neroni tantum affirmat; *Quod à viris Doctissimis huius Universitatis, ipso præsentem non sine libri approbatione examinatum fuisse; non tamen indicat Viros illos Doctissimos ad illud munus fuisse ab Universitate nominatos, imò examen fuisse, præsentem Chancellario non Theologo apperte indicat ex Academia non emanasse.* *cap. 59* Secunda etiam epistola non indicat Magistros illos nomine Academiae iudicium tulisse; nec illa epistola ad Clementem Octavum est, Universitatis, seu Claustri Theologici, sed maximi D. Ildephonsi Collegij, vel forte Capellæ D. Rectoris, & Confiliariorum (ut vocant) quod duo evidenter suadent; 1. quod inter tres subscribentes vnus tantum est Doctor, & nomine Academiae, seu Claustri solum Doctores possunt subscribere; 2. quia fidem facit Mag. Eugenius Perez, qui fuit Maioris Collegij Secretarius, non Secretarius Academiae, seu claustri, ut est notissimum, & hoc munus gerebat illo anno 1601. Ludovicus de la Serna: *cap. 60* Nec tertia epistola oppositum indicat, imò potius evidenter exprimit illos quatuor Complutenses Doctores ex mandato sibi per Doct. Neroni

intimato iudiciū tulisse, imò epistolam non fuisse nō
mine Academię nostrę conscriptam notum fit, quia
nec in eā exprimitur, quod prætermitti non pote-
rat, & quia siem non facit Vniuersitatis Secretarius,
sine cuius subscriptione Academia non scriberet ad
sanctissimum.

*Henao se-
ct. 438,*

61 Vnde ex illa approbatione toties pro-
clamata solum constat, quatuor Doctores Complu-
tenses iudicasse librum Molinæ prohibitionem non dig-
num; sed quid hoc cum Vniuersitate, & Academia
integra? Conqueritur Pater Henao, quod P. Fasseau
asserat Vniuersitatem Salmanticensem censurare The-
ses P. Prudentij Iesuitę de prædeterminationibus æternis
ad festum Molinę anno 1581. quia solum octo Ma-
gistri Salmanticenses nomine Academię non agentes
egre tulerunt doctrinam illius scholaris Societatis, ita
vt ab illis delatio fieret ad Supremam Inquisitionem;
ergo non debet similiter Academię nostrę adscribi
approbatio libri Patris Molinę, quę non ab octo, sed
à quatuor Magistris nostris nomine Academię non
agentibus fuit data, & subscripta.

*Henao v-
bi supra.*

62 Et si iniuriosum non iudicat P. He-
nao Salmanticę Magistros illos Doctissimos delatio-
nem illam fecisse suasu Magistri Bañez, qui ob exi-
mias sapientiæ, & virtutis dotes, & eminentes Cathe-
dras, quas moderauit tantam fuit adeptus authorita-
tem, vt Conmagistros suos moueret, vt censurę illius
doctrinæ P. Molinę suffragarentur. Necque nota affi-
ciet quatuor illos Doctores nostros, si iudicasse immu-
nem à censura librum Molinæ existimemus; opera
Patris Vazquez, qui in nostra schola magnam certe
obtinet exillimationem ob suam eximiam sapien-
tiam, specialiter cum facilius inclinetur animus ad
excusandum, quam accusandum; & in illa tempesta-

P. Vazquez doctrina fuit à celebratissimo nostro
 Theologorum Museo recepta (ex quo, quam pluri-
 ma sapientie lumina prodierunt) : quia doctissimus
 ille Magister Pater Alphonsus Deza, qui primus, &
 primarius fuit Moderator Collegij Complutensis
 Societatis, & ad eam ex Theologorum Museo as-
 sumptus, qui que discipulos obtinuit P. eximium Sua-
 rez; Doctissimum Vazquez, & Sapientissimum Mon-
 tesinos, vnde iure dixisse refertur; *Alij scripta mun-
 do, ego autem scriptores dedi*: & certe sapientia notissi-
 mos; quod facillius suadebitur, si tres Doctores ex
 subscribentibus Theologorum Musæi Alumnos snif-
 se consideramus, & quartus scilicet Doct. Alvarus de
 Villegas post Cathedras Moderatas Archiepiscopatu
 Toletanum pro Serenissimo infante Cardinali D.
 Ferdinando de Austria summa prudentia gubernavit,
 Doctissimi Montesinos fuit discipulus, & ab eo Theo-
 logia penitus imbutus.

63. Ex prima censura, ad secundam in fauo-
 rem Patris Vazquez accedamus; & primo in proto-
 collo Claustrorum nil de illa inuenio, vnde nec no-
 mine Academiae nostræ fuit emanata, sed ab illis Do-
 ctoribus ex mandato Doctoris Antonij Fernandez
 Valcorva (non Valcoma vt refertur) qui tunc erat
 Academiae Rector: in quo obseruare licet, quod ali-
 qui per celebres Theologiae Professores consulti non
 fuerunt, & iudicium ita celeriter prolatum, vt cum ar-
 ticuli examinandi remitterentur die 24. Iulij. anno
 1597. eodem anno die 5. Augusti iam super eis cen-
 sura erat promulgata. Ampliusque nota, quod cum
 semper tantum Doctoribus mandatum Rectoris sit
 remissum; novem Doctores subscribere refert Henao
 post Leonardum: & equivocatio forte oritur, quia
 aduocauit Franciscum Perez Tribaldos, & Andream

Perez, ut diuersos, cum non esset nisi unus, qui vocatus
 batur Andreas Perez Tribalcos; similiter ut diuersos
 referunt in subscribendo: Hieronimum Ruiz Orduña,
 cum tamen unus sit, qui vocabatur Hieronimus
 Ruiz Orduña, quod ex ipso mandato ab eis adducto
 manifeste colligitur, quia alia testimonia a ferre ne-
 cesse sit. *64* Sed indagare intendamus quantum fa-
 veant doctrinae Societatis septem illi Complutenses
 Doctores à Rectore ad suum iudicium proferendū
 nominati: erga illos duos articulos, quorum primus
 erat, *Vtrum ille, qui respondet vocationi Dei semper pra-*
ueniatur maiori gratia excitante, quam ille, qui non
respondet? his verbis respondent: *de qua re licet Divus*
Augustinus ita obscure loquatur in varijs locis ut utri-
que parti, tam affirmanti, quam negatiuae ansam dede-
rit; nihilominus perpensis omnibus locis, quibus de hac
re ex professo agit, pars affirmatiua potius videtur nobis
Augustini, quam opposita, quam partem affirmati-
vam sequitur absolute. P. Vazquez, & sine ulla hesita-
tione. *65* Unde affirmant Complutenses Doctores,
 quod qui respondet vocationi, maiori gratia
 praue nitur, quam qui non respondet: in quo mani-
 feste opponuntur P. Molinae, & doctrinae Societatis;
 in illa enim tempestate fuit valde controuersum ut
 constat ex dictis supra dogma Molinae, & coram
 Sanct. agitato assertentis: *Fieri potest ut duorum, qui*
aequali auxilio interius à Deo vocantur, unus pro libertate
sui arbitrij conuertatur, & alius in fidelitate perma-
neat. Quod sequitur Suarez, imò hoc antiquissimum
 Societatis fundamentum refert Pater Lemos, quia in
 libello quoddam Romae praelo mandato anno 1586
 inscripto: *Ratio ac institutio studiorum Societatis Iesu*
 hæc

Molinaq.
14. artic.
13. d. isp.
12.
Suar. lib.
3. opus c.
20.
Lem. t. 1.
tract. 6.
c. 23.

hæc præpositio defendenda statuitur : *Fieri potest ut equalis gratia duobus collata sit efficax in vno, inefficax in altero, quia non vult consentire, licet possit per sufficientem gratiam, sine novo augmento gratiæ.* Contrarium vero statuerunt de mente Augustini Complutenses DD. non ergo favent in primo articulo Societatis communi doctrinæ Vazquez oppositæ; distinctio enim illa de gratia æquali secundum entitatem, & inæquali in esse gratiæ, & beneficii, qua hac tempestate videntur DD. Societatis Molinam omnino latuit.

66 Secundus articulus erat, *Virum inter gratiam hoc est congruam cogitationem intellectus, & subiectum motum voluntatis ex vna parte, & nostrum liberum consensum, concursumque actualem Dei illi debitum ex alia, mediet aliqua physica applicatio prædeterminans voluntatem?*

67 In quo supposito P. Vazquez sustinere negativam partem, iudicium suum ita exprimunt illi Doctores: *Quamvis Augustinus non excludat expresse, dictam applicationem physice prædeterminantem, quia de illa non agit; non tamen illam exigit, sed secundum eius doctrinam, dicta gratia excitans est sufficiens, ut sit causa nostre bonæ voluntatis.*

68 Et Primo, ex hoc iudicio colligitur applicationem physice prædeterminantem non pugnare cum libertate consensus; quod omnino destruit Societatis doctrinam: quia cum sit notum gratiam destruentem libertatem expresse ab Augustino excludi, si hanc gratiam prædeterminantem Augustinus expresse non excludit, iuxta Augustinum hæc gratia libertatem non perimit ex iudicio horum Doctorum.

69 Secundo, asserunt illi DD. gratiam prædeterminantem non exigi, sed secundum eius doctrinam gratiam excitantem esse sufficientem, ut sit causa vo-

luntatis; ex eo vero, quod secundum Augustinum gratia excitans sit efficiens, ut sit causa, minime colligitur, ergo alia gratia non exigitur; solum deducitur: ergo ab Augustino non exigitur alia gratia ut causa; & adhuc hac tempestate Thomistæ omnes vltro fatentur gratiam prædeterminantem non exigi, ut causam, seu virtutem bene agendi, sed ut applicationem, & determinationem virtutis, & cause.

70 Tertio Doctores illi solum iudicant cum P. Vazquez non esse necessariam applicationem mediam inter gratiam excitantem, & consensum, concursumque illi debitum; vnde licet admittamus excludere prædeterminationem ut causam, & etiam ut medium non tamen explicant concursum debitum ad consensum non esse Dei condeterminantis, aut prædeterminantis, cum determinatione enim Dei admissa cum P. Vazquez, vel prædeterminatione Dei licet identificata consensui, & non media cum Montefino, Fr. Ideph. Michæle, & alijs nostris Thomistis, scientia media poenitus ruit, & hoc probabilissime existimo fuisse iudicium antiquorum Complutensium secularium magis commune, cum D. Montefinos negare quidem prædeterminationem mediam, sed affirmare Deum prius natura determinare consensum liberum.

71 Vnde hæc censura non Academia; sed septem Doctorum ex nostris; in primo articulo favet Thomistis, & P. Vazquez in illo impugnatur à Suarez, & alijs Societatis Doctoribus; in secundo quoad primam partem omnibus Iesuitis opponitur, & quoad secundam edocet, quod plures admittunt Thomistæ acriter impugnantes scientiam mediam.

72 Tertiam censuram in splendidissima approbatione opusculorum P. Suarez in toto Protho-

colo claustrorum Academiae nostrae non inuenio; solum lego remissionem à Claustro factam metaphisice P. Suarez die 4. Decembris anno 1596. seu non est consequens liberum illum ab Academia approbatum, ac eius doctrinam esse de Academia mente; quia ut plura praetermittam, Academia nostra ex commissione Senatus Regij qualificauit opera P. Zumel in 1. p. & 2. tomum in 1. 2. nec exinde credam admissuros Societatis DD. sententias P. Zumel esse de mente Academiae nostrae.

Hac dixi; non quia dubitem maximam fore gloriam Academiae nostrae, dum sola illa ex eis, quae celeberrimum obtinent in Europa nomen, allegata, quia declaravit propositiones Molinæ (ex quibus 60. propositiones erroris, & temeritatis prius damnarunt octo Theologi à Clemente Octavo deputati, & adiuncti alij duo viginti censura notatas signarunt ut referunt P. Tyrso, & Philatetes) probabiles, & Catholicas, hoc est omnis censurae expertes, permissionem obtinuit Societatis schola ut tute, & impune defenderentur; donec aliud à Sede Apostolica decernatur, & ut nullus eas censuris audeat temerarie carpere; sed ut veritas innotescat, & hanc gloriam non Academia, sed quatuor Doctoribus Complutensibus eximiae sapientiae viris referam, & more iustitiae reddatur unicuique, quod suum est.

Tyrso ex verbis Phil. l. 1. 4. disp. 4. sect. 42.

SECTIO QUINTA.

Scientiam illam mediam non esse necessariam ad concordiã gratiæ efficacis cum libertate consensus salutaris exponendam: ex M. P. Augustino probatur.

73 **S**apientes Recentiores Thomistæ, scientiam mediam ad conciliandam efficaciam gratiæ cum nostra libertate necessariam non

Illust. God. de scientia disp. 38. Gones disp. 6. de scient. med. s. 7.

esse, hoc discurte ostendunt. Magnus Ecclesiæ Patens Augustinus, ut fulgentissimum lumen adhuc potissimum finem à Deo destinatum recte conciliauit efficaciam gratiæ cum nostra libertate, sed ad exponendam hanc concordiam non adhibuit scientiam mediam: ergo, ut hæc concordia exponatur recursus ad scientiam mediam necessarius non est: Maior supponitur, & minor solet probari. Ex ingenua confessione Patris Molinæ, qui aperte edocet rationem, conciliandi efficaciam gratiæ cum nostra libertate per mediam illam scientiam minime fuisse ab Augustino traditam, quæ verba, quia parum grata M. Parenti, nec transcribere audeo: ¶ 2. efficacius suadetur, inquirendo locum in quo Augustinus adhibuit talem scientiam, ut concordiam illam exponeret?

74. Sed huic argumento respondent Recentiores Societatis distinguendo illam maiorem propositionem, Augustinus recte conciliauit, & recte probavit componi, concedunt, & istud in de explicuit illum concordie modum negant maiorem, & permissam minori, negant consequentiam. Nec mirum esse edocet Tyrso, quod Augustinus concordiam illam non explicuerit, cum (D. Th. de hac concordia, nec verbum quidem fecerit) ut testatur Caietanus: & ut monet Ioannes de Roa Davila (Augustinus, alijque antiqui huius concordie fuerunt potius assertores, quam explanatores.) Quod explicant asserendo, quod Augustinus vnicuique, & in vicijs argumentis probavit gratiam efficacem, per quam Deus infallibiliter facit, ut faciamus cum nostra libertate coherere, id præcipue contra Hæreticos conuincendo testimonijs Sacræ Scripturæ, tamen nullibi ex professo explicuit modum

Molina in
concordia O-
lispontis edi-
ta fol. 489.

P. Tyrso 1.
1. disp. 36.
sect. 10. &
disp. 38. s.
10.

Tyrso ubi
supra 1. 2.
t. 93. num.
285.

Caiet. 1. p.
q. 22. art.
4.

Roa. Dobi-
la lib. 2. de
Provid. q.

1. sect. 2. n.
6.

quo illa duo conciliari possunt; non enim produci à nobis potest textus, aut locus, in quo D. Augustinus hoc explicuerit.

75 Si vero opponas; si Augustinus agnovit scientiam median, & exinde gratia. u. efficacem, per quam Deus infallibiliter facit, ut faciamus esse indifferentem, cur distincte, & expressè non tradidit modum conciliandi beneficio illius scientiæ efficaciam gratiæ cum nostra libertate? Specialiter, quia eo modo explicato facile potuisset quærelas Massiliensium compescere? Imo, & facile erat Augustino evidenter convincere efficaciam gratiæ supponentem libertatis usum, & ab ipsa libertate impedibilem minime officere libertati?

76 Respondet Tyrso, quod si Augustinus in hanc rem explicandam incubuisset, & profundissimi, & acutissimi ingenij aciem ad hanc difficultatem enodandam adhibuisset. Non dubium, quin palmam præripuisset Molinae, & reliquis scientiæ mediæ defensoribus. Cur autem id non fecerit, causa fuit, quia Sanctus Doctor satis habuit Catholica dogmata validis argumentis à Sacra Scriptura petitis adversus Hæreticos stabilire, & certa principia tradere, ex quibus deinde alij, qui eadem dogmata explicanda susciperent, modum haurirent, quo possent inter se conciliari.

Tyrso
supra t. I.
f. 537.

77 Sed tota hæc doctrina falso nititur principio, scilicet, Augustinum solum convincere validissimis testimonijs gratiæ necessitatem, & libertatem, non tamen edocuisse modum, quo conciliari possent, ita ut huius concordia: fuisse assertor, non explator: quod esse falsum suadeo. i. si D. Augustinus dilucide non exponeret modum conciliandi gratiæ efficaciam, & necessitatem cum libertate, argumenta hæreticorum contra suam sententiam dilucide non

84 *Castell. De Concord. libert.*

dissolueret, sed hoc iniuriosum est Sancto Augustino: ergo non solum Augustinus validissimis testimonijs probavit gratiam, & libertatem, sed ex Sacra Scriptura deduxit, & exposuit modum conciliandi cum libertate gratiam: Probo sequelam: Pelagiani, Africani, & Masilienses, contra vocationem gratiae secundum propositum ex Sacra Scriptura ab Augustino firmatam opposuerunt esse necessitatem fatalem cum libertate inconciabilem, ut supra diffuse, & evidenter tradidimus, & exinde Magnum Parentem Manichaei nota infamabant: sed Augustinus non potuit haec argumenta dissolvere, nisi a prime, & expresse edocendo modum, quo gratia illa, qua *subuentum est infirmitati humanae, ut inclinabiliter, & insuperabiliter ageretur,* cum nostra libertate componitur, licet moneat prudentissime Magnus Pater, quod non percipientes hunc concordiae modum, quia difficilem, & paucis intelligibilem, interim credant *Divinis eloquijs, & quod pie credunt, ut etiam sapienter intelligant ore:* ergo Augustinus non solum ex Scriptura gratiam, & libertatem demonstrabit, sed modum huius concordiae edocuit, ut haereticorum tela infringeret.

78 2. ita disputo: Augustinus expresse, & dilucide responsum praebuit omnibus dubitationibus, de quibus fuit consultus a D. Prospero, sic enim Augustino afflatur. *Tribue nobis in hac causa Papa Beatissime, Pater optime, quantum donante Domino potes, diligentiam pietatis tuae obsecro, ut quae in istis questionibus obscuriora, & ad percipiendum difficiliora sunt, quam lucidissimis expositionibus digneris aperire.* Cui petitioni libentissime annuit Augustinus, sic enim respondet: *Veserum studium, fraternamque dilectionem, filij charissimi Prosper, & Hilari, quae eos, qui tales sunt, ita non vultis errare, ut post tot libros de hac re, ac Epistolas meas, ad-*

huc

*Q. 1. sect.
L. 2. n. 3.*

*August. de
corrupt. &
grat. cap.
VI.*

*D. Prosper
in epist. ad
August.*

*buc me desideratis hinc scribere: tantum amo quantum non
possum dicere, & tantum me amare, quantum debeo non
audeo dicere. Quapropter ecce rescribo vobis, & licet iam
non vobiscum, tamen etiam per vos adhuc ago, quod me sa-
tis egisse credebam. Sed quod est ob- uis, & in his
questionibus de gratia ad percipiendum difficilius,
non est gratia uel esse necessariam, per quam Deus fa-
ciat, ut faciamus, & in præceptis eius ambulemus; nec
quod Deus relinquat nos in manu consilij nostri adia-
ceas man data, & præcepta sua, quæ si uoluerimus ser-
uare conseruabunt nos, in quo nostra consistit liber-
tas; sed omnimoda obscuritas, & difficultas est in con-
cilianda illa gratia, qua Deus facit ut faciamus, & ope-
ratur in nobis uelle cum nostra libertate; Augustinus
ergo ut obscuriora, & difficiliora in his questionibus
apperiret, ad hanc concordiam exponendam sui pro-
fundissimi, & acutissimi ingenij aciem adhibuit.*

79 *Urgetur assumptum ostendo; du-
bium secundum, quod D. Prosper proposuit. D. Au-
gustino fuit: Deinde quomodo per hanc ora operantem, &
cooperantem gratiam liberum non impediatur arbitrium.
Sed hæc questio est expresse de modo, quo per gra-
tiam non impeditur libertas, & Augustinus sui inge-
nij aciem adhibuit ad satisfaciendum dubijs, de quibus
fuit consultus à D. Prospero: ergo non solum necessi-
tatem gratiæ demonstravit, sed quomodo per hanc
gratiam non impediatur libertas, exposuit.*

80 *3. certum est Augustinum dilucide, &
expresse docuisse modum conciliandi gratiæ efficacis
necessitatem cum ueritate, & iustitia correctionis, ut
constat ex integro libro de correctione, & gratia, sed
eodem modo debet conciliari gratia cum iustitia cor-
rectionis, ac cum nostra libertate, ut est in dubio:
ergo modum concordie gratiæ cum libertate diluci-*

*D. Prosper
in epist. ad
Aug.*

*Aug. de cor-
ruptione,
& gratia:*

Aug. ubi su-
pra cap. 8.

de exposuit Augustinus. Et ideo ita alloquitur: *Eccē quemadmodum secundum gratiam Dei non contra eam libertas defenditur voluntatis.* D. ergo Augustinus palam non præripuit Molinæ, nec scientiæ mediæ professoribus, non quia ingenij aciem non adhibuit ad hanc concordiam exponendam, sed quia esse à nobis impedibilem efficaciam gratiæ, dependentemque à nostra libertate, seu à præscientia conditionata boni usus arbitrij omnino reiecit ad talis concordiam plenam explanationem.

SECTIO SEXTA:

Omniem gratiam prævenientem esse ab extrinseco efficacem minime exigitur iuxta M. Parentis Augustini mentem, ut cum vera libertate concilietur.

M. Godoy
disp. 38. de
scientia n.
6.

Aliter ex Magno Parente inutilitatem scientiæ mediæ ad hanc concordiam exponendam Recentiores nostri probant: Si scientia hæc mediæ esset utilis ad hanc concordiam exponendam esset, quia libertas, ut sit in minus exposcit gratiam prævenientem consensum liberum esse ab intrinseco indifferentem, solumque moraliter suadentem, minime vero physicè determinantem, sed libertas consensus debet exponi, licet gratia ipsum præveniat non solum ex se indifferens, & moraliter suadens, sed etiam physicè determinans: ergo concordia libertatis cum gratia omnino relegat scientiam mediæ; maior est nota; quia scientia illa ad hanc concordiam introducit, quia auxilia ex se efficaciam, seu prævenientiam determinando physicè libertatem extinguerent. Tum, quia si Deus per gratiam præ-

Veniens determinaret consensum scientia consensus sub libertate non esset media, sed Deo libera, veritas enim conditionalis est libera determinanti conditionatum posita conditione.

82 Probo minorem; Magnus Pater non conciliavit libertatem cum gratia praeueniente exacta ex se indifferenti, & tantum moraliter suadente; sed cum gratia ex se efficaci ergo ita conciliari debet. Probo antecedens. Magnus Pater concordiam gratiae praeuenientis cum libertate exagerravit, ut difficillem, obscuram, difficillimam, paucis intelligibilem, & suam etiam pene Divinum ingenium vehementer angustaret; ut ex evidentibus testimonijs Augustini manifestavimus; sed concordia gratiae praeuenientis ex se indifferentis, & solum moraliter suadentis cum vera libertate, est ex se facilis, minime obscura; & ab omnibus, licet tardis a prime perceptibilis: ergo Augustinus non conciliavit libertatem cum gratia praeueniente ex se indifferenti, & solum moraliter suadente. Minor probatur. Quae enim nec umbra difficultatis esse potest in eo, quod gratia ex se indifferens cum indifferentia libertatis non pugnet? Qualem obscuritatem pensavit portentosum Augustini ingenium in eo, quod gratia praeueniens suadendo, & non determinando Dominium electivum non extinguat? Quid enim clarius, aut notius, quam quod efficacia gratiae ab arbitrio pendens non possit labefactare libertatem arbitrij?

Quaest. 1.
Sect. 5. per totum



83 RR. Tyrso hanc difficultatem attingens triplicem solutionem tradit: Primo asserit Augustinum non expendere difficultatem conciliandi efficaciam gratiae cum nostra libertate, sed tantum ponderare difficultatem conciliandi libertatem cum gratiae necessitate; cum enim aliud sit operari, ut velimus, aliud sit

Tyrso 1. 12
di/p. 36
70.

operari ipsum velle, licet non intelligatur cum difficultate quomodo cohaereat cum nostra libertate Deum operari, ut vellimus, magna vero est difficultas Deum operari velle nobis liberum, de quo simultaneo concursu fuit praecipua concertatio Augustini cum Pelagio.

84 2. respondet: suum concordiae modum comparatum ad obscuritatem, & perplexitatem, quae posita physica praedeterminatione in illa concordia invenitur, esse facilem, & clarum; nihilominus tamen absolute loquendo difficilem esse, quia cum concordia haec supponat scientiam medianam, quae graues patitur difficultates, nequit esse absolute facile, quod nititur suppositione difficili.

85 3. respondet: Plura esse vno tempore difficilia, quae postea ex magno disputationum usu, & exacta quaestionis ventilatione, facilia redduntur; talem autem esse quaestionem de concordia, quae tempore Augustini difficilis erat; postea vero minus difficilis visa est, quia multi, magnique viri ingenio pleni (id est Societatis Doctores) in illa exponenda laborarunt, illamque claram reddiderunt.

86 Sed ut demonstrē, quam efficax sit argumentum, quod desumitur ex difficultate concordiae gratiae cum libero arbitrio, ad suadendum gratiam cum libero arbitrio conciliandam debere esse ab intrinseco efficacem, & non ex se indifferentem; Adducam quam perspicua demonstratio iudicetur, quam supra expendimus ex eo, quod explicatu difficilissima iudicatur haec concordia, ut convincatur non solum libertatem a coactione, sed etiam libertatem a necessitate esse consociandam cum victrici, & efficaci gratia: sic ad eam exponendam aggreditur P. Decamps Societatis Iesu in illo saepius laudato illustri opere de haeresi

*Quaest. I.
sect. 5. per
totam,*

*Decamps li
b. 3. disp. 3.
c. 3.*

lan

Ianseniana: Debellandos hoc vxo argumento novi dogma-
 eis vindices, immo, & exarmandos sperarem, nisi adversus
 appertam veritatem animum obfirmassent. Tantum est
 enim eius robur, perspicuitas tanta, ut nec solida respon-
 sione debilitari, nec calida declinatione eludi queat. Hinc
 est, quod haeretice factionis principes, qui se ad omnia Ca-
 tholicorum argumenta respondere gloriantur, istud tamen
 ne strictim quidem, ac leviter attingerint. Cextum fere annis
 sunt, ex quo Calvinii pectori infixum haeret istud Ruardus
 Tappert telum: Nullam hac quaestio de gratia, & libero
 arbitrio, quam difficilissimam dicit Beatus Augustinus, ha-
 beret difficultatem, si libertas intelligeretur coactionem
 excludere solum, & non necessitatem. Nec ullus tamen ex
 Calvinii committionibus illud revellere conatus est. Ti-
 muerunt omnes, ne lethalem plagam, vel ipso tactu exulce-
 rarent, maluerantque fatale dogmati suo argumentum
 dissimulare, quam invictum eius robur insulsa responsio-
 ne ostendere.

Tappert. ar-
 tic. 7. pag.
 237.

87 Ita eleganter exaggeravit perspicuam ad
 modum esse demonstrationem, quam adduxit etiam
 Bellarminus, ex difficultate huius concordiae de-
 promptam, ad convincendum Haereticos contendentes
 solam libertatem a coactione conciliari cum gra-
 tia; sed pari efficacia militare videtur. Contra asseren-
 tes solam gratiam praevientem ex se indifferentem
 consociari cum libertate; & sic disputo: sicut falsum
 esset, atque ridiculum concordiam gratiae, & libertatis
 explicatu difficilissimam praedicare, si de ea solum li-
 bertate ageretur, quae solam coactionem excludit,
 quia nil potest esse notius, quam gratiam quantumvis
 efficacem coactionem non inducere; ita falsum, & ri-
 diculum esset incredibilem huius concordiae obscu-
 ritatem exaggerare, si de ea solum gratia ageretur,
 quae ex se non determinat, sed potius est indiffe-

Bellarmin. qd
 1. n. 58. ad
 duabus

reas, & cum quolibet ex extremis libertatis coniungi-
 bilis pro nutu ipsius voluntatis, quia nihil magis perspi-
 cuum, & exploratum, quam indifferens ad duo ad
 nullum necessitare: sed ex eo, quod M. Augustinus
 hanc questionem *difficillimam, & quemlibet nostrum*
vehementer angustantem edocuit evidenter convincitur,
 de sola libertate à coactione concilianda cum gratia
 non agere: ergo ex eodem principio suadetur Augusti-
 num non agere de gratia ex se indifferenti concilian-
 da cum libertate.

88 Certe, si Sanctus Augustinus de vera li-
 bertate à necessitate cum gratia solum ex se indiffe-
 renti concilianda egisset, concordiam libertatis, & gra-
 tiae enixe non commendaret: Doctorum enim Aquila,
 nec semel affirmasset, quod toties fatetur, quæstio-
 nem esse *difficillimam, & paucis intelligibilem*: Cogita
 quidem quam facile Augustinus ab hac difficultate se
 expediret, si in ea sententia, quam Doctores Societatis
 si tribuunt extitisset; demonstraret enim nil facilius,
 quam gratiam ex se indifferentem non necessitate, ac
 perinde nec cum libertate à necessitate arbitrij pug-
 nare; quod evidenter comprobaret ex omnibus prin-
 cipijs indifferentibus, quod ut est lumine rationis no-
 tum, cum libertate, tan longe abest, quod pugnent,
 quod ipsam indifferentiam libertatis constituunt: Qui-
 bus non solum difficultatem quæstionis exponeret,
 sed nullam esse evidenter demonstraret.

89 Hinc iam facile est solutiones allatas si-
 gillatim rejicere: & contra primam insurgo: quia dif-
 ficultas à paucis intelligibilis, & ingeniorum apicem
 vehementer angustans non fuit conciliare gratiæ ne-
 cessitatem cum libertate, sed gratiæ efficaciam; pri-
 mo, quia Deum operari velle nostrum, quod nos agi-
 mus pluribus videtur ita explorata veritas, ut fere ra-
 gior

tionis lumine ut demonstrabilis contra Durandū, nec ab aliquo Theologorum, que n sciam, edocetur, quod veritas influxus immediati Dei in nostras operationes fuit difficultas illa gravissima, qua conflictabatur Augustinus. ¶ Secundo: quia dum ita proponit Augustinus dubium; *Si tibi proponam questionem, quomodo Deus Pater attrahit ad Filium homines, quos in libero dimissit arbitrio? Fortassis cum difficile soluturus est, quomodo enim attrahit, si dimittit, ut quis, quod voluerit, eligat? & tamen utrumque verum est, sed intellectu hoc penetrare paucis valent.* Manifeste exprimit verum a paucis intellectu penetrabile esse, non quomodo voluntas libera agat, si Deus operatur velle, sed potius, quomodo Pater attrahit homines per gratiam scilicet efficacem, si dimittit, ut quis quod voluerit eligat? ¶ Tertio: urgenti-
tius; quia si difficultas ab Augustino commendata non esset concordia gratiæ Dei efficaciæ cum libertate, sed solum, quod consocietur arbitrii agere, & Deum operari velle, difficultas integra difficillimæ questionis ab Augustino toties proclamata subsisteret, licet arbitrium sit liberum à sola coactione, ut Iansenius post Calvinum deliravit; ipsi enim cum arbitrium fateantur activum, qualiter velle efficiat, si Deus operatur velle, consociare tenentur, & si hoc ita est, quomodo haeret Calvini pectori illud Ruardi Tapperi tellum, quod nullus ex eius commilitonibus revellere conatus est? Quale est invictum robur illius argumenti toties à Bellarmino, & Decamps Catholicæ veritati propugnatoribus declamatum ita efficax, ut nec solida responsione debilitari, nec calida declinatione eludi queat? Scilicet, nullatenus esse difficillem questionem de gratia, & libero arbitrio, si libertas solam coactionem excluderet: *Esset ne insulsa responsio, quod difficultas ab Augustino commendata subsistebat in concordia activitatis arbitrii*

August. lib.
 br. 2. con-
 tra Petilia-
 num 6. 8. 4.

ad velle, & quod Deus velle operetur, quæ nullatenus minuitur, licet arbitrium sit solum liberum à coactione? Certe si vera est solutio, quam rejiciamus argumento ex difficultate huius questionis de prompto, nec debellandos, nec exarmandos Hæretici dogmatis vindictes sperareni.

90 Secunda solutio solum edocet, quod ad rem nostram non pertinet: non abnuimus efficaciam infallibilem gratiæ ab extrinseco desumptam, scientiæ mediæ pro fundamento innixam gravissimas pati difficultates; solum inquirimus quomodo Augustinus, & alij Catholici difficultatem aliquam persenserunt in intelligenda liberi arbitrii cum gratiæ consensione, si iudicabant, ut adversarij sustinent, gratiam esse efficacem ex ipsius arbitrii determinatione? Unde colligimus Augustinum non existimasse efficaciam gratiæ esse ab arbitrio, alias in illa concordia difficultatem non sensisset: & ideo adversarij non laborant in concordia suæ gratiæ efficacis cum libertate, sed in exponendo talem esse solum gratiæ efficaciam. ¶ Secundo: quia quod ab Augustino reputatur ad discernendum difficile non fuit qualiter gratia ex se indifferens sit infallibiliter efficax, sed quod quando asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri: Quod expressit Augustinus: *Quemlibet Catholicorum vehementer angustantem, fuit, ne sic defenderetur gratia, ut liberum arbitrium auferri videretur: In hoc vero nulla difficultas existit, si asseritur, & defenditur gratia solum ex se indifferens, licet ex alijs principijs, multis difficultatibus implicetur.* ¶ Tertio: quia ut supra vidimus, Iansenistæ effugere tentant in victum robur argumenti ex difficultate ab Augustino exaggerata huius concordie de prompto, dicendo arbitrium esse liberum, dum necessario agit, esse difficillimum, & quod dum hæc con-

Aug. de gratia Christi c. 47.

Aug. lib. 2. de peccatorum merito. cap. 18

Quest. 1. sect. 5. n.

Concordia per hanc libertatem necessitati coniunctam exponitur recte paucis intelligibilis ab Augustino significatur: sed efficaciter impugnantur; quia si ita esset Augustinus quaestionem de natura liberi arbitrii iudicaret difficilem, quaestionem vero de concordia gratiae, & liberi arbitrii difficillimam non affirmaret: impugnamus eque adversariorum solutionem, si tota difficultas est in consotianda efficacia infallibili gratiae cum eius indifferentia per illam mediam scientiam; affirmaret Augustinus quaestionem de natura gratiae, efficacis esse difficilem, non tamen quaestionem de concordia gratiae cum libertate difficillimam proclamaret.

91 Vnde semper insisto, cur Ianseniani ut vim argumenti desumpti ex difficultate huius concordiae debilitarent non possent de sua libertate à coactione praedicare, quae de scientia media, ita edisserit P. Henao: *Qua admissa facile est ad intelligendum quomodo, illa a libertate, possit gratia efficax esse in actu primo, & quomodo Deus praedestinare, praediffinire queat opera: sed devenire in cognitionem scientia media, adstruere eam, & stabilire, persuadereque alijs difficile est, nosque ipsi experimur, cum videamus tot, qui contradicant, & tanto cum ardore? Et quidem: si admissa ea scientia, facile est ad intelligendum quomodo illa a libertate possit gratia efficax esse: & Augustinus enixe, & saepius asseveravit difficillimum hoc esse ad intelligendum, talem scientiam certe non admisit.*

Henao 1. 24
n. 4176

92 Tertia solutio, quae edocet hanc concordiam iam esse facilem postquam viri ingenio pleni in ea exponenda laborarunt: si vera est, nescio, qualiter ex hoc argumento debellarentur Iansenistae, si assererent hanc concordiam esse minus difficilem postquam insudarunt ad eam exponendam: forte non ob-

sequi si Augustino reputaretur, cuius falso, sed glorioso discipulorum nomine gloriatur. ¶ Accessit, quod si Augustinus solum gratiam moraliter suadentem, & ex se indifferentem edocuit nullo tempore eius concordia potuit videri difficilis: non solum Magno Parenti Augustino, cui de gratia credendum maxime, cuius ipse trophæum est ætatibus omnibus perillustre, sed nec alijs tardioribus; imò frustra tot doctissimi viri in ea exponenda laborarunt, ut claram redderent; sine labore enim, absque ingenij acumine, satis perspicuum est, cum indifferentia libertatis non pugnare gratiam ex se indifferentem cum quolibet libertatis extremo pronuam voluntatis coniungibilem.

¶ Sed ut paucis complectar diffuse tradita, cogita primo: Quod si libertas à sola coactione iudicatur Augustino opposita, quia facile cum gratia conciliatur; gratia solum ex se indifferens debet iudicari Augustino averfa, quia facile conciliatur cum libertate. ¶ Cogita secundo: quod dum concordia duorum difficilis vocatur, nequit difficultas ad naturam unius extremi reduci, sed supposita utriusque extremi natura, ad unius cum altero coniunctionem; unde licet libertas à coactione rejicitur, quia difficultatem constringit ad naturam arbitrij; & gratia efficax ex se indifferens rejicienda est, quia difficultatem reducit ad inefficaciam gratiæ; debet ergo, & supponi libertas à necessitate, & edoceri gratia ex se efficax, ut

ut difficultas in concilianda gratia

cum libera

tate,

SECTIO SEPTIMA

Idem assumptum amplius confirmatur

94 **V**ltcrius infurgo, si scientia media esset necessaria ad exponendam concordiam Divinae gratiae infallibiliter, efficacis cum nostra libertate esset, quia ut subsistat libertas efficacia gratiae debet esse à nostra libertate impedibilis, & sic ut Deus secure provideat gratiae auxilia debet praelucere illa scientia conditionata contingens consensus sub conditione auxilij; sed Augustinus non edocuit gratiam efficacem esse impedibilem à voluntate nostra quoad suam efficaciam: ergo inutilis est scientia hæc media ad concordiam veræ gratiae efficacis cum nostra libertate edocendam: discursus rectus, & prob. min. illam gratiam efficacem edocuit Sanct. Augustinus ex cuius necessitate cum apparentia colligebat Pelagius nostræ libertatis ruinam, sed ex necessitate gratiae impedibilis à nostra libertate quoad efficaciam nequit nec apparentur deduci libertatis defectus: ergo. Prob. minor. Pelagius erat homo accutus, & litteris instructus, sed incredibile est hominem ingenij acumine, & litteris ornatum: ex necessitate gratiae indifferentis, flexibilis, & in sua efficacia à nostra libertate dependentis intulisse libertatis nostræ ruinam; concordia enim ita lumine rationis facilis, & prævia, quomodo à viro accuto impossibilis fuit iudicata cum tanta apparentia rationis, ut plures fideles litteratos convinceret, & turbaret? ergo.

25. Explicatur: Pelagius testante Augustino

Pelagij error in concilio Palestino damnatus.

ita evincit: Non est liberum arbitrium si Dei in-
get auxilio, quoniam in propria voluntate habet unusquis-
que facere aliquid, vel non facere: Hic tamen error
non potuit ita nervose Ecclesiam Dei turbare, si
precederet contra necessitatem auxilij omnibus
oblatis; & à voluntate pendente in efficacia, qua-
tenus ex sua determinatione efficiat, aut non: San-
cti enim Patres evidenti ratione demonstrarent ri-
diculum esse tale auxilium pugnare cum eo, quod
voluntas possit aliquid facere, vel non facere: Stul-
tissimusque error, nec ad horam cum veritate pugna-
ret.

96. Respondet P. Avendaño; Pelagium nec
acutum fuisse; nec literis instructum; ipsum enim val-
de variasse in suis erroribus constat; & quando-
que negasse omnem internam gratiam; quando-
que concessisse internam gratiam; non tamen dan-
tem simpliciter posse, & licet possit accusari errare, &
in errore pertinaciter perseverare varietas tamen hu-
iusmodi in errando aliena est ab homine acuto, & li-
teris instructo.

97. Contra tamen est: quia Pelagium, Ce-
lestinum, Julianum, & similes pestes, fuisse homi-
nes ingenio, facundia; & acrimonia præcites, ex-
presse edocuit Mag. P. Augustinus: ita edisserens:
Immo Pelagianum spe falsa putaverunt novum; & execra-
bile Dogma Pelagianum; vel Celestinum persuaderi quo-
rumdam Romanorum Catholicis mentibus posse; quan-
do illa ingenia, quamvis nefando errore perversa; non
tamen contemptibilia. infraque sic loquitur de Ce-
lestino: In homine accerrimi ingenij, qui profecto si cor-
rigeretur plurimis profuisset. sicque afflatur de Pelagia-
nis; nolo quod sequitur dicere, ne amicis nostris, quorum for-
tissima, & celerrima ingenia non in perversum
sed

Avendaño
disp 21. de
author. Au-
gust, c. 2. se-
ct. 2.

Aug. lib. 2.
contra duas
epist. Pel. 3

*Aug. de na-
tura, & gra-
tia. lib. unico*
c. 6.

Tal in directum currere volumus facere, existimemur iniuriam. Saepiusque hoc Augustinus fatetur: quod ta uen errores variaret, nec mirandum in acri ingenio, quando totius orbis portentum Augustinus illum devellendo Catholicam doctrinam tulit.

98 Denique Semipelagianos Mafsilienfes (de quibus ita loquitur D. Prosper. Scripta Augustini, quibus error Pelagianorum impugnatur, infamant dicentes, eum liberum arbitrium penitus dimovere) fuisse homines accuti ingenij non est dubitandum, cum expresse asseratur a D. Prospero, dum ita de eis ad Augustinum scribit: Ne tam claris tamque egregijs in omnium virtutum studio viris spiritus Pelagiane impietatis illudat. Sicque auxilium Augustini efflagitat S. & humillis Doctor: Quod cum peruersissimum esse, revelante Dei misericordia, & instructe nos tua beatitudine noverimus, desumus quidem ad non credendum esse constantes, sed ad auctoritatem talia sentientium non sumus pares, quia multum nos, & vite meritis antecellunt, & aliqui eorum adepto nuper Summi Sacerdotij honore super eminent: nec facile quisquam praeter paucos perfecta gratia intrepidus amatores tantis superiorum disputationibus ausus est contrahere.

99 Quam veritatem credidit Augustinus, licet stultissimum errorem fassinerent; Deum, scilicet, iudicare homines per merita conditionata, quae haberent si diutius viverent, sic enim scribit. Unde opinari (praedictum errorem) potuerint homines, quorum ingenia non esse contemptibilia vestra indicant littera mirans, & stupens reperire non possum, nec credere auderem, nisi vobis non credere non auderem. ¶ Expresius eandem veritatem fatetur S. Prosper tradens rationem, cur Semipelagianorum domestica ma-

D. Prosper
epist. ad Rufinum.

D. Prosper
epist. ad August.

Aug. lib. 1.
de Praedest.
Sanctorum
c. 12.

D. Prosper in
prefat. ad
lib. contra
collatorem
Cassianum

lignitas spernenda non esset? Quia sunt eiusmodi, ut nec ordo eorum in Ecclesia, nec ingenia aespicienda videantur.

Aug. epist.
143.

100 Dubitanque de accri ingenio Pelagij, & Iuliani consulat epistolam communiter, & vere vni ex illis attributam ad Demetriadem Virginem ipsamque doctam, & ingenio plenam inveniet præter ea, in quibus liberum extollens arbitrium Divinam gratiam extinguit; erroresque in illa præcavendos rescripsit S. Augustinus ad eandem Virginem; sicque in fine afflatur: *Satis enim dici non potest, quantum cupimus in eorum hominum scriptis, qui propter acrimoniam, atque facundiam leguntur à plurimis appertam confessionem illius gratiae reperiri, quam commendat Apostolus.* Vbi Pelagianorum scripta esse plena acrimonia, & facundia fatetur Augustinus. Et ideo assererat M. Pater: *Plus eis sine dubitatione prestamus, si ut corrigantur oremus, ne cum tantis ingenijs, vel pereant, vel alios perdant.* Tandem accumen ingenij Pelagij monstrant argumenta, quibus Divinam gratiam oppugnavit, unde communis fuit omnium fidelium sensus adversus Pelagianum, eiusque dissolvendas sophisticas argutias acutissimum Augustinum Divinam providentiam non sine speciali Ecclesiae beneficio designasse.

Aug. epist.
106.

101 Hinc ergo non inefficaciter insurgimus; quomodo homo accutus ex necessitate gratiae indifferentis, moraliter suadentis à libertate impeditibilis in efficacia potuit colligere libertatis ruinam? Cur Augustinus ex gratia ita repide movente fuit odiosus Malsilien sibus dicentibus *suam sanctitatem hoc excepto, in factis, & dictis omnibus admirari*; ita ut ausus fuerit proferre Faustus Semipelagianus, quod inter gratiae vocabulum absconditum erat fatale decretum? Numquid

San-

Sancti Prosper, & Hilarius inutiliter patrocinium Augustini exposcerent tam ardenti desiderio, ut disputationibus Massiliensium contrairerent? Cum minus cruciati appropinque de monstrarent gratiam in sua efficacia a libertate determinandam minime labefactare libertatem, & quod motio moralis suavis, cui voluntas possit resistere, vel obtemperare facile cohæret cum arbitrij libertate? Cur etiam creditur esse speciali providentia a Deo destinatum tempore Pelagij portentosum Augustini ingenium; cum intellectus vix instructus, agnosceret, gratiam licet necessariam ad agere, ita indifferentem, ut ex determinatione voluntatis coniungatur cum agere præ non agere nullatenus posse cum libertate pugnare?

S. Hil. eps
ad Aug.
prope finem

102. Acceditque altera coniectura non levis: De illa enim gratia, quam pro viribus propugnavit Augustinus metuebant Semipelagiani (*alias clari in omnium virtutum studio viri*) edificationi audientium esse contrariam, unde licet vere fuisset edocta prædicandam non esse, ita loquitur S. Prosper. *Postremo per vicatiam tota descendit, ut fidem nostram, edificationi audientium contrariam esse definiant, at sic etiam si vera sit non promendam: quia, & pernitiose non recipienda tradantur, & nullo periculo, quæ intelligi nequeant conticeantur.* Idem refert S. Hilarius: *Ad summum fatigatis omnibus nobis, ad id prosecutio eorum, vel potius querela convertitur, consentientibus etiam his, qui hanc definitionem improbare non audent, ut dicant, quid opus fuit huiusmodi disputationibus incerto tot minus intelligentium corda turbari? Neque enim minus utiliter sine hac definitione, aiunt tot annis, à tot tractatoribus, tot precedentibus, & tuis, & aliorum, tum contra alios, tum maxime contra Pelagianos Catholicam fidem fuisse defensam.* Ex quibus colligo gratiam ab Augustino proclamata, quam esse fatale

D. Prosper
epist. ad August.

S. Hilarius
epist. ad August.

decretum criminabantur Semipelagiani, non esse in sua efficacia impediibilem, seu dependentem ab illa media scientia, nec esse indifferentem; gratia enim pro nutu arbitrij determinabilis, *cur conticeretur, quia nequit intelligi? Qualiter minus intelligentium corda turbaret? Cur dubitarent in omnibus Augustini libris contra Pelagianos fuisse defensam? Ergo dum gratiam Augustini in-utilem: prædicationi, & ædificationi audientium contrariam esse vociferabant, non de quacumque gratia loquebantur, sed de illa, quæ est secundum propositum, à qua non permittitur prævaricari, à qua non possit sua voluntate deficere. Quia ut illorum erat professio quidquid libet donatum sit prædestinatis, id posse, & amittere, & retinere propria voluntate.*

D. Hilar. epist. ad August.

Henao 1. 2. sect. 234.

Ant. Perez de Provid. disp. 1. f. 5.

Henao sect.

293. &

224.

103. Nec valet si respondeas cum P. Henao post P. Antonium Perez; Semipelagianos: acumine licet ingenij præditos libertatis violatæ reum nuncupasse Augustinum, quia decepti iudicabant gratiam efficacem ab Augustino defensatam esse prædeterminationem, & ideo argumentum illorum circa libertatis erat robustissimum, sed minime contra gratiam vere ab Augustino edoctam, sed potius contra illam, quam nos sustinemus, & ipsi falso Augustino tribuebant. Adde P. Henao; Pelagianos, Semipelagianos, & quosvis alios inferentes ex doctrina S. Augustini absurdum dirutæ libertatis, non penetrasse sensum S. Doctoris, & si fuisse ingenio pollentes reputentur, non enim rari tales deficiunt. Si enim omnibus constans est Massilienses quantumcumque claros, & egregios deviasse à vera intelligentia complurium locorum Sacra Scripturæ, cur mirandum errasse in attribuenda S. Augustino sententia aliena ab eius animo?

104.

Sed contra hanc solutionem plura militant; 1. si calumnia Manichæismi iniuste à Pelagianis

Augustino irrogata ortam ducebat ex deceptione, qua falso iudicabant Augustinum defendere esse gratiam, ex Deo efficacem, & non efficacia dependente, sed cōsequente nostram liberam concessam; cur S. Augustinus non se clare expolluit, ut sine labore evidenter refelleret incommodā ab Hæreticis proclamata; ita ut nec ab iustissimis reus violatæ libertatis iudicari posset? Vno enim verbo omnes dissensionēs sedaret, calumnias reprimeret; edocens gratiam ab ipso ex scripturis manifestè deductam esse ex se indifferentem, à voluntate determinabilem, & pro nutu voluntatis tam cum consensu salutari, quam cum peccato confortabilem.

105. 2. Massilienses, alias ingeniosi, negabant gratiam efficacem, prævenientem voluntates nostras, ne frustra fierent correctiones, & inique vnus increparetur exemplo alterius: quia licet P. Henao annotet adversus P. Gonet hanc objectionem ex iustitia increpationis depromptam non fuisse à Semipelagianis repetitam; ex eo, quod liber S. Augustini de correptione, & gratia, in quo objectionem repellit præcessit S. Prosperi, & Hilarij Epistolæ quibus S. Augustinus auxit notitiam Semipelagianorum, & recursus ab eis primitus facti ad scientiam conditionatam. Manifeste fallitur; utrumque enim verum est, & Semipelagianorum delirium innotuisse S. Augustino per Epistolæ S. Prosperi, & Hilarij post librum de correptione, & gratia vulgatum; & quod Semipelagiani ex necessitate gratiæ prævenientis dantis velle à S. Augustino edocet inferrent, quod frustra fierent correctiones, & iniquæ vnus argueretur exemplo alterius: cuius argumenti inefficaciam demonstrat Augustinus in libro de correptione, & gratia.

P Henao
sect. 234

106. Ad cuius evidentiam expendo verba: Si

D. Prosp. in
ep. ad Aug.

Prosperi referentis S. Augustino argutias Maffiliensium adversus vocationem electorum secundum Dei propositum ab ipso ex testimonijs Divinarum scripturarum deductam, & ita afflantis: *Evenit ex dispositione misericordiae Dei, ut cum quosdam intra Africam similia movissent, librum de correctione, & gratia plenum Divinae auctoritatis emitteres, quo in notitiam nostram inexpectata opportunitate delato, putavimus omnes quarelas resistendum sopiendas: quia universis questionibus, de quibus consulenda erat sanctitas tua tam plene illic, absoluteque responsum est, quasi hoc specialiter studueris, ut quae apud nos erant turbata componeres: & paucis interpunctis scribit: Quidquid in libro hoc (de correctione scilicet, & gratia) ex contradicentium sensu sanctitas tua sibi opposuit, quidquid etiam in libris contra Iulianum ab ipso sub hac questione obiectum potentissime debellasti, hoc totum ab istis sanctis intentiosissime conclamatur. Ergo evidens est; Maffilienses contra vocationem gratiae Dei ab Augustino defendatam intentionissime conclamasse utilitatem correctionis, & iustitiam increpationis a timere, & quod licet S. Augustinus ad motiones Africano rum sedandas librum de correctione emitteret; licet nondum per S. Prosperum, & Hilarium agnosceret Maffiliensium errores, in illo eorum obiectionibus plene, & absolute responsum praebuit, quasi hoc specialiter studuerit.*

107 Cum vero ex eodem principio inferatur ex necessitate gratiae ad recte operandum libertatis ruina, ac correctionis inutilitas, & increpationis iniustitia, audiamus Africanos, sicut Maffilienses ex gratia ab Augustino propugnata colligentes inutilitatem correctionis: itaque deblaterantes (*recte autem corriperē, si eam* vocationem, scilicet, electorum secundum propositum Dei, seu efficacem gratiam) mea sub-

August. de
correp. &
rat. c. 4. in
fine, & 5. in
principio.

pa non haberem: si eam possem mihi dare, vel summere ipse nec facerem, vel si dante illo accipere noluissem. Cum ergo, & ipsa voluntas à Domino præparetur, cur me corripias, quia vides me eius præcepta facere nolle? & non potius ipsum rogas, ut in me (non solum mecum ex mea determinatione) operetur, & velle? statim que Gloriosus gratiæ defensor argumento excitatus asserit. Adhæc respondeamus, &c. Ad quid ergo Sanctissime Pater solutionem paras? Vnice tuam mentem expone, si enim non præparatur voluntas à Domino per gratiam determinantem, qua operatur in nobis velle: ut Iesuitæ propugnant, sed ex hac gratia tibi falso imposita vires argumentum assumit; vno verbo lis est decissa, & ex sincera argumenti confessione triumphans exulta; expone voluntatem præparari à Domino vnice per gratiam indifferentem, qua supposita, quod non adsit. efficax culpa iacrepatis est, & ideo recte corripitur, quia efficacem gratiã potuit ipse summere, & non fecit, & Deo dante accipere noluit: ut quid ergo duo decim replet capita, utilitatem correctionis demonstrando, ita ut recensito hoc beatitudinis tuæ libro, qui persuasionis suæ impediabantur obscuro, aversiores, quam fuerant recesserint? Ut D. Prosper conquæritur. Non ergo Augustinus iudicavit Africanos; & exinde Massilienses tibi falso imponere vocationem gratiæ electorum esse prædeterminantem, seu prævenientem determinando; indubie etiam se exponeret utilitatem correctionis demonstrando, si dum quis non facit præcepta nulla deest gratia, qua correctus sua culpa non careat, & quam non posset accipere, si vellet.

D. Prosper
epist. ad August.

3. insurgo: quia licet facile credatur Semipelagianos errare deviano à vera intelligentia sententiæ S. Augustini, sicut plura sacra testimonia de-

pravarunt : tamen nullus crederet S. Prosperum, & Hilari-
 larium deceptos fuisse attribuendo Augustino sententiam
 ad eius animo valde alienam, eiusque mentem
 non penetrasse; sed D. Prosper, & Hilarius crederunt
 de mente Augustini vocationem gratiæ electorum præ-
 venientis merita secundum propositum Dei, ex qua
 Semipelagiani inferebant iniustitiam correctionis, *re-*
moveri omnem industriam, tollique virtutes fuisse gratiæ
 prævenientis determinando, non vero indifferentis,
 seu prævenientis pure moraliter suadendo : ergo
 Augustinus hanc gratiam prævenientem determinan-
 do vere edocuit: & ex illa, non falso Augustino attri-
 buta argumentum dirutæ libertatis Semipelagiani vo-
 ciferabant. Probo min. Quia si S. Prosper, & Hilarius
 iudicarent vocationem gratiæ prævenientis merita
 non esse determinantem ex mente Augustini, cur non
 promerent ad quærelas Massiliensium topiendas? Cur
 Semipelagianis silentium non indicerent intentionis-
 sime conclamantibus Augustinum extinctæ libertatis
 reum? Cur, *nec facile quisquam præter paucos perfectæ*
gratiæ intrepidus amator tantis Massiliensium dispu-
tationibus ausus est contraire? Cur enixe S. Augustinum
 obsecrantur, ut lucidissimis expositionibus dignetur
 apperire: *Quomodo per præoperantem, & præoperan-*
tem gratiam liberum non impediatur arbitrium?

S. Prosper
 epist. ad Au-
 gust.

Nil enim notius esse potest, quam
 gratiam indifferentem non im-
 pedire arbitrij liber-

tatem.

SECTIO OCTAVA

Si Deus praedeterminat, aut condeterminat consensum liberum creaturae inutilis est scientia media ad concordandam efficaciam gratiae cum libertate,

109 **D**uas partes obtinet haec conclusio; prima est, quod si Deus praedeterminat consensum liberum inutilis est scientia media ad concordiam gratiae cum libertate exponendam; quam nullus ex Thomistis negare potest, nec credam aliquem ex DD. Societatis ei obistere posse, cum ex eo scientiam mediam pro viribus propugnent, quia in intelligibile profitentur Deum per medium praedeterminans posse obtinere consensum liberum: ratione vero efficacissima probatur: Primo, quia si praedeterminatio Divina exigitur ad consensum liberum scientia media omnino corrumpitur: ergo inutilis erit ad omne munus, quia chymara: Probat. antecedens: Scientia media est scientia conditionata consensus liberi sub auxilio, contingens, & Deo non libera, sed si Deus praedeterminat consensum liberum, nulla potest esse in Deo scientia conditionata consensus liberi, contingens, Deo non libera: ergo. Prob. minor. Scientia conditionata consensus liberi, vel est necessaria, vel Deo libera, vel est chymarica: ergo nequit esse contingens Deo non libera. Prob. antecedens. Veritas illa conditionata ita enunciatur. *Si est libertas A. erit consensus: vel* includit praedeterminationem consensus ex parte conditionis: ita ut sit sensus, *si est libertas A. cum praedeterminatione erit consensus: & tunc est scientia necessaria: nil enim magis necessarium, quam con-*

sentiam extitutum esse sub conditione, quod sit aliquid
 connexum cum consensu: si vero non includat præ-
 determinationem ex parte conditionis, sed ex parte co-
 ditionati, ut sit sensus: *Si datur libertas A. erit consen-
 sus prædeterminatus à Deo, seu ex Dei prædetermina-
 tione: scientia huius veritatis est Deo libera, sicut enim
 est Deo liberum posita libertate A. prædeterminare
 consensum, ita, & esse consensum: si vero non inclu-
 dat prædeterminationem requisitam, nec ex parte
 conditionis, nec conditionati, scientia erit consensus
 chymærici, quia erit consensus sine prædeterminatio-
 ne exacta ut sit: ergo talis scientia erit, vel Deo necessa-
 ria, vel libera, vel chymærica.*

110 Aliter: Deo prædeterminanti consen-
 sum liberum e. libera veritas conditionata existentie
 consensus sub libertate A. ergo, & scientia huius veri-
 tatis: Conseq. est evidens, quia implicat veritatem Deo
 liberam sciri per scientiam Deo non liberam: & cum
 solum in signo, in quo est veritas sit Deo scibilis im-
 plicat veritatem supponere Dei decretum, & scientiam
 omne decretum præcedere. Prob. antecedens. Veritas
 conditionata est libera determinanti conditionatum
 posita conditione, cum enim veritas hæc non in alio
 consistat, quam in eo, quod pro casu conditionis exis-
 tat conditionatum erit libera agenti ita exhibenti ex
 sua determinatione conditionatum, sed Deus præde-
 terminaret consensus, seu conditionatum pro casu
 conditionis, seu libertatis A, ergo Deo erit libera veri-
 tas conditionata.

111 Aliter: ideo veritas illa conditionata
 est nunc defacto libera creaturæ, quia licet sibi non
 determinet conditionem, seu libertatem A. illa sup-
 posita determinat consensus, ergo si Deus non so-
 lum determinaret conditionem, seu libertatem, sed
 etiam

Etiam illa supposita praedeterminaret conditionatum
 praedeterminaret veritatem conditionalem, sicut e-
 nim creatura determinat nunc illam veritatem, quia
 determinat nunc consensum; determinaret veritatem
 à Deo prius determinatam, si determinaret consen-
 sum prius à Deo determinatum.

112 Secundo probatur eadem pars conclusi-
 onis, licet praedeterminatio non esset exacta à con-
 sensu libero, sed solum componibilis cum eius liber-
 tate. Ideo scientia media esset exacta ad concilian-
 dam efficaciam infallibilem gratiae cum libertate con-
 sensus, quatenus Deus solum directus illa scientia pos-
 set noscere per quae auxilia secure obtinebit consen-
 sum sine libertatis læsione, sed si consensus liber praedeterminaretur à Deo per scientiam naturalem nos-
 ceret Deus posse secure obtinere consensum absque li-
 bertatis læsione: ergo superflua esset scientia media, ut
 Deus tuto incolumi libertate obtineret consensum:
 Mai. scientiae mediae munus indigitat à suis professo-
 ribus expositum. Prob. min. Deus per scientiam natu-
 ralem sciret se posse cuilibet auxilio addere praedeter-
 minationem incolumi libertate, & quod per hanc praedeter-
 minationem obtinebit consensum, ergo per scientiam
 naturalem non solum sciret per quae auxilia ob-
 tinebit secure consensum illa libertate, sed etiam
 hoc posse agnosceret per omnes libertates, & omnia
 auxilia constituenda libertatem sine illa media scientia.

113 Secunda pars; scilicet, inutilem esse scientiam
 illam mediam, ut gratia efficax cohæreat liber-
 tati, si semel Deus condeterminat consensum: quam
 plurimos habet Patronos ex ipsius scientiae mediae
 professoribus; inspiciatur ingeniosissimus P. Iunio, &
 nostrae scholae Primarius P. Herrera: Quia acriter in

P. Iunio de
 Praedest. se-
 ct. 9. cap. 7.
 Herrera de
 Praedest. q.
 2. sect. 4.

Ribaden. de
 prad. disp.
 10. cap. 1.

crepant Sap. P. Rioadeneira, qui primus Primariam Theologiae Cathedram pro Sacra Religione Societatis in nostra Academia obtinuit, Decretumque committans, seu immediatam determinationem consensus liberi à Deo, ut tibi verissimam defensus, & licet multis vexatus nunquam deseruit: Nec credo tantum Magistrum nobis esse in hac parte contrarium, quia licet scientiam mediam illustravit, tandem ex determinatione immediata Divina consensus coactus fuit illam propugnare, vel ex infinita Dei vi intellectiva, qua ante omne absolutum Decretum potest veritates conditionatas praescire, vel quia ad providentiam Provissoris perfectissimi spectat conferre media, cum notitia eventus, quem obtinebunt; minime vero ad conciliandam efficaciam infallibilem gratiae cum libertate.

114 Assumptum vero probo ab his praescindens: primo. Quia si Deus condeterminat consensum liberum, scientia conditionata consensus liberi, vel est Deo necessaria, vel Deo libera, vel chymarica, ergo non erit scientia conditionata Dei media ad conciliandam libertatem cum gratia. Prob. antecedens. Vel scientia illa conditionata affirmat sub conditione libertatis *A.* extitutum esse consensum sine condeterminatione Dei, & ita scientia est chymarica, cum affirmet obiectum impossibile, scilicet consensum sine determinatione necessaria, ut sit: vel affirmat sub conditione libertatis *A.* & condeterminationis Dei extitutum esse consensum: & ita scientia est necessaria, & à quolibet scibile suum obiectum, quia nil ex terminis magis notum, quam extitutum esse conditionatum, si existit conditio cujus conditionato connexa: si denique enuntiet sub conditione libertatis *A.* extitutum esse consensum, & condeterminationem Dei; ita ut con-

condeterminatio Dei non excludatur à conditiona-
to, ne scientia sit chymarica, seu necessario falsa, nec
includatur in cōditione ne scientia sit necessaria, seu ve-
ritatis necessaria; sed ita ut condeterminatio Dei se te-
neat ex parte conditionati, ut recte docet P. Riba-
doneyra; hæc scientia non erit in media, sed Deo libera;
ergo nulla potest esse scientia conditionata media.
Probo antecedens quoad tertiam partem: in qua po-
test esse difficultas 1. quia scientia conditionata suppo-
nit obiectum; & quia voluntas nostra determinat con-
ditionatum posita conditione determinat scientiam
conditionatam, & exinde est nobis libera, ergo si Deus
etiam determinat conditionatum posita conditione,
illa scientia conditionata erit libera Deo. 2. illa scien-
tia conditionata consequitur determinationem crea-
turæ conditionatam, ergo, & determinationem con-
ditionatam Dei, quæ concomitatur determinationem
creaturæ, sed ex eo, quod consequens sit ad determi-
nationem conditionatam creaturæ est scientia crea-
turæ libera, ergo ex eodem principio erit libera Deo:
vnde ex hac condeterminatione Dei scientia illa con-
ditionata est nobis, & Deo libera, contra prima scien-
tiæ mediæ principia, ut asserit RR. Tyrso.

Ribaden. de
Præd. disp.
10. c. 3.



Tyrso t. i
disp. 11. se
ct. 11.

115. 2. probatur assumptum: scientia inuti-
lis, ut Deus secure, & absque periculo frustrationis in-
tendat consensum liberum per auxilium *A.* necessa-
ria non est, ut consocietur efficacia auxiliij cum liber-
tate consensus, sed si Deus condeterminat consensum
scientia media est inutilis, ut Deus secure, & absque pe-
riculo frustrationis intendat consensum liberum per
auxilium *A.* ergo. Mai. nota, quia componere efficacia
infallibilem auxiliij cum libertate est Deum posse
auxilium secure coniungere cum consensu libero: Pro-
bo maiorem. Qui scit posse auxilium *A.* reddere effi-
cas.

caus scit per auxilium *A.* posse obtinere consensum liberum, sed si Deus condeterminat consensum scit per scientiam naturalem, & independenter à scientia media posse reddere efficax auxilium *A.* ergo. Prob. min. Deus scit per scientiam naturalem posse auxilio *A.* superaddere suam condeterminationem, & per eandem scientiam scit, quod auxilium *A.* efficax erit cum sua determinatione coniunctum: ergo.

116 Urgeo hoc: Qui admittit consensum liberum posse à Deo prædeterminari nequit scientiam mediam necessariam statuere ad consociandam efficaciam gratiæ cum consensu libertate, seu ut Deus secure per auxilium *A.* intendat consensum liberum; ergo nec qui sustinet posse consensum liberum à Deo condeterminari: antecedens videtur certum, nec unquam vidi prædeterminatores, nec leviter attingi, quia providentiam fortunæ, & casualitati obnoxiam statuunt: Si enim novit Deus per scientiam naturalem incolunt libertate posse cuilibet auxilio addere prædeterminationem: Ad quid alia desiderabitur, ut per quodlibet auxilium secure obtineat liberum consensum? & Prob. conseq. Sicut Deus in sententia prædeterminantium per scientiam naturalem prænoscit posse addere cuilibet auxilio prædeterminationem, ita in sententia condeterminantium scit Deus cuilibet auxilio liberè posse adijcere condeterminationem, & ut asserit P. Ribadeneyra. *Sicut iuxta prædeterminantes factum est in libertate Dei convertere infallibiliter nostram voluntatem habentem sufficientiam ad conversionem, quia potest Deus huic sufficientiæ superaddere suam prædeterminationem connexam cum nostra conversione. Similiter in nostra sententia (condeterminantium scilicet) per adiunctionem decreti committantis infallibiliter cum eadem conversione connexi: Ergo sicut in illa sententia non est neces-*

Ribad. ubi
Sup. n. 55.

cessaria scientia alia praeter naturalem, ut Deus secure possit intendere consensum liberum, nec in sententia condeterminantium ad hoc munus scientia media necessaria erit, unde nec ad conciliandam efficaciam gratiae cum libero consensu. An vero alio titulo foret necessaria scientia media ad libertatem consensu a Deo condeterminati, quia exacta ut decreta Dei sint impedibilia, cum si forent impedibilia libertatem extinguerent, quia antecederet connexa? Licet ex mente huius Sapientis. Doct. asseverandum sit: Non est huius loci disputare aliqua tamen inferius aducam: a n. 176.

SECTIO NONA.

Obiectum scientiae divinae conditionatae contingentis consensu liberi, exponitur: ut exinde inutilitas scientiae mediae ad conciliandam efficaciam gratiae cum libertate, licet Deus non praedeterminet intrinsece, aut extrinsece consensum liberum efficaciter colligatur.

17 **V**T conclusionem difficilem, & plurimum exosam propugnem, quia forte, nec omnes Nostri DD. ei subscribent: scilicet, quod licet Deus non praedeterminaret, intrinsece, nec extrinsece consensum nobis liberum, ino nec condeterminaret; sed omnis gratia praeveniens consensum esset ex se indifferens, & solum accidentaliter efficax, adhuc esset inutilis scientia media ad concordiam gratiae efficacis cum libertate exponendam: obiectum scientiae conditionatae contingentis necesse est a prime prius manifesta-

re: non quidem obiectum formale, seu medium, in quo scientia illa inuititur, sed materiale, seu veritatem conditionalem per illam scientiam attactam. Ad cuius declarationem.

118. Præmoneo 1. vt certa ab incertis diuisa præmittam; in hypothesi exagitata relegante omnem prædeterminationem diuinam, siue intrinsecam, siue extrinsecam consensus liberi, hanc scientiam conditionatam; *Si existit auxilium A. erit consensus* (si in Deo daretur) futuram fuisse contingentem, & non liberam Deo, & exinde mediam inter necessariam, & liberam, quidquid sit de voce, & modo ipsam ita vocantur. De quo parum curo. Ratio est, tum quia nulla scientia potest esse Deo libera, si est independens ab omni Dominio electivo; & determinativo Dei. ¶ Tum quia Deus nullo modo determinaret illam veritatem, nam veritas conditionalis, solum determinatur à determinante conditionatum posita conditione; sed sola voluntas nostra sub libertate *A.* determinaret consensum non vero. Deus vt supponit hypothesis; ergo illa scientia non esset libera Deo, seu subiecta Dominio, & determinationi Dei. ¶ Nec esset scientia Deo necessaria, quia scientia conditionalis solum potest esse necessaria, ex vi necessariæ connexionis conditionis cum conditionato, sed hæc conditionalis assumit pro conditione libertatem, & pro conditionato consensum, seu vnum ex extremis libertatis, & implicat libertas ex se determinate connexa cum vno ex libertatis extremis; non enim esset ad vtrumque indifferens; nec ex electione vni coexisteret præaltero: ergo implicat talem scientiam conditionalem (si existeret, & daretur in Deo independentem ab omni prædeterminatione: consensus liberi siue intrinsecæ, siue extrinsecæ) fore.

necessariam; unde esset contingens Deo non libera.

¶ Dixi saepius, si talis scientia existeret, & daretur in Deo, quia tunc casus illa scientia conditionalis plurimis erat obnoxia difficultatibus, erat enim necesse, ut ab aeterno existeret aliqua determinatio vi cuius scientia potens non esse haberet esse pra non esse, omne enim quod contingenter est ex libera determinatione habet, quod sit; unde si omnem determinationem Divinam consensus liberi exclusis, vel debes aliam hypothese[m] impossibile[m] determinationis creaturae, & aeternae adstruere, vel scientiam consensus liberi sub conditione libertatis omnino a Deo relegare. ¶ Nec mirum, quod scientiam mediam valde displicentem Angelicæ Scholæ studiosis vltro admittamus in hypothese[m] duplici, quarum vtramque impossibile[m] iudicando supponimus, ut ex Dominio Dei praedeterminativo consensus liberi colligatur, quid iudicari debeat de scientia conditionata contingente ipsius; si enim Deus pure extrinsece determinat consensus[m], aut extrinsece, & intrinsece; scientia conditionalis contingens est libera Deo: si vero nullo modo praedeterminat, sed solum condeterminat consensus[m], scientia erit libera Deo, & creaturae: si vero nullo modo determinat immediate consensus[m], sed solum mediate determinando auxilium, scientia conditionata non erit libera Deo, sed solum creaturae, unde esset in Deo media, seu contingens non libera, si daretur.

119 Secundo praemitto illam scientiam mediam inter plurima tela, quibus a Nostris DD. conteritur non minorem obtinere locum, quod ex impossibilitate obiecti illius scientiae desumitur, ut enim probent obiectum illius scientiae esse ne-

Godoy de
scient. disp.
 37. sect. 2.
Salm. disp.
 7. de grat.
 efficaci du-
 b. 3. n. 70.
 M. Carras-
 co de volun-
 tat. Dei du-
 b. 6. fund. 6.

cessarium, aut impossibile hoc principium; ut so-
 lemne, & evidens magnificent Illustrissimus Godoy
 PP. Salmaticenses, Mag. Carrasco, & alij, quam plu-
 rimi scilicet, ut *conditionalis sit vera eadem prin-*
cipia, quæ *instatu absoluto requiruntur ad exis-*
tentiam absolutam effectus importari debent condi-
tionate; seu *ex parte conditionis in futuro conditio-*
nato.

120 Me tamen iudice crederem, illud
 principium expositione indigere, & inter pluri-
 ma, quæ in tractatu de scientia diffuse exagitamus
 prætermittere non possumus omnes ut verissi-
 mum sustinere in vtraque Schola esse in Deo
 scientiam; conditionatam contingentem futuro-
 rum liberorum; nec hoc credimus vquam fuis-
 se controversum; quidquid adversarij reclamant;
 solum dissidium sistit in eo, quod alij sustinent
 esse mediam; seu contingentem non liberam; nos
 pugnamus esse Deo liberam: unde obiectum scien-
 tiæ contingentis assignare omnes adstringimur: &
 dissidium stabit, quod hoc obiectum indepen-
 dens ab actuali determinatione Divina adversarij
 pugnant: Nos ipsum ex determinatione actuali
 Divina proficiscere desinabimus: Non ergo con-
 datus sit, ut hoc obiectum necessarium inferatur;
 quia infringet contingentiam ab vtraque Schola
 admissam, sed potius, ut colligatur obiectum præ-
 ter contingentiam libertatem includere respectu
 Dei, ut exinde scientiæ libertatem pro scopo dedu-
 camus.

121 Ex quo colligo, quod si principium
 supra ut evidens relativum esset verum in nulla sen-
 tentia veritas conditionata consensus liberi esset

cond


contingens, sed omnis veritas conditionata foret necessaria; unde scientia conditionata non posset esse contingens contra sententiam ab utraque schola demonstratam, quod priusquam Reverendissimus Tyrso animadvertentur Primarij nostri P. Ribadeneira, & P. Herrera, & ratio est, quia sicut adversarij requirunt ad consensum in statu absoluto scientiam mediam, vel concursum simultaneum, & si illa in statu conditionato ingrediuntur ex parte conditionis conditionalis est necessaria, & ruit scientia conditionata contingens, quae exigitur ut sit scientia media; ita nos exigimus ad consensum in statu absoluto praedeterminationem, & si haec ingreditur ex parte conditionis in statu conditionato, conditionalis erit necessaria; unde perit etiam contingens exacta, ut scientia conditionata sit libera. Ita ergo disputo admissio, ut vero principio adducto eadem principia, quae in statu absoluto requiruntur ad existentiam absolutam effectus importari debent conditionate, seu ex parte conditionis in futuro conditionato. Sed gratia ex se efficax, seu praedeterminans in statu absoluto praerequiritur ad existentiam absolutam consensus liberi: ergo debet importari ex parte conditionis in consensu futuro conditionato, unde scientia conditionata consensus liberi, ita enunciavit; *Si dedero Petro auxilium A. & praedetermina vero eum ad consensum, consentiet*, quae scientia nec est media, nec est libera, sed necessaria.

122 Quod si recte perpendas inuenies disparitatem ingeniose adductam post nostram Ioannem a Sancto Thoma a Mag. Viues, ut apud adversarios scientia media, aut concursus simultaneus debeant ex parte conditionis includi in conditionali de consensu libero, secus decretum efficax absolutum ex parte actus in sententia nostra, quia cum decretum sit

Tyrso disp. 20. de scient. t. sect. 1.

P. Ribadeneira disp. 17. de Prad. n. 32.

P. Herrera



Ioann. a S.

Thom. 2. 2. q. 1.

20. art. 5.

pag. 679.

Vin. de sciē

ria media

disp. 19. ai

st. 8.

medium, in quo nititur scientia, & ratio formalis *sub qua*, nequit nec ex parte conditionis, nec ex parte conditionati attingi; cuius signum est; quod decretum exigit existentiam absolutam, quam nequit exigere conditio, aut conditionatum scientia, quia conditio solum apprehenditur ut possibilis; & conditionatum, ut futurum sub conditione: omnia vero praequiritur ad consensum, quae adstant DD. Societatis, cum non sint media, seu fundamenta, quibus scientia nititur debent importari ex parte conditionis in futuro libero conditionato. Quae disparitas fixa manet, licet P. Annatus, & Henao tam valide expugnare conentur; omnibus enim instantijs ab illis ingeniose ex cogitatis vno verbo occurritur: aliterendo, quod connectio conditionis cum conditionato destruit contingentiam scientiae conditionalis; connectio tamen media cum conditionato posita conditione exigitur a scientiae certitudine; unde cum contingentia non pugnat, quia ita scientiam esse metaphisice certam, & contingentem; connectio ergo decreti efficacis cum consensu conditionato, non labefactat scientiae conditionalis contingentiam, ut sit libera: connectio vero aliquis exacti ex parte conditionis perimit scientiae conditionalis contingentiam, ut sit media.

123 Sed inuenies (inquam): minime hanc disparitatem applicari posse, gratiae efficaci, & praedeterminanti, haec enim non est medium, in quo scientia illa conditionata fundatur: ergo si omnia praequiritur ad consensum in situ absoluto debent ingredi ex parte conditionis in futuro conditionato; praeter medium attachmentum a scientia, praedeterminatio importabitur ex parte conditionis, & ita conditionalis erit necessaria, & aufertur contingentia scientiae conditionalis exacta, ut sit libera. Praedeterminantem gratiam

Annat. de
Scient. me 1.
disp. 4. c. 3.
P. Hen. sect.
120:

tiari non esse medium, in quo Deus cognoscat con-
sensum futurum conditionate: præter quamquod est
notum, quia est effectus decreti, constat, quia non exi-
gitur absolute existens ut consensus cognoscatur futu-
rus sub conditione,

124 Nec infringit discursus vim solutio M.
Carrasco Qui afferit argumentum nostrum desump-
tu n ex eo, quod obiectum scientiæ conditionatæ nõ
est contingens, quia debet importari ex parte condi-
tionis concursus Dei determinatus, & infallibiliter
connexus cum consensu conditionato, esse argumen-
tum ad hominem; nobis tamen nullam difficultatem
ingerere, quia sustinemus quod prædeterminatio licet
infallibiliter inferat consensum solum reddit ipsum ne-
cessarium necessitate consequentiæ non consequen-
tis; vnde consensus manet liber, & obiectum scientiæ
contingens, & liberæ. ¶ Quia hæc solutio (cum ve-
nia tanti Magistri, alias mihi gratissimi) videtur con-
fundere conditionatum cum conditionali, licet enim
si prædeterminatio ponitur ex parte conditionis con-
sensus necessarius necessitate consequentiæ erit in se
contingens, & liber, hæc vero conditionalis; *Si Petrus
prædeterminaretur ad consentendum consentiret*; erit ne-
cessario vera, quia licet conditio, & conditionatum
sint contingens, conditio est metaphisice connexa
cum conditionato; sicut hæc est necessaria: *Si Petrus
currit movetur*; si enim conditio nalis est necessario ve-
ra licet extrema sint impossibilia, si conditio est meta-
phisice connexa cum conditionato; quanto magis
erit necessario vera, si extrema licet contingens sunt
metaphisice connexa? Ita etiam in adversariorum sen-
tentia, si concursus simultaneus assumeretur pro con-
ditione in conditionali de consensu libero, consensus
maneret liber, sed conditionalis esset necessaria, quia

M. Carrasco
co ubi supra
n. 83.



conditio identificaretur cum conditionato; in nulla; ergo sententia in obiecto scientiæ conditionatæ contingentiæ possunt importari ex parte conditionis omnia requirita ad consensum, quia si omnia requirita se tenent ex parte conditionis veritas conditionalis red- ditur necessaria, & ita nequit esse obiectum scientiæ conditionatæ contingentiæ, nec mediæ, nec li- bera.

P. Borrul de
scient. med.
disp. 13.
sect. 1.

125 Ex his agnosces, quo iure gloriatur P. Borrul convicisse P. Vivez, ut fateatur scientiam mediæ, quia affirmat Deum ante omne decretum liberum noscere hanc veritatem: *Si Decreto efficaci decernerem Tyrios penitere, penitentiam agerent*: Hæc enim scientia est futuri conditionati liberi, cum con- ditio Decreti non adimat penitentiae libertatem, er- go si hæc scientia est ante decretum datur scientia conditionata penitentiae liberæ ante decretum, & exinde mediæ. Fallax quidem discursus; nomine enim scientiæ mediæ non intelligitur, quælibet scien- tia conditionati liberi ante decretum, sed quæ sit ante decretum, & contingens, si vero illa scientia est neces- saria, sicut, & illius verificativum, qualiter erit mediæ licet sit ante decretum? Illa scientia, sicut est ante decretum est ante omne contingens, cum à nullo contingente dependeat, quod sit penitentia pro casu decreti efficacis illius: ergo non est scientia mediæ, quia hæc existit in signo contingentium. Non ne hæc scientia: *Si voluntas proxime expedita ad consensum, & dissensum, ex suo Dominio electivo aeterminatur ad con- sensum, libere consentiet*: Non est ante omne decretum? & tamen licet sit conditionati liberi non est mediæ, sed omnino necessaria propter infallibilem conne- xionem conditionis cum conditionato, licet libero.

126 Nec declinabit argumenti eviden- tiam,

tiam, ex his, quæ alibi docet P. Borrul, quod, ut conditionalis sit necessaria, non sufficit, quod conditio sit necessario connexa cum conditionato, sed ulterius exigitur, quod conditio sit inimpediibilis. ¶ Confundit enim conditionatum cum conditionali, si conditio est impediibilis conditionatum non erit necessarium, licet necessario connexum cum conditione, cōsequutio vero conditionati ex conditione impediibilis non erit, sed necessaria, sicut connexio ergo verificativum conditionalis erit necessarium, & exinde scientia; Patet consequentia: Quia conditionalis solum enunciat conditionati existentiam pro casu conditionis.

P. Borrul de
scient. disp.
I 4. sect. vlt.
tima.

127 Cum hæc mihi nota fiat (à pluribus libenter abstinens cum animus sit notionem scientiæ conditionatæ contingentis breviter dumtaxat prælibare, prout necesse est ad sequentium intelligentiam) assignemus obiectum scientiæ contingentis de conditionato libero, ut sicut controuertitur de scientiâ, an sit libera Deo, vel non sit libera Deo? Ita discutatur de obiecto; & cum conditionatum huius scientiæ sit consensus liber. Assero 1. quod nec conditio debet includere omnia requisita ad consensum, nec debet excludere aliquod ex requisitis ad consensum: hæc conclusio est evidens, sed quoad utramque partem simul probatur: Conditionalis de qua loquimur est contingens, ergo nec necessaria, nec impossibilis, quia contingentia eque pugnat, cum necessitate, ac cum impossibilitate: sed conditionalis, cuius conditio includit omnia requisita ad consensum est necessaria; & cuius conditio excludit aliquod ex requisitis: est impossibilis; ergo in conditionali contingente, nec conditio debet omnia requisita includere, nec aliquod ex requisitis excludere, Prob. min. quoad primam partem

tem: conditionalis cuius conditio metaphiſice connēditur cum conditionato est neceſſaria, ſed dantur aliqua requiſita ad conſenſum metaphiſice connexa cū conſenſu; ergo conditionalis de conſenſu ex parte conditionis includens omnia requiſita ad conſenſum erit neceſſaria; unde illę conditionales ſunt neceſſarię: *Si Deus confert auxilium, & influit immediate in conſenſum erit conſenſus: & ſi Deus confert auxilium, & prædeterminat conſenſum erit conſenſus*. Prob. 2. part. minoris: Quia dum conditio repugnat conditionato conditionalis eſt impoſſibilis; ſed ſi conditio excludit aliquod ex requiſitis ad conſenſum repugnat conſenſui quid enim magis chymæricum, quam conſenſum exiſtutum eſſe abſque requiſitis ut exiſtat: ergo conditionalis de conſenſu excludens aliquod ex requiſitis ad conſenſum eſt impoſſibilis: unde hæc conditionalis eſt impoſſibilis: *Si exiſtit auxilium A. ſine influxu immediato Dei erit conſenſus*. Thomiſtæ etiam hanc conditionalem iudicamus impoſſibilem: *Si exiſtit auxilium A. ſine Dei prædeterminatione erit conſenſus*.

128 Aſſero ſecundo: conditionalis, contingens de conſenſu libero debet importare ex parte hypotheſis, ſeu conditionis libertatem conſentiendi, non ſolum inædæquate quoad aliquod libertatis conſtitutum, ſed ædæquate quoad omnia libertatis conſtitutiva. Hanc conſiſtentionem iudico etiam commune placitum DD. Societatis, licet ab illa recedant N. Sap. Trinitarij Ribadenejra, & Herrera: Probo autem illam: Conditionalis de conſenſu libero ut ſit vera, debet aſſumere conditionem à qua dependeat conſenſus liber; ſi enim eventus conditionatus eſt expers dependentiæ à conditione propoſitio conditionalis erit falſa; ut communiter ſupponitur; & ideo hæc eſt falſa;

Ribaden. de
Prædeſt. diſſ.
p. 17. n. 36
Herrera de
ſcientia 9.
q. 6. an. 30.

Si Gallus cantet Petrus disputat: licet categoricæ sint veræ; simulque vt conditionalis sit contingens debet assumere conditionem in connexionem cum consensu libero; dum enim conditio est connexa cum conditionato conditionalis est necessario vera: sed consensus liber dependet à libertate consentiendi, & alias libertas est in connexa cum consensu libero: libertas enim est inconnexa, cum vno ex extremis libertatis; ergo conditionalis de consensu libera, vt sit vera, & contingens debet assumere ex parte hypothese libertatem consentiendi.

129 Pergo: ad inferendam aliam asserti partem; scilicet libertatem adequatè sumptam, quoad omnia sua constitutiva debere ingredi ex parte conditionis in conditionali contingente vera de consensu libero; quia si libertas solum esset inadæquatè ex parte conditionis, vel alia constitutiva libertatis à quibus necessario dependet consensus liber excluduntur à conditionato; vel se tenent, & ponuntur ex parte conditionati? Si i. conditionalis non erit vera, sed impossibilis, cum affirmet consensum liberum extitutum fore sub vno constitutivo libertatis sine alijs requiritis ad suam libertatem, quibus essentialiter exigit coexistere. Si 2. (quod docent adverse sententiæ assertores) in contra est: i. quod iam conditionalis non erit de consensu libero solum, sed etiam de alijs constitutivis libertatis inconnexis cum ipso consensu libero, cum omnia constitutiva libertatis sint inconnexa cum determinato libertatis extremo, & nullum constitutum libertatis possit esse extremum libertatis. Secundo, quia omnia alia constitutiva libertatis, quæ non se tenent ex parte conditionis, sed ex parte conditionati cognoscuntur, vt conditionate futura, sicut ipse consensus liber; sub qua ergo conditione? Si sub conditione illius constitutivi, quod assumitur ex parte

te hypothesis ad consensum liberum; conditionalis sepius erit falsa, quia conditionatum non debet esse dependens à conditione, ut conditionalis sit vera; & vnum constitutivum libertatis est ab alio constitutum omnino independens: Si sub conditione consensus? (1) iam non erit scientia de consensu sub conditione libertatis, sed potius adiungis scientiam de libertate sub conditione consensus (2) quia scientia hæc non erit contingens, sed necessaria, quia licet libertas sit in connexa cum consensu libero, consensus liber est cum libertate adæquate connexus, scientia ergo, quæ affirmet libertatem sub conditione consensus liberi erit necessaria, utpote enuncians conditionatum sub hypothesis connexa.

130 Admissoque hypothesis scientiæ conditionalis contingentis de consensu libero non necessario importare omnia libertatis constitutiva; innegabile mihi videtur, posse omnia illa attingere ex parte conditionis scientiæ prædictam: & ratio est mihi clara; licet omnia constitutiva libertatis ingrediantur ex parte hypothesis, minime erit connexa cum conditionato, seu consensu libero, cum libertas adæquate sumpta supponatur cum utroque extremo inconnexa; ergo conditionalis affirmans sub illa hypothesis consensum liberum non erit necessaria, sed contingens; alias erit vera, quia si est verum existitutum esse consensum sub libertate inadæquate sumpta melius erit verum existitutum esse sub illa adæquate; ergo indubium est, conditionalem verum, & contingentem de consensu libero posse attingere ex parte conditionis (licet necessarium non foret, libertatem consentiendi adæquate quoad omnia sua constitutiva.

131 Afferro 3. In conditionali contingente vera de consensu libero, debent includi ex parte

conditionis omnia cum quibus connectitur libertas, seu conditio; & ex parte conditionati, omnia, quae terminant connexionem conditionati, seu consensus liberi. Assumptum probō; conditionalis contingenter vera debet assumere pro conditione libertatem veram, & possibilem; & pro conditionato enuntiare consensum liberum verum, & possibilem; quia sub conditione impossibili non potest vere affirmari aliquid possibile, cum ens verum non sit dependens chymæra; nec sub conditione possibili possit vere enuntiarī aliquid impossibile; nulla enim chymæra existeret ex eo, quod existeret possibile; sed conditio libertatis sine connexis cum ipsa, seu per se praesuppositis ad ipsam est chimæra; & similiter conditionatum consensus liberi sine per se connexis cum ipso est chimæra: ergo in conditionalis contingenter vera, ex parte conditionis includuntur omnia, cum quibus conditio, seu libertas connectitur, & ex parte conditionati omnia cum quibus connectitur consensus liber, seu conditionatum: scientia, igitur, contingens conditionata de consensu libero ita enuntiat: *Si existeret libertas A. modo possibili, idest, simul cum omnibus cum quibus connectitur; existeret consensus liber modo possibili, idest, simul cum omnibus cum quibus connectitur.*

Hæc breviter præmoneo erga obiectum scientiæ conditionatæ contingentis de consensu libero; diffuse suo loco differenda; scientiam istam omnes alumni Angelicæ Scholæ pugnavimus esse Deo libertam, & quia ex parte conditionati necessario includitur prædeterminatio intrinseca connexa cum consensu; & quia ex parte mediij innititur in decreto subiectivè absoluto prædeterminante extrinsecè conditionate consensum. DD. Societatis utramque prædeterminationem consensus liberi relegantes esse scientiæ

scientiam contingentem non liberam Deo propugnant, & exinde *mediam* nuncupant: in qua hypothese si, licet recte asseratur, quod si hac scientia existeret foret *media*; tamen inutilem fore ad concordiam gratiae efficacis cum libertate exponendam iam propugno.

SECTIO DECIMA.

Licet Deus non praedeterminaret intrinsece, aut extrinsece consensum liberum, scientia media inutilis foret ad consociandam efficaciam gratiae cum libertate consensu.

132 **A**sumptum probo ratione, qua utuntur communiter SS. Recentiores Nostri ex Basilio Legionensi desumpta, ut refertur: inutilis est scientia media ad id, quod est independens ab ipsa, sed concordia gratiae efficacis cum libertate est omnino independens à scientia media, seu conditionata consensus: ergo: prob. min. quod praevideatur per scientiam mediam est independens ab ipsa, quia haec scientia purè speculativa cum sit, obiectum suum praesupponit, & quod ad scientiam supponitur à scientia minimè pender, sed gratiam efficacem consociari libertati consensus praevideatur per scientiam mediam, ergo: Prob. min. si Deus non determinat consensum per gratiam, gratia est efficax dū coexistit consensui, sed Deus praevidet per illam scientiam, quod si existeret gratia *A.* coexisteret consensui: ergo praevidet, quod si existeret gratia *A.* esset efficax, seu habens effectum; sed simul Deus praevidet quod si gratia *A.* existeret consensum liberum non laederet, sed potius inferret; ergo per illam scientiam pra-

*Illust. Godoy
descien. dis
put. 38.
Et. 2.
Viv. descie
tia med. dis
p. 4. dist. 6.
sect. 3.*

prævidetur efficacem gratiam libertatem non læde-
re; non ergo, scientia ita erit utilis ad concordiam
gratiæ cum libertate scientiam ipsam prævenientem.

Aliter. Status conditionatus non dependet à
scientia media, cum sit eius obiectum, sed in statu con-
ditionato importatur gratia efficax amicabilem con-
iuncta cum consensu libero: ergo, & similiter impor-
tabitur in statu absoluto independenter à scientia me-
dia.

133. Ratioque à priori est: quia gratiam effi-
cacem consociari libertati consensus debet proveni-
re ex natura, & essentia gratiæ, minimè vero ex præ-
scientia consensus sub gratia; si enim gratia esset ne-
cessitans, seu auferens indifferentiam potestatis, non
componeretur cum libertate consensus ex vi præ-
scientiæ: At, si gratia licet præveniens sit indifferentis,
imo libertatem constituens, nulla scientia indiget, ut
coexistat libero consensui, cum ex sua essentia habeat
repugnare consensui non libero: ergo si gratia effi-
cax est ex se indifferentis, & libertatem constituens, ex
se consociabitur libertati, quin ad munus non impe-
diendi libertatem aliqua scientia indigeat.

134. Hanc objectionem persenserunt SS.
Recentiores Societatis, inter quos N. Primarius P.
Herrera respondet: In statu conditionato prævideri
gratiam efficacem coexistentem consensui libero con-
ditionate, independenterque à scientia media absolu-
te, sed dependenter à scientia media conditionate; si-
cut enim in statu absoluto consensus liber coexistit
gratiæ efficaci dependenter à scientia media absolu-
te existente: ita in statu conditionato coexisteret gra-
tiæ efficaci dependenter à scientia media conditio-
nate existente: Quod minime est scientias medias
multiplicare, ynam præcedentem statum absolutum,

Herrera de
scient. q. 13,
sect. 9, n.
138.

& aliam præcedentem statum conditionatum, ne in infinitum procederetur, sed potius est vnam scientiam statuere præcedentem absolute auxilium vt exillens absolute, & præcedentem conditionate auxilium in statu conditionato.

135 Hæc autem solutio difficultatem auget, non superat: Nam si consensus liber in statu conditionato coexisteret gratiæ efficaci dependenter à scientia media conditionate, scientia media agnosceret consensum in statu conditionato coexistentem gratiæ dependenter ab ipsa conditionate; sed scientia media nequit agnoscere consensum liberum coexistentem gratiæ efficaci dependenter ab ipsa conditionate: ergo consensus liber coexistit gratiæ in statu conditionato independenter à scientia media, adhuc conditionate. Mai. videtur certa: Quia scientia media est perfectissima cognitio consensus in statu conditionato: ergo cognoscit Deus per ipsam consensum coexistentem gratiæ efficaci modo, quo coexistit gratiæ: ergo, si consensus coexistit gratiæ dependenter à scientia media conditionate; cognoscetur per scientiam media conditionate coexistens gratiæ dependenter à scientia media conditionate existente: Probo min. 1. quia si scientia media agnosceret consensum conditionate coexistentem gratiæ dependenter à se ipsa conditionate existente, se ipsam pro obiecto inadæquato haberet, & cum ipsa sit in suo signo absolute existens, præter futurum conditionatum liberum respiceret obiectiue aliquid contingens, imo, & non liberum absolute existens. ¶ 2. quia si scientia media attingeret consensum liberum coexistentem gratiæ efficaci dependenter à se ipsa vt conditionate existente, se ipsam attingeret ex parte conditionis, sed scientia media nequit se ipsam attingere ex parte con-

ditionis; ergo: Mai- insinuatur a P. Herrera dum scientiam media non se ipsam conditionate attingere suadet, quia sicut absolute praecedit auxilium in statu absoluto, debet conditionate praecedere auxilium in statu conditionato, auxilium autem in obiecto scientiae mediae se tenet ex parte conditionis: min. est certa: quia scientia media se ipsam attingens ex parte conditionis esset necessaria, ita enim enuntiaret: *Si existeret auxilium A. cum scientia consensus Petrus consentiret.* & haec veritas conditionata est necessaria, importat enim conditionem metaphisice connexam cum conditionato.

136 Dices: scientiam mediam posse se ipsam inadequatè respicere, quia licet sit speculativa sui obiecti, & ipsum ratione nostra supponat, non est inconveniens, quod supra se reflectatur, ita ut quodammodo ut obiectum praesupponatur ratione ad se ipsam, ut actum, & exercitium. Minime vero esse necessarium, quod scientia haec se ipsam attingat ex parte hypothesis obiecti ipsius scientiae, quia si ita importaretur obiectum redderetur necessarium, & scientia non esset contingens, ut ratio nostra convincit: unde obiectum illius scientiae solum includit scientiam ipsam ex parte conditionati; ita enim se habet; *Si dedero Petro auxilium A. consentiet consensu coexistente cum scientia huius veritatis: Vbi veritas est contingens, & non intelligitur consensus liber coexistens gratiae efficaci independenter à scientia media.*

137 Contra Insurgo 1. in obiecto scientiae conditionatae debent includi ex parte conditionis omnia exacta ut existat conditio, sed scientia media existit ut existat conditio, seu auxilium A. ergo, si haec scientia per se ipsam attingitur debet attingi ex parte conditionis, non ex parte conditionati; min. conf-

tat 1. quia in communi sententia Societatis, illa scientia est prærequisita, ut dirigat Deum ad auxilia conferenda. ¶ 2. quia licet aliqui renuant, hanc necessariam directionem scientiæ mediæ, libenter concedunt Deū posse dirigi scientia mediæ ad conferendum auxilium efficax, unde auxilium supponens necessario hanc Dei potestatem exigit scientiam illius potestatis constitutivam. ¶ 3. Quia implicat libertatem *A.* existere, & non esse a Deo cum perfectissima providentia, chimæra enim est Deum improvide libertatem conferre, sed providentia perfectissima Dei ad auxilia conferenda constituitur per hanc mediani scientiam, sive ut prærequisitam, sive ut comittantem: ergo scientia mediæ exigitur ut existat conditio, seu libertas *A.*

Probo iam mai. scilicet, quod in obiecto scientiæ conditionatæ debent, vel ad minus, possunt includi ex parte conditionis omnia exacta ut existat conditio: in obiecto enim scientiæ conditionatæ possunt attingi ex parte conditionati omnia exacta ut existat conditionatum: ergo, & possunt attingi ex parte conditionis omnia exacta ut existat conditio: antec. vltro. fatentur adversarij; indubium enim est scientiam conditionatam posse ita affirmare: *Si existit libertas A. erit consensus, cum omnibus requisitis, ut sit:* & Prob. conseq. quia sicut scientia conditionata affirmat sub hypothesis conditionatum possibile, ita, & affirmat conditionatum sub hypothesis possibili, sed sicut conditionatum non affirmatur ut possibile, nisi affirmetur sub illa conditione existere cum omnibus requisitis ut existat sub tali conditione, ita, nec conditio affirmatur ut possibilis, & exinde, nec conducens ut existat conditionatum, nisi affirmetur cum omnibus requisitis existere, ut sub illa conditionatum existat: ergo, sicut in obiecto scientiæ ex parte conditionati ha-

cluduntur omnia exacta ut exiit conditionatum, ita ex parte conditionis debeat importari omnia exacta ut exiit conditio.

138 Recole superius dicta: & saltim suppone (quod negari non potest) conditionalem contingentem de consensu libero posse importare ex parte conditionis omnia exacta ut exiit libertas: cur enim conditionalis contingens non poterit ita enuntiare? *Si existit libertas. A. cum omnibus requisitis ut sit, erit consensus cum omnibus requisitis ut sit.* Cur enim Deus non poterit ex parte hypothesis cognoscere auxilium ut dependens a causis, a quibus essentialiter dependet, a Deo, scilicet, ut causante cum perfectissima providentia?

139 Dices cum P. Herrera, P. Junio, & alijs; quod in obiecto scientiæ conditionatæ ex parte conditionis importatur auxilium provide a Deo collatum, non formaliter, quia sic includeret scientiam mediam dirigentem, sed solum illativè, & radicaliter, quatenus auxilium connectitur essentialiter cum eo, quod provide conferatur, vnde in hypothesis non importatur scientia media consensus determinate, sed vage, vel sub disiunctione hæc, vel illa scientia media, quia ut auxilium provide conferatur nullam scientiam determinate exigit, licet vage, & sub disiunctione exigit aliquam ex illis scientijs.

140 Sed statim se offert, difficilis replica; nam si scientia media ex parte hypothesis attingeret aliquam scientiam mediam vage, vel sub disiunctione consensus, scilicet, vel dissensus, conditionalis non esset contingenter vera, sed potius esset falsa, seu impossibilis: Nam ita enuntiaret scientia consensus: *Si voca- vero Petrum libertate A. sciens, vel consensurum, vel dissensurum, consentiret: Quæ scientia profecto est omni-*

Sect. 10. a
n. 128. vs-
que ad
131.

Herrera in
tract. de
scient. lib.
supra num.
35.

Junius de
predestin.
sect. 3. cap.
4.

no falsa: Nam si Deus sciret Petrum dissenturum vocationi A. Petrus ei non consentiret: ergo falsum est Petrum consenturum vocationi. i. c. si sciret Deus consenturum, vel dissenturum. Similiter ita se haberet scientia media dissentus: *Si voca vero Petrum vocatione A. sciens, vel consenturum, vel dissenturum assentiret: Quæ scientia eadem ratione falsa convincitur: Nam si Deus sciret Petrum consenturum vocationi A. Petrus ei non dissentiret; ergo falsum est Petrum dissenturum, si Deus sciret consenturum, vel dissenturum.*

P. Borru
disp. 14. se
Et. ultima.

141. Nec difficultatem superat P. Borru, asserendo, aliquam scientiam mediam disiunctivæ, consensus, scilicet, vel dissentus attingi à scientia media, sed non per modum conditionis, quia argumentum allatum convincit scientiam ita enunciatiorem esse falsam; sed per modum termini à quo conditio, seu vocatio dependet; unde scientiam mediam consensus ita asserit enunciare: *Si voca vero Petrum auxilio. A. & decreto dependente à scientia, vel consensus, vel dissentus consentiet.* Similiterque scientiam dissentus ita se habere: *Si voca vero Petrum auxilio A. & decreto dependente à scientia, vel consensus, vel dissentus dissentiet.*

142. Quia eque efficaciter suadetur scientiam conditionatam esse falsam, dum attingeret aliquam scientiam mediam disiunctivæ per modum termini à quo dependet conditio, ac si attingeret scientiam aliquam mediam disiunctivæ per modum conditionis; ita enim disputo intendendo scientiam illam consensus esse falsam. Si Deus vocaret Petrum auxilio A. & decreto dependente à scientia dissentus, non consentiret: ergo factum est, quod Petrus consentiret; si Deus

cum vocaret decreto dependente à scientia, vel con-
 fensus, vel dissentus. Simili forma scientia dissentus,
 facta deducitur: Si Deus vocaret Petrum, decreto de-
 pendente à scientia consensus non dissentiret: ergo fal-
 sum est, quod Petrus dissentiret, si Deus eum vocaret
 tali vocatione, & decreto dependente à scientia, vel
 consensu, vel dissentu.

143. — Utinam denique omnes istas solutiones
 impugno: intendendo, scientiam in mediam non posse
 attingi in obiecto scientiæ mediæ; nec determinate,
 nec disiunctive, nec per modum conditionati, nec per
 modum conditionis, aut termini à quo dependet con-
 ditio: Ducor: Quia in signo in quo intelligitur veritas
 conditionata obiectiva, scientia media iam est exis-
 tens absolute, & determinate: ergo non potest à Deo
 cognosci in illo signo disiunctive ex parte conditio-
 nis, aut conditionati veritatis obiectivæ conditionatæ.
 Antec. est certum; quia in signo conditionatorum
 Deus determinate, & absolute ea cognoscit, verà per
 scientiam determinate, & absolute existentem. Prob.
 conseq. Deus sua cognitione semper adæquat præsen-
 tem obiecti cognoscibilitatem: ergo non potest cog-
 noscere vage, suspensivæ, aut conditionatæ obiectum,
 quod est absolute existens; alias omnem veritatem,
 quam primum perfectissime non penetraret.

144. — Confirmatur: Deus non potest ponere
 suspensæ in hypothesi scientiæ conditionatæ veritatem
 necessariam; nec illam potest ut futuram attingere ex
 parte conditionati; hæc enim iudicia fatua; & exinde
 chymærica sunt in Deo: *Si essem omnipotens essem fa-
 piens: aut è converso: Si essem sapiens essem omnipotens:*
 Non alia ratione, nisi quia in illo signo absolute, &
 determinate existit ut sapiens, & ut omnipotens: seu in
 signo conditionatorum iam existit absolute, & deter-

minate scientiā confensus futuri sub conditione: ergo, nequit Deus illam scientiam, quam actū habet absolute, & determinate ponere vage, aut suspense in hypothesi, vt pure possibilem, aut ex parte conditionati vt futuram.

SECTIO VNDECIMA.

Alia solutio principalis rationis refutatur.

145 **F**undamento præcipuo conclusionis nostræ occurrere intendunt SS. Recentiores Tyrso; & Henao auxiliando in gratia duplicem efficaciam, quarum vna vocatur efficacia in actu secundo; & est pure cōcomitans desumptaque ab ipso consensu, quæ in statu conditionato prævidetur libertati coniuncta, & est omnino independens à scientia media, minime necessaria ad fæderandam libertatem, cum hac gratiæ efficaciam: Altera vocatur efficacia in actu primo, quæ est præueniens consensum, non pure concomitans, nec ab ipso consensu desumpta; hæc autem efficacia non prævidetur in statu conditionato, vnde potest à scientia media dependere: Est tamen necessaria vt Deus cum perfectissima providentia, hoc est infallibiliter, & cum securitate ex parte sui, distribuat auxilia; quod saluari non posset nisi per scientiam illam mediam Deus prænosceret, quid eventurum sit ex auxilio, si ponatur: ad conciliandam autem hanc gratiæ efficaciam præuenientem, & infalibilem cum libertate scientiam mediam sustinent omnino necessariam; quia hæc infallibilitas, si omnino antecedit consensum liberum libertatem extinguit, & dum scientiam mediam supponit vsum libertatis consequitur; exindeque cum libertate amiq̃o fædere coniungitur.

Henao sect.

149°

Tyrso t. I.

d. 14. sect.

7 d. 38.

sect. 10.

146. Vno verbo: scientia media non adstruitur necessaria, ut collato auxilio, voluntas libere operetur; hoc enim praedicitur per ipsam, scilicet tunc; sed sola non edocetur exacta, ut Deus conferendo provide auxilium faciat, ut voluntas operetur, cum infallibilitate, & securitate ex parte sui; cum vero haec efficacia infalli illis gratie dependens a scientia Dei debeat cum libertate componi, minime poterit concordia hac exponi sine scientia media.

147. Quam doctrinam ante terminis explicat P. Avendaño distinguendo in auxilio triplicem efficaciam accidentalem: unam, quam *radicalem* vocat vnicè consententem in futuritione conditionata consensus sub auxilio; quia eo ipso auxilium est tale, ut si detur sit homo operaturus: Aliam quam vocat *proximam* consententem in scientia media consensus, quia per illam Deus constituitur proxime potens infallibiliter convertere creaturam per auxilium: Aliam denique quasi *actualem*, cum Deus actu facit infallibiliter voluntatem consentire per auxilium; quam vnicè constituit in praedestinatione ex se efficaci preparativa auxilij: efficaciam primo modo sumptam adstruit independenter à scientia media, quia eam praeventit, sicut futuritio conditionata in qua consistit: unde, & intelligitur haec efficacia componibilis cum libertate independenter à scientia media: Secunda vero, & tertia efficacia solum possunt cum libertate componi per scientiam medianam, quia constituit secundam efficaciam, & praeventit tertiam.

148. Si vero insurgas cum Mag. Ferre ex doctrina huius solutionis deduci; concordiam gratiae efficaciis cum libertate in statu absoluto, inefficaciter colligi, ex eo quod gratia efficax libertatem non auferat in statu conditionato: Assumptum patet: Quia

P. Avendaño
daño disp.
7. de vitib.
scient. me-
dia cap. 2.
sect. 10

Ferre tra-
ct. 6. de sciē-
tia media
sect. 4. n.
161.

cum efficacia gratia in statu conditionato sit pure cōmittans, & a consensu dēpendens, in statu autem absoluto sit preveniens; consequentia ita procederet; gratia efficax efficacia a consensu defu npta non tollit libertatem consensu: ergo neque gratia efficax efficacia preveniente consensum; quæ ex terminis est inepta illatio. ¶ Vel aliter scientia media solum potest conducere ad conciliandam cum libertate consensum efficacem gratiam, quam representat amicaliter coniunctam libero consensui: sed per median scientiam solum representatur gratia concomittanter efficax amicaliter coniuncta libero consensui, & gratia est prevenienter efficax in statu absoluto: ergo scientia illa media nequit esse utilis ad conciliandam efficacem gratiam in statu absoluto, cum libertate consensu.

149

Aliter impugnat solutionem præiac tam Illustrissimus Godoy Nam si gratia efficax in statu conditionato solum obtinet efficaciam dependentem a consensu conditionate futuro: ergo, & gratia efficax in statu absoluto solum obtinebit efficaciam dependentem a consensu absolute futuro; sed ad componendam gratiæ efficaciam dependentem a consensu cum eius libertate scientia media necessaria non est: ut solutio fatetur: ergo ad conciliandam efficaciam gratiæ in statu absoluto scientia media necessaria non erit. ¶ Vel aliter: Consensus in statu absoluto dependet a gratia efficaci efficacia preveniente, seu in actu primo: ergo pariter dependet consensus in statu conditionato; nata ab eisdem causis ut futuris sub conditione dependet consensus in statu conditionato, a quibus ut absolute futuris dependet in statu absoluto, ergo si efficacia gratiæ in statu conditionato componitur cum libertate independentem a scientia media, & effi-

Godoy de
scient. di. J.
3^o sect. 2.

gratia preveniens cum libertate conciliari poterit sine
dependentia à scientia media.

150

Sed licet hæc difficilia sint, forte solu-
tionem accipere videbitur ex doctrina; P. Henao asse-
rentis: esse maximam differentiam inter efficaciam
gratiæ in statu conditionato, & eandem efficaciam in
statu absoluto; licet enim in utroque statu habeat gra-
tia efficaciam concomitantem, in statu quidem con-
ditionato desumptam à consensu conditionate futu-
ro, & in statu absoluto ortam à consensu absolute fu-
turo: In statu autem conditionato nullam alteram ef-
ficaciam potest gratia obtinere, quia si non desumere-
tur à consensu saltem ut prævifo libertatem nostram
extingueret, & à consensu ut prævifo desumi non pos-
set, cum efficacia illius status non supponat, sed potius
precedat præscientiam consensus; secus vero est in sta-
tu absoluto, quia in illo præter efficaciam concomit-
tantem ortam à consensu absolute futuro, potest esse
sine læsione libertatis alia efficacia desumpta à consen-
su ut prævifo, quia hæc efficacia supponit statum con-
ditionatum; & præscientiam consensus.

Hæc sect.

147.

Hæc autem licet subtiliter excogitata à verita-
te deficiat: fateor, quod si in statu absoluto præter ef-
ficaciam concomitantem esset alia efficacia desump-
ta à consensu prævifo ad eam exigeretur præscientia
consensus, & præscientia exacta ut efficacia sit neces-
saria erit ut efficacia sit cum libertate; intendo tamen
quod negata efficacia præveniente gratia in statu con-
ditionato non est, unde colligatur efficacia præveniens
gratiæ in statu absoluto.

151

Unde ita disputo: Si gratia in statu con-
ditionato solum habet efficaciam concomitantem,
in statu absoluto non est in gratia efficacia præve-
niens adhuc à consensu ut prævifo desumpta, sed so-

lunt

lum concomitantia s. uelum, ta a consensu absolute futuro; sed ad concordiam cum libertate gratie efficacis efficacia concomitante non est necessaria scientia media: ergo, & inutilis erit ad concordiam gratie efficacis cum libertate in statu absoluto. Prob. min. Solum potest exigi efficacia preveniens gratie in statu absoluto, vel ut Deus per gratiam faciendo infallibiliter consentiam uiscere at consentientem, ut aliqui sustinent cum Suarez, & Vazquez; vel ut (sicut alij propugnant) Deus proinde, non ceco modo, sed cum scientia eventus conferat auxilia; sed si gratia non habet efficaciam prevenientem in statu conditionato, nullo ex his medijs suaderi potest efficacia preveniens gratie in statu absoluto: ergo. Mai. refert doctrinas adversariorum. Min. ex duplici parte constantem probat quoad primam: Deus in statu conditionato intelligitur vere conditionate discernens consentientem, & tamen, quia sit per gratiam efficacem efficacia preveniente in statu conditionato: ergo poterit Deus in statu absoluto vere discernere consentientem, quia sit per gratiam efficacem efficacia preveniente in statu absoluto.

152 Aliter: dum Deus praevidet in statu conditionato Petrum sub auxilio A. consenturum, & Paulum dissenturum, intelligit Petrum sub conditione auxilij A. discretum à Paulo: consentiens enim eo modo, quod est consentiens est discretus à dissentiente. Vel, ergo, Petrus in illo statu conditionato intelligitur discretus per Dei gratiam ex parte conditionis attacham? Vel solum intelligitur discretus cum Dei gratia, non per Dei gratiam: si primum: & tamen in illo statu non praeviaetur gratia efficacem efficacia preveniente, sed solum concomitante à consensu desumpta conditionate futuro: ergo ut Deus discernat consentientem per gra-

Suarez lib.

3. de gratia
cap. 7.

Vazquez 1.

p. disp 98.

5, 6.

gratiam, non est exacta efficacia praeueniens gratiae, sed sufficit gratiam esse requiritam ad consensum, & efficaciam concomittanter, seu efficaciam desumptam a consensu. ¶ Si secundum infurgo; & tamen in illo statu intelligitur Petrus consentiens discretus sub conditione gratiae à Paulo sub eadem conditione dissentiente; ergo ut consentiens vere sit discretus sufficit discretionem esse cum gratia, licet non per gratiam; sed licet gratia non esset praeuenienter efficax in statu absoluto, discretio consentientis eo in statu esset cum gratia, licet non per gratiam: ergo subsisteret vera discretio consentientis in statu absoluto, licet gratia non esset praeuenienter efficax.

153. Si vero dicas; in statu conditionato discretionem intrinsecam consensuri à dissensuro fore praecipue à gratia, ut à causa principaliori consensus; sicut in statu absoluto discretio intrinseca in actu secundo est praecipue à gratia; ad quem praecipuum influxum in discretionem intrinsecam, siue absolutam, siue conditionatam non exigit in gratia efficaciam praeuenientem in actu primo; sed sufficere concomittantem, in statu absoluto desumptam à consensu absolute futuro, & in statu conditionato à consensu conditionate futuro. At in statu absoluto praeter hanc discretionem intrinsecam in actu secundo, esse aliam discretionem extrinsecam in actu primo consentienti, quae non solum praecipue, sed adaequate, & vnice sit à Deo & exigit efficaciam praeuenientem in gratia; cum vero haec extrinseca discretio non sit in statu conditionato, ex illa recte colligitur efficacia praeueniens in statu absoluto, licet similis efficacia non sit in statu conditionato.

154. Plura obstant huic vnico assylo. i. enim omnino falsum est discretionem intrinsecam consentient-

tientis in consentu consentientem esse precipue à grā-
 tia, ut principaliori causa, si gratia ab intrinseco efficax
 consentum non prevenit. Similiter à vero recedit, dis-
 cretionem extrinsecam consentientis esse adæquate,
 & vnice à Deo, si talis discretio, aut dependet, aut cō-
 tituitur per scientiam conditionatam consensus Deo
 non liberam, quæ omnia alibi diffusè fundavi. ¶ 24
 impugnatur solutio, quia si est necessaria discretio in
 actu 1. extrinseca consentienti adæquate à Deo pro-
 cedens, ut existat consensus in statu absoluto, eadem
 discretio debet esse exacta conditionate, ut consensus
 existat in statu conditionato: ergo si in statu absoluto
 est in gratia efficacia preveniens, etiam debet esse in sta-
 tu conditionato. Probo antecedens. Vel ad salvandum
 vulgatum D. Pauli testimonium: *Quis te discernit?* Suf-
 ficit discretio intrinseca in actu secundo, quæ sit à Deo
 ut principaliori causa? aut ulterius exigitur discretio ex-
 trinseca in actu primo, quæ sit adæquate à Deo? Si pri-
 mum: ergo cum frustra adstruatur alia discretio a Deo
 in statu absoluto præter eadocam à Div. Paulo, in statu
 absoluto non erit discretio extrinseca in actu primo.
 ¶ Si secundum: ergo cum testimonium D. Pauli ean-
 dem vim, ac in statu absoluto obtineat in conditiona-
 to, alias iusta foret elatio conditionata vnus aduersus
 alterum, quod ablit; etiaca in statu conditionato præ-
 ter discretionem intrinsecam in actu secundo, quæ sit
 a Deo ut principaliori causa, erit necessaria discre-
 tio extrinseca in actu primo, quæ sit adæquate a
 Deo.

155. Urgeo: Sicut ex testimonio Div. Pauli
 colligitur gratia interior preveniens consentum, ita,
 & gratia prevenienter efficax in actu primo; sed quia
 testimonium D. Pauli infert gratiam prevenientem in-
 teriorem eam convincit absolute existentem in statu

Tom. I. dis.
 2. q. 1. sect.
 6. & 7.

Paul. I. ad
 Chor. 4.



absoluto, & conditionate existentem in statu conditionato, cum error Semipelagianorum fingens conditionata merita, sine gratia interiori praeveniente, ut conditione, ex praedicto D. Pauli testimonio refutetur: ergo, si ex D. Pauli sacro asserto colligitur gratia praevenienter efficax in actu 1. ea convincetur absolute existens in statu absoluto, & ex parte conditionis in statu conditionato.

156 Nec valet si respondeas cum P. Avendaño discretionem conditionatam (quam vocat discretionem fundamentalem in actu primo logico) non esse discretionem veram, sed solum fundamentum discretionis, nec liberam Deo, nec creaturae, quia non est, sed tantum esset, aut erit sub conditione exercitium liberum: unde non exiget efficaciam praevenientem gratiae, ut Deo tribuatur in illo statu discretio.

157 Sed contra hanc doctrinam plura obstant: 1. quia discretio formalis, quae est in statu absoluto purificata conditione, est ante purificationem conditionis in statu conditionato: ergo non recte asseritur, quod in statu conditionato est discretio fundamentalis, sed affirmari debet esse non absolute, sed conditionate ipsam discretionem formalem. 2. difficile est discretionem illam (sive formalem, sive fundamentalem) conditionatam non esse liberam creaturae iuxta scientiae mediae principia 1. quia scientia media est obiective libera creaturae, alias non esset ab ea impedibilis, & discretio conditionata est scientiae mediae obiectum: 2. quia alias absoluta discretio non esset nobis libera, nec consensus: quia purificatio conditionis non est nobis libera, cum sit soli Deo libera collatio auxilij, seu libertatis: & alias purificatio conditionis coniuncta cum discretionem conditionata inferre

Avendaño

d/p. 237
cap. 1. sect.

4.

fert per evidentem consequentiam discretionem absolutam, & est principium sepius, vt notissimum proclamatum à P.P. Societatis, quod consequens nequit esse liberum, si eidem libertati non est liberum aliquod ex principijs ex quibus evidenter deducitur.

158 . . . 3. quia si discretio conditionata consentientis non tribueretur Deo, posset esse discretio absoluta absque voluntate Dei discretiva: quod est absurdum: Prob. sequælam, vt existat discretio absoluta supposita conditionata sufficit ex parte Dei voluntas conferendi auxilium *A. Petro, & Paulo*; seu voluntas purificandi conditionem: quia conditionatum purificata conditione transit in absolutum: Sed voluntas divina purificandi conditionem, seu conferendi auxilium *A. Petro, & Paulo* nequit esse discretiva Petri à Paulo: ergo. Prob. min. Tum quia voluntas præstandi idem auxilium, vni, & alteri, quomodo potest esse discretiva vnus ab altero? Tū: quia si Paulus esset cōsensus sub auxilio *A.* sicut Petrus, voluntas conferendi auxilium *A.* non discerneret: quomodo vero erit voluntas discretiva, quæ posset esse quin discerneret? & qualiter ex vi huius voluntatis erit discretio libera Deo, si hæc voluntas non discerneret ex suppositione futuri-tionis conditionatæ consensus Pauli, quæ non est suppositio libera Deo?

159 . . . Probo iam secundam partem illius min. Scilicet non esse necessariam efficaciam prævenientem gratiæ in statu absoluto, vt Deus provide, & non cæco modo conferat auxilia, si semel gratia non habet efficaciam prævenientem in statu conditionato: Nam in statu conditionato prævidetur consensus sub conditione auxilij provide, & non cæco modo donati à Deo; & non prævidetur eo in statu auxilium efficaciam præveniente: ergo auxilium non exigit

git efficaciam prævenientem, ut provide conferatur à Deo: Prob. mai. I. in statu conditionato prævidetur consensus sub conditione auxilij donati à Deo: ergo, & donati cum perfectissima providentia; idem enim est auxilium à Deo donari, ac à Deo provide donari: ¶ Secund. in statu conditionato prævidetur consensus sub conditione auxilij donati à Deo modo possibili, & non chymærico; nō enim posset esse scientia consensus veri sub conditione chymærica; sed auxilium donari à Deo modo possibili, est donari cum perfectissima providentia; auxilium enim improvide à Deo donari est chymæra: ergo in statu conditionato prævidetur consensus sub conditione auxilij provide donati à Deo.

160 Confirmatur: Non pugnat cum perfectissima Dei providentia, quod ut agnoscat consensum futurum sub conditione auxilij expectet determinationem voluntatis conditionatam: ergo nec pugnat cum perfectissima providentia, quod ut agnoscat consensum futurum sub existentia auxilij expectet determinationem voluntatis absolutam: ergo providentia non exiget efficaciam gratiæ prævenientem. consensus absolutum.

SECTIO DVODECIMA.

Argumenta evertendo conclusio nostra amplius illustratur.

161 **O**pponit I. R. Tyrso retorquendo rationem per totam sectionem quintam expensam: stat scientiam mediam esse necessariam ad concordiam gratiæ efficacis cum libertate exponendam, & quod D. Augustinus ad hoc munus eam non adhibuerit: ergo in-

Tyrso t. 11. disp. 36. in fine. Et t. 2. disp. 13. et. 16.

efficaciter colligitur inutilitas scientiæ mediæ ad munus
huius cōcordiæ, quia M. Pater ea ad illud usus non fuit:
Prob. antecedens. Libertas conciliatur cum gratia per
prædeterminationem physicam attingentem substan-
tiam, & modum libertatis; sed D. Augustin. numquam
usus fuit prædeterminatione, ut hanc concordiam ex-
poneret; alias assigna locum in quo ad hoc munus
prædeterminationem adhibeat? ergo pariter &c.

162

Respondeo: Aliud esse conciliare gratiam prædeterminantem cum libertate: Aliud conciliare cum gratia libertatem per prædeterminationem.
Hoc secundum, nec M. Parens, nec alij S. Doctores effecerunt: libertas enim componitur cum gratiæ prædeterminatione, sed non componitur cum gratia per prædeterminationem; primum M. Pater absolute explevit, gratiam enim prædeterminantem, hoc est, ex Deo efficacem consensui connexam cum libertate coniunxit: quod pronunc, duplici medio suademus. 1. quia si Magnus Parens iudicaret efficaciam gratiæ esse dependentem à consensu præviso per illam scientiam mediæ, & impedibilem à nostra libertate; hoc dilucide exponeret; ut vno verbo quærelas omnes Africanorum, & Mailiensium sopiret; quod dum omisit solum potuit esse, quia validiori cum gratia libertas defendenda erat. 2. quia si M. Parens solum cum gratia ex se indifferenti, & dependenter ab arbitrio efficaci existimaret libertatem amico fædere componendam, quæstionem de concordia libertatis cum gratiæ efficacia minime proclamaret difficillimam, paucis intelligibilem, & suimet pene diuinum ingenium vehementer angustantem, sed potius, ut facillimam, & tardioribus ingenijs præviam evidentissime exponeret: Modum tamen, quo Sanct. Augustin. & alij Ecclesiæ Sancti Doctores prædictam

concordiam defendunt quæ sequenti apperiemus.

163 2. opponunt P. Henao, & P. Auenda-

ño: adversus rationem per totam sectionem sextam firmatam: Si scientia media exacta non foret ad concordiam gratiæ cum libertate exponendam, esset quia concordia à S. Aug. toties proclamata difficillima absque levi difficultatis umbra existeret, si non de gratia prædeterminante, sed de gratia à voluntate impedibili quo ad efficaciam, seu dependente in sua efficacia à scientia media procederet; sed adhuc hæc concordia difficilis valde permanet licet gratia sit efficax dependenter à scientia media: ergo non ideo ad concordiam istam scientia media releganda erit, quia per eam redditur valde facilis. Prob. min. Thomistæ intendunt scientiam mediam esse de medio tollendam, quia est impossibilis non solum cum diuina, sed etiam cum humana libertate, utpote utriusque libertatis destructiva: sed nequit reddere facilem concordiam gratiæ cum libertate mediæ, quod viri doctissimi esse libertatis destructivum existimant, & magni ponderis fundamentis persuadent: ergo adhuc, licet gratia sit efficax dependenter à scientia media difficile valde erit illæ iam permanere nostram libertatem.

Henao tom 1

2. u. 4175

Avend. dis.

21. cap. 21

sect. 3.



164 Vnde vrgentissimum efformari adversus Thomistas argumentum putant. Nam repugnat doctrinam de scientia media modo esse facile compossibilem, modo prorsus impossibilem cum libertate nostra; repugnat enim variari naturas rerum pro varietate assumpti, quod Thomistæ probandum sibi proxime suscipiunt: unum ergo ex duobus firmiter statuendum est, vel scientiam mediam esse prorsus impossibilem cum nostra libertate, vel esse facile libertati consociabilem? Si 2. ergo non recte asseritur scientiam mediam ut inimicam, & destructivam libertatis nostræ relegandam esse

K

quæ

qualiter enim extirpatur libertas? abefactare, quod
 facillime cum libertate componitur? Si vero statuitur
 rex eo, quod gratia esset efficax dependenter a scien-
 tia media non componeretur facile cum libertate; quis
 enim crederet medium destructivum libertatis posse faci-
 le exponere concordiam gratiae cum libertate? Ergo
 stabit M. Parentem praedictam concordiam difficillem
 proclamasse, & quod non intenderet gratiam prae-
 terminantem, sed potius efficacem dependenter a scien-
 tia media cum libertate adversus Haereticos conciliare.

165. Respondeo ex argumento ut vrger-
 tissimo proclamato nostram conclusionem illustrari.
 Verissimum enim est utrumque, quod probandum Tho-
 mistae suscipiunt scientiam medianam esse nostrae libertati
 oppositam, & concordiam gratiae efficacis per eam
 scientiam cum libertate, quia facillimam esse rejiciendam, ut
 M. Parenti in visam: quod ut accuratius exponam, no-
 to duo praedicata esse de conceptu libertatis nostrae:
 1. Dominium electivum, & potentatis indifferentia ad
 opposita, quo titulo omnem fatalem, & simplicem ne-
 cessitatem excludit. 2. Dominium secundum subiectum
 Domino dominantium subordinatumque, & depen-
 dens a primo libero, alias non esset dominium liberta-
 tis creatae, & secundae: cum primo praedicato libertatis,
 facillimum est conciliare gratiam efficacem per scien-
 tiam medianam: cum enim haec gratia sit ex se indifferens:
 quomodo nec apparenter pugnabit cum potentatis in-
 differentia? Si est subiecta voluntatis determinationi,
 qualiter manifeste non coexistet voluntatis dominio?
 Si a consensu libero praeviso habet gratia efficaciam
 praeficaciam, quomodo per efficaciam, nec verissimi-
 liter vis electiva voluntatis abefactabitur? Cum prae-
 dicto vero secundo nostrae libertatis; dependentiae; &
 subordinationis ad Deum ut primum liberum, difficilli-

munum iudicamus conciliare scientiam illam, mediam, seu gratiam ab ea efficacem. ¶ Vno verbo: libertas nostra duplici modo potest excogitari destructa, vel quia per superbarum, & iniustam elationem nimis extollitur; vel quia per fatalem, & simplicem necessitatem nimis deijcitur: Gratiam ex se indifferentem, arbitrij determinationi subiectam, & à præscientia consensus liberi efficacem non extinguere libertatem, quia fatalis necessitatem non inducat facillimum est, itaque præviu, ut vix homines acumine ingenij præditos de hoc dubitare, ita ut plurimos turbarent, & ab Ecclesiæ castris deijcerent, credibile sit Gratiam vero ita tepide efficacem ex arbitrij determinatione non destruere libertatem, ex eo, quod eam nimis extollendo per iniustam elationem præcipitet, plusquam difficillimum iudicamus.

¶ 166. Ex quibus ita collige: infestissimi, & flagitiosi gratiæ Christi Hostes, S. Augustinū eximium diviæ gratiæ præconem, Manicheismi, & extinctæ libertatis teum deblaterabāt: ut omnibus est notū, & superius demonstravimus; sed quo titulo? Quia libertatem nimis extollebat? Minime: Manicheorum enim erat libertatem penitus extinguere. Sed potius, quia ex vocatione gratiæ efficacis secundum firmum propositum Dei, ab August. protecta, iudicabant indifferentiam potestatis auferri: Fuit enim Pelagij funestum Dogma: *Non esse liberum arbitrium, si Dei indiget auxilio, quoniam in propria voluntate uniuscuiusque est facere aliquid, vel non facere.* Semipelagianique scripta M. Parentis infamabant obloquentes: *Liberum arbitrium penitus submovere, & sub nomine gratiæ necessitatem prædicare fatalem.* Ut affirmat S. Prosp. opponebantque adversus gratiā ex divina constitutione efficacem ab August. defensā: *Lapsis curā resurgendi adimere, & sanctis*

Quaest. 13.
Sect. 1.

Aug. de gestis Pelagij cap. 18.
D. Prosper ep. ad Rufinum in principio.

occasionem temporis afferre. Removeri omnem industriam, tolli
que virtutes: si Dei consilio humanas prevenciat voluntas

Aug. lib.
2. contra
Pelagianum
cap. 84.

167 S. Augustinus concordiam gratie cum
libertate coe commendavit, quaterus difficillimam
iudicavit, quod gratia non foret fatalis necessitas, cuæ
indifferentiam potestatis auferret; De minimaque ele-
ctivum, quo relicta est in manu consilij sui peritus ex-
tingueret: His enim verbis nervum difficultatis expri-
mit *Quomodo attrahit Pater ad filium homines, si dimittit
ut quis, quod voluerit eligat: Et tamen utrumque verum
est, sed intellectu hoc penetrari pauci valent: Sed difficilli-
mum, & a paucis penetrabile nequit esse, quod gratia
ex se indifferens, ab arbitrio efficax, non determinans
arbitrium, potiusque ab ipso ad efficiendum determi-
nata, non sit fatalis necessitas impediens, ut quis quod vo-
luerit eligat; ergo non ita tenuem, & debilem iudicavit
Aug. gratia efficaciam, dum ita paucis intellectu penetra-
bile pensat, quod necessitatē non induceret, & vim
voluntatis ad eligendū, quod voluerit nō extingueret.*

Aug. lib. 4
ad Bonifa-
cium cap. 8

168 Catholici vero Patres dum Manicheorum
horrido nomine scelette infamabantur; quia oppugna-
tores diuine gratia, ut obtegerent proprium (Augustinus
assatur putarunt obijciendum crimen alienum. ex aduerso
calumniam retorquebant, cum potius, dum in laude li-
bertatis latebant gratia inimici, libertatem destruebant:
Ideoque Concilij Carthaginensis Patres Summo Pon-
tifici Innocentio de Nephario errore Pelagiano ita
scripserunt *Id isti agunt danabilibus disputationibus suis
ut nō defendendo sed potius in superbiā sacrilegā extollendo
liberū arbitriū nullū relinquāt locū gratia Dei, qua Christia-
ni sumus, qua, & ipsum nostra voluntatis arbitrium vere
fit liberum.*

Concil. Car-
thag. apud
Aug. ep.
90.

S. Hier. ad
Ctesiphontē
p. op. me-
g.

169 Maximus Hieronymus etiam Pelagianos nūcu-
pat libertatis destructores, ita de eis edisserit: *Quod autē*

Jursum deorsum iactant liberum à nobis arbitrium destrui: audiant e contrario eos arbitrij destruere libertatem, qui male eo abutuntur adversum beneficium largitoris. Si tamen interrogemus Hieronymum, cur Pelagiani sunt destructores libertatis, dum ea abutuntur? statim respondet: quia dicunt Deo: Recede à me, non habeo te necessarium? Dediti enim mihi arbitrij libertatem, ut faciam, quod voluero: quid rursus te ingeris, ut nihil possim facere; nisi tu in me tua dona compleveris?

170 Magnusque Ecclesie Pater sæpius eodem telo Pelagianos oppugnabat: asserens; *Naturam humanam, ideo dicunt liberam, ne querant liberatorem: Putantes enim auferri liberum arbitrium, si bonam voluntatem sine adiutorio Dei se habere non consenserint: Non intelligunt (ait M.P.) non se firmare humanum arbitrium, sed impellere, ut per inania feratur, non in Domino tamquam in petra stabili collocetur: unde eos liberi arbitrij defensores vocat deceptores quia inflatores, & inflatores, quia presumptores. Et acriter increpat, dum de eis iuste conqueritur asserens: Quomodo dicuntur negare liberum voluntatis arbitrium, qui consentunt omnem hominem quisquis suo corde credit in Deum, non nisi sua libera credere voluntate, cum potius illi oppugnant liberum arbitrium, qui opugnant Dei gratiam, qua vere ad bona eligenda, & agenda fit liberum? Gratiam enim veram sincero corde non consentientes, liberum arbitrium defendendo præcipitant, ut de illo potius ad faciendam iustitiam, quam de Domini adiutorio confidatur: atque ut in se quisque non in Domino gloriatur: edocente Augustino.*

171 Si ergo verum est de gratia à S. Patribus proclamata, & propugnata, difficile esse eam confortiare cum libertate, quia necessitate non inducat, & quod ea denegata libertas destruitur, dum per elationem decipitur, Cur, & Nos, qui naturas rerum

Aug. epist.
95.

Aug. epist.
105.

Aug. obd.
supra.

Aug. epist.
107.

Aug. lib.
1. ad Boni-
facium cap.
23.

variemus, dum diversa assumpta probanda suscipimus, non possumus, & nostram prædeterminantem gratiam adstruere, quia gratia indifferens, & ex præsentia media efficax facillime cum libertate societari iniret, simulque asserere gratiam prædeterminantem repellentes, non tam libertatem defendere, quam extollendo præcipitare?

172

Vnde obiter observa: Sententiam illam esse confirmiorem menti SS. Patrum, cui rationes à PP. assumptæ adstipulantur, & quam oppugnantia tela adversus Sanct. Patres, invalida licet manu, obiecta, sed contra sententiam SS. Patrum opponerentur, quod sub nomine gratiæ fatalis inducebatur necessitas. Quod si arbitrium divino adiuvaretur auxilio non esset in propria voluntate uniuscuiusque aliquid facere, vel non facere: Gratiam istam ut exactam ad salutariter agendum prædicatam lapsis curam resurgenti adimere, sancti occasionem temporis afferre, per eam removeri omnem industriam tollique virtutes. In quibus argumentis magnum difficultatis pondus persentit S. August. eisque nostram evertere sententiam enixe contenditur, cum opposita adstruens Deum solum prævenire per gratiam ex se indifferentem his machinis, nec urgeri, nec tangi possit: SS. verò Patres ex adverso opponerent, quod negantes gratiam Dei, qua Christiani summus suis disputationibus non defendendo, sed extollendo arbitrium nullum reliquant locum gratiæ, qua vere sit arbitrium liberum ad bona eligenda. Non tam firmare, quam impellere arbitrium, cum non in Domino tamquam in petra stabili collocetur. Etenim male abutuntur arbitrio adversum beneficium largitoris. Quibus fundamentis nos innixi gratiam ex Deo efficacem prævenientem determinando consensum totis viribus defensamus: Ne potius ad faciendam iustitiam de arbitrio confidatur, ex se vnicè de

Vbi supra
n. 166.

TP. vbi supra
n. 168
vsque ad
170.

terminante inmediate iustitiam, quam de Domini ad-
 tutorio arbitrij dominari, & determinationi subiecto,
 Ne etiam quisque in se, & non in Domino gloriatur, cum
 gratiam ex Deo dominantiam Domino indifferen-
 tem ex sua determinatione unica ad faciendam iusti-
 tiam reddidit efficacem; posset enim voluntas semel
 libera, & per gratiam sufficientem in tua indifferentia
 potentatis constituta dicere Deo (An vero per elatio-
 nem decepta voces istas proferret? alij iudicent) *Recede
 à me dedisti enim mihi libertatem ut faciam, quod voluero
 quid rursus te ingeris, ut nihil possim facere, nisi tu in
 me tua dona compleveris?* Sufficit enim, quod postquam
 libertatem à te accepi, ex mea unica determinatione
 per te cum necessitate mecum tua dona compleantur?
 Fixum ergo maneat nostram sententiam esse SS.
 Patrum menti conformiorem, nosque eorum vestigijs
 in hærendo utrumque vere intendere, & quod gratia
 prædeterminans adstrui debet; ne concordia toties à
 Sanct. Augustin. difficillima proclamata gratia cum
 libertate omnibus præuia, & evidens foret: & quod
 hæc gratia fateri debet, ne libertas nostra per elatio-
 nem decepta destruat, dum semel plene libera, ita
 se existimat cum unico immediato dominio suorum
 actuum, ut nec quærat liberatorem.

SECTIO DECIMATERTIA.

*Tertium Argumentum conteritur, & probatur, libertatem nos-
 tram subsistere cum voluntate efficaci Dei, & effica-
 ci gratia, quin libertas sit potestas impediens
 di voluntatis existentiam, aut gra-
 tia efficaciam.*

73

O

pponunt 3. gratia efficax ad consensum est effectus prædeterminationis effi-

K 4

ca-

cacis divinæ, qua Deus vult. e: illentiam consensus, sed prædissinitio, seu decretum efficax divinum consensus, nequit conciliari cum eius libertate, nisi per scientiam median: ergo nec gratia efficax, &c. Prob. Min. unica ratio conciliandi decretum Dei efficax cōsensus cum eius libertate est tale decretum esse impedibile in essendo a voluntate ad consentiendum libera, sed decretum efficax nequit esse impedibile in essendo a voluntate libera ad consentiendum, nisi per scientiam median: ergo. Mai. prob. quia suppositio antecedens consensum, & metaphisice connexa cum consensu solum potest servare libertatem consensus, quatenus sit impedibilis, seu in essendo dependens a voluntate ad consentiendum libera. Min. ex eo suadent: quia voluntas libera solum potest impedire decreta Dei dependentia in essendo ab aliquo voluntati libero; sed hoc non potest esse nisi scientia conditionata consensus sub illa libertate libera creaturæ, & exinde in Deo media: ergo.

174 Confirmant. I. gratia præveniens consensum in actu primo efficax solum potest conciliari cum libertate consensus, quatenus voluntas ad consentiendum libera possit impedire gratiæ prævenientis efficaciam, sed non stat voluntatem posse impedire gratiæ prævenientis efficaciam, nisi dependeat a scientia media: ergo non stat gratiam efficacem conciliari cum libertate, nisi per scientiam median. Mai. prob. Quia suppositio præveniens consensum independens in existendo a libertate solum potest libertatem conciliare, quatenus eius connexio cum consensu, seu efficacia sit a libertate dependens. Min. ex eo prob. Voluntas enim solum potest impedire, quod dependet a suo exercicio libero; agens enim liberum solum per suæ libertatis extrema potest exerceri libere, sed effi-

efficacia gratiae praevenientis, nequit dependere à consensu absolute futuro, cū eum praeveniat: ergo solum potest impedi à libertate, quatenus sit dependens à consensu praevisō conditionate futuro, quem supponit: ergo per dependentiam à scientia media, seu conditionata consensus.

175

Confirmant. 2. solum potest libertas conciliari cum efficacia gratiae, quatenus Deus in thesauris suae omnipotentiae habeat auxilia, seu media, per quae infallibiliter faciat ut libere faciamus, sed non stat esse media per quae Deus infallibiliter faciat ut libere faciamus, nisi per scientiam medianam: ergo. Prob. min. n. medium ut libere faciamus nequit esse connexum cum operatione, sed ex se indifferens; medium enim connexum indifferentiā libertatis extingueret: sed medium indifferens nequit infallibiliter inferre actum, nisi dependenter à scientia media, seu conditionata actus sub illo medio: ergo non stat esse media per quae Deus infallibiliter faciat ut libere faciamus nisi per scientiam conditionatam medianam.

176

Respondeo: Quod per scientiam medianam posset voluntas nostra impedire decreta efficacia Dei quoad existentiam, haec autem esse unam ex repugnantijs illius scientiae, difficillimum enim est voluntatem nostram posse impedire voluntatis divinae praediffinitiones; summo enim, & infinitae libero qualiter erunt impediabilia sua exercitia? Dices: impediendo libertatem, seu potentatem praediffiniendi per tale auxilium, quod potest facere nostra voluntas impediendo scientiam efficaciae talis auxilij constitutivam potentatis praediffiniendi efficaciter per tale auxilium. Sed quomodo erit omnipotens, qui ab alio impeditur, ut aliquid ex terminis possibile non possit?

Omnipotens enim est Deus non quia potest omnia, quae

vult.

vult, sed quia potest omnia quae sunt factibilia, seu, quae sub
activa cadunt potentia. Nam ad omnipotentiam non suffi-
cit posse omnia, quae quis velit; a iocum, & quilibet Bea-
tus omnipotens dici posset:

Sola Dei nullo constricta potentia sine est,

Quidquid enim esse potest hoc facere ipse potest;

Verba sunt Arnoldi Vesaliensis Authoris Doctissimi
& antiquissimi: & si consulimus Magistrum senten-

Arnoldus
in 1. sent.
dist. 42
Magister
in 1. d. 42

tiarum invenimus ut exploratum, Deum non ideo
esse omnipotentem, quia omnia, quae vult facit (in quo

stat voluntatem Dei esse irresistibilem, seu inimpedi-
bilem quoad effectum) sed quia omnia possibilia pot-

est. Si est autem impedibilis quoad existentiam vo-
luntas Dei efficax quomodo Deus omnia possibilia

poterit, qui omnia possibilia licet sine defectu factibi-
lia non potest velle? Quidquid enim esse potest hoc face-

re ipse non potest, si praediffinire efficaciter. consensum
per auxilium esse potest, cum non sit chymara, si

enim chymara foret, nec voluntas nostra eam pra-
diffinitionem impediret, & hoc facere ipse Deus non

potest?

177 Tam longeque abest scientiam illam
esse admittendam, ut voluntas nostra possit impedire

decreta efficaciam Dei, quod releganda foret, ne seque-
retur decreta, seu exercitia libertatis divinae esse ipsi

Deo impedibilia, & non ab ipso: SS. que Ecclesiae Pa-
tres recte conciliarunt efficaciam decretorum Dei

cum nostra libertate, quia nec verbum sit in SS. Patribus
huius impedibilitatis existentiae Decretorum Dei, quae

ut unica ratio huius concordiae proclamatur, & ad
cuius tutamen scientia media introducit.

178 Et quod amplius est, Ecclesiae SS. Pa-
tres expresse affirmarunt libertatem nostram subsiste-

re, quin voluntas nostra possit divinam impedire: *St-
enim*

enim velle, vel nolle, in volentis, aut nolentis est potestate, et diuinam voluntatem non impediatur, nec superet potestatem. De his enim, qui faciunt, quae non vult facit ipse (Deus scilicet) quae vult: Ait Augustinus, iuxta cuius phrasim; ea in potestate habemus, quae nostro dominio subiungunt; velle ergo est in potestate dum possumus non velle, in quo formalissime stat esse velle nobis liberum; ut alibi ex M. Parente evidentissime demonstrauius: sed velle, ita est in volentis potestate, ut diuinam voluntatem non impediatur, nec possit; sicut ita est in volentis dominio, ut diuinam non superet potestatem, nec possit: ergo ut velle sit volenti liberum non exigitur, quod volens possit impedire diuinam voluntatem.

August. de
Corrept. &
gratia cap.
14.

Tit. I. dis.
1. 9. 2. sect.
9. & 10.

D. Thom. I.
p. 9. 19. ar.
tic. 8.

179 Angelicus Doctor, cum ex professo rem istam attingeret, & inquireret; *An voluntas Dei necessitatem rebus volitis imponat?* Hanc rationem aubitandi adducit. *Omnis causa, quae non potest impediri, ex necessitate suum effectum producit: quia, & natura semper idem operatur, nisi aliquid impediatur, ut dicitur in 2. Physic. Sed voluntas Dei non potest impediri: Dicit enim Apostol. ad Roman. 9. Voluntati enim eius, quis resistit? Ergo voluntas Dei imponit rebus volitis necessitatem.*

Huic argumento aduersarij negarent mai. quia licet causa non sit impedibilis in sua efficacia, dum modo sit impedibilis, in sua existentia non ex necessitate suum effectum producat: & min. dist. voluntatem enim Dei in impedibilem quoad effectum fatentur, ut ex Paulo edocente voluntatem Dei esse irresistibilem conuincitur; sed esse impedibilem quoad existentiam asserunt exactum esse omnino ut actibus nostris necessitatem non imponat; ita PP. Societatis. ¶ Angelicus vero N. Doctor, cum in corpore articuli non ex impedibilitate voluntatis diuinæ, sed ex eius efficacia necessitatem ab ea non induci ostenderet; (quod si ex

impedibilitate vñice proveniret necessitatis. exclusiō
& libertatis securitas, mirandum foret Angelicum Do-
ctorem latuisse) aliter præiactō argumento respondet;
ait enim: *Ad 2. dicendum, quod ex hoc ipso, quod nihil*
voluntati divina resistit, sequitur, quod non solum fiant ea,
quæ Deus vult fieri. sed quod fiant contingenter, vel necessa-
rio, quæ sic fieri vult:

Avendaño
disp. 7. cap.
3. sect. 6.
& dis. 19.
cap. 1. sect.
7.

180 Nec valet solutio apud DD. Societa-
tis communis, quæ sæpius vtitur P. Avendaño: edo-
cens voluntatem efficacem Dei esse re ipsa iuxta Au-
gustin. & Thomam inimpedibilem quoad suum effe-
ctum, quia non est possibile, quod itante divina vo-
luntate eius effectus deficiat; quam inimpedibilitatem
Iesuitæ supponentes voluntatem efficacem Dei esse
impedibilem quoad existentiam affirmant, hancque
impedibilitatem esse vnicam rationem conciliandi
cum eius efficacia libertatem; & Divum Thomam lo-
qui de inimpedibilitate quoad effectum, & nō quoad
existentiam, dum voluntatem Dei esse inimpedibilem
supponit ex eo colligi existimant: quod Divus Tho-
mas pro eodem accipit nihil posse voluntati divinæ
resistere, ac nihil posse eam impedire; vt constat ex
illa minori Divi Thomæ in argumento: sed nihil pos-
se resistere voluntati divinæ est nihil posse eam quoad
effectum impedire, cum ei resistere sit facere, ne detur
eius effectus ea existente: ergo Divus Thomas solum
supponit voluntatem divinam esse inimpedibilem
quoad effectum.

181 Non, inquam, valet solutio, quia nec at-
tingit difficultatem argumenti in eo innixi, quod si
impedibilitas divinæ voluntatis efficacis, non quoad
effectum, sed quoad existentiam est vnicā ratio con-
ciliandi cum illa humanam libertatem quomodo Do-
ctor Sanct. ex professo edocens: voluntatem Dei ne-
cess-

necessitatem non imponere rebus volitis, ad huc is que
 inimpedibilitatem voluntatis divinæ pro ratione du-
 bitandi; impedibilitatem eius quoad existentiam non
 evocuit? ¶ Aliter Divus Thomas recte probavit vo-
 luntatem Dei non imponere rebus volitis necessita-
 tem, qualiter vero hoc recte præstat oblitus omnino
 impedibilitatis voluntatis divinæ quoad existentiam,
 quæ apud vos vnica ratio proclamatur non inducere
 necessitatis à voluntate divinæ? ¶ Aliter: Divus Tho-
 mas in illa maiori propositione: *Omnis causa, quæ im-
 pediri non potest ex necessitate suum effectum producit, vel
 sumit inimpedibilitatem pro inimpediobilitate, causæ
 quoad existentiam; & eodem modo in minori, illa:
 Voluntas Dei non potest impediri? Vel sumit in utraque
 præmissa inimpedibilitatem pro inimpediobilitate cau-
 sæ quoad effectum, vel in vno sensu in vna, & in alio
 in altera præmissa? Si hoc ultimum Divus Thomas so-
 phistice, & in quatuor terminis objiceret, & incredi-
 bile est ita manifestam fallaciam D. Sanctum in solutio-
 ne non declarasse: Si vero argumentum de inimpedi-
 bilitate tantum quoad effectum procedebat, falsa est
 illa maior: quia causa inimpediobilis in efficiendo si est
 impediobilis quoad existentiam non ex necessitate
 suum effectum producit, debuit ergo Doctor S. in so-
 lutione negare maiorem, quod minime fecit: si vero
 argumentum de inimpediobilitate quoad existentiam
 procedebat: falsa erat illa minor *Voluntas Dei non po-
 test impediri*, cum apud adversæ sententiæ Doctores
 voluntas Dei sit in existendo impediobilis; unde debe-
 ret Doctor Sanct. negare minorem in solutione, quod
 minime fecit: ergo, quia iudicavit voluntatem Dei esse
 inimpediobilem quoad effectum, & existentiam, &
 ex efficacia voluntatis ita inimpediobilis non esse nec-
 cessitatem in rebus volitis profunde deduxit.*

*Ad Roma-
nos 2.*

*Aug. ubi
supra num.*

178.

Ubi sup. n.

122.

Nec D. Thomas confundit inimpedibilitatem cau-
sæ quoad existentiam cum eius irresistibilitate, sed po-
tius ex irresistibilitate voluntatis divinæ inimpedi-
bilitatem eius colligit, quia æque impossibile iudicabit
impedire voluntatem divinam, ac ei resistere; & testi-
monium D. Pauli, quo utitur S. Doctor utrumque per-
suadet postquam enim dixit, *velle non esse volentis*, sed
Dei misericordis subiunxit, nullum voluntati Dei posse
resistere.

184 Adde: alia duo motiva, quæ forte ef-
ficacius eandem veritatem persuadent: v. n. unum vrgen-
do verba superius ex S. August. adducta; alterum ex-
pendendo D. Thomæ doctrinam in solutione ad 3.
articuli allati. Primum est: quod si velle nobis liberum,
seu in nostra potestate constitutum exigeret posse in-
pedire voluntatem divinam quoad existentiam, licet
non quoad effectum, solum assereret Augustin. quod
velle non ita est in nostra potestate, *ut superet Dei po-
testatem*; voluntatem enim Dei esse inimpedibilem
quoad effectum est esse insuperabilem, seu irresi-
stibilem: Minime vero affirmaret. *Velle esse in nostra potes-
tate ut divinam voluntatē non impeaiat.* Quid enim aliud
est voluntatem Dei esse inimpedibilem supra esse insu-
perabilem, quam esse inimpedibilem quoad existen-
tiam?

183 Secundum: quia S. Doctor ita eo in ar-
ticulo contra se 3. opponit argumentum: *Illud, quod
habet necessitatem ex priori est necessarium absolute, sed
res creata à Deo comparantur ad voluntatem divinam, si-
cut ad aliquid prius, à quo habent necessitatem, sequitur
ergo, quod omne, quod Deus vult, sit necessarium absolute.*

¶ Obiectioni vero ita vrgenter propositæ non oc-
currit Doctor Sanct. negando res creatas habere ne-
cessitatem ex priori à voluntate divina, sed potius e-

D. Th. I. p.
9. 19. art. 8.
ad 3.

docet talem necessitatem licet ex priori non esse absolutam, sed conditionalem; itaque evertat argumenti vim: *Ad 3. dicendum, quod posteriora habent necessitatem à prioribus secundum modum priorum. Unde, & ea que sunt à voluntate divina, talem necessitatem habent, qualem Deus vult ea habere, scilicet, vel absolutam, vel conditionalem tantum. Et sic non omnia sunt necessaria absolute.* Ex quibus verbis observo, voluntatem efficacem Dei, de qua expresse loquitur S. Doctor non posse iuxta eius mentem, impeiri quoad existentiam per dissentium à voluntate libera ad consentiendum. Ratio est: Quia si voluntas Dei esset impedibilis quoad existentiam per dissentium necessitas consensus procedens ex voluntate Dei non esset ex priori, sed ex posteriori, cum esset necessitas consensus ex eo, quod dependet in existendo à consensu; scientia enim media consensus, quia est impecibilis per dissentium est absolute obiective ad consensum posterior, & necessitas consensus ex scientia non est necessitas ex priori, apud adversarios, sed ex posteriori: sed iuxta Divum Thomam voluntas Dei efficax est prior re volita, seu consensu: ergo iuxta D. Thomam voluntas Dei efficax est inimpedibilis à creatura per dissentium.

184. Confirmatio prima principalis argumenti intendens scientiam mediani exactam esse ad hanc concordiam, quia libertas consensus exigit voluntatem posse impeire gratiæ efficaciam falso nititur principio: licet enim probavimus SS. Patres conciliare libertatem cum Dei voluntate efficaci, quia voluntas efficax ut à libertate impedibilis quoad existentiam; ita, & concordarunt libertatem cum Dei efficaci movente gratia, quia gratia efficax ut à libertate impedibilis quoad efficaciam.

185. Et præter plura, quæ in decursu quæ-

*Aug. lib. 2.
ad Bonif. c.
5.*

*D. Th. quod
lib. 12. art.
4.*

tionis ex Augustina. audivi attende ipsum asserentem? Si quibusdam omnipotentis Dei voluntatem placet fari nomine nuncupare, prophanas quidem verborum novitates evitamus, sed de verbis contēdere non amamus. Cuius doctrinam amplectitur Divus Thomas monens cum Augustino, quo diudicans omnia fato subiecta, quia à providentia Dei prædeterminata, & ordinata sententiam teneat, & linguam corrigat: Voluntas vero omnipotentis provisoris, si à nobis est quoad existentiam impevibilibis qualiter fatum nuncupari posset? Providentiæ omnia prædeterminantis, & ordinantis fatum esse effectum docet S. Doctor. Quia providentia nihil aliud est, quam ratio ordinis rerum, prout est in mente divina; fatum vero est explicatio illius ordinis prout est in rebus. Unde Boetius fatum est immobilis dispositio rebus mobilibus inherens. Unde providentiam, & voluntatem Dei fatum vocarunt Patres ab effectu, quia ex ea prædeterminante, & ordinante procedit immobilis dispositio rebus mobilibus inherens: Qualiter autem erit dispositio immobilis, dispositio à mobili resistibilis? Qualiter immobilitatem fari obtinebit, quod est ex se indifferens à mobili libero in sua efficacia dependens?

*Aug. ubi supra
cap. 6.*

186 Sed M. Parens aliquas assignat differentias inter fatum; & gratiam divinæ providentiæ effectum: Fatum quippe, qui affirmant desiderum positione non solum actus, & eventa, verum etiam ipsas nostras voluntates pendere continent, Dei vero gratia non solum omnia sydera, & omnes celos, verum etiam omnes Angelos supergreditur. Deinde fari assertores, & bona, & mala hominum fato tribuunt, Deus autem in malis hominum merita eorum debita retributione persequitur, bona vero per indubitam, gratiam misericordie voluntate largitur. Cur autem si gratia iuxta Augustinum, ut adversarij existimant, est in sua efficacia impedibilis evidentiorē aliam omif-

missit differentiam inter fatum, & gratiam, ex eo, quod Stoici fatidici fata canebant, ut *indeclinabilem veram seriem* apud Gellium. *Ut necessitates actionum, quas nulla vis rumpat* apud Senecam; gratia vero est à nobis declinabilis resistibilis, & in sua efficacia determinabilis; non necessitas indissolubilis actionum; sed motus pure moralis à suo effectu separabilis, & solum ex nostra electione efficax? Certe si Sanctæ Ecclesiæ PP. ita tepide moventem iudicarent efficacem gratiam, ipsam fatum esse minime affirmarent, ut effectum divinæ providentiæ ordinantis, & prædeterminantis, licet abesset nomine invidia, nec ita manifestam differentiam inter fatum stoicum, & divinam gratiam silentio prætermitterent.

187. Nec Doctor Angelicus libertatem nostram cum efficacia motionis Dei componit, quia à libertate possit reddi motio Dei inefficax; difficultatem ex professo attingit, dum disputat: *Vtrum voluntas de necessitate movetur à Deo?* Ita vero contra se opponit in 3. argumento: *Possibile est, quò posito non sequitur impossibile. Sequitur autem impossibile, si ponatur, quod voluntas non velle hoc, ad quod Deus eam movet: quia secundum hoc operatio Dei esset inefficax. Non ergo est possibile voluntatem non velle hoc, ad quod Deus eam movet. Ergo necesse est eam hoc velle.* Hoc est argumentum sæpius in publicis certaminibus contra motionem ex se efficacem, seu prædeterminantem, ut evidens obiectum; prædeterminatum enim consentire esse necessarium colligitur, quia non est possibile dissentire, ex dissensu enim sequeretur aliquid impossibile, scilicet, quod prædeterminatio Dei esset inefficax, & frustrabilis: SS. vero Doctor ita respondet, *Dicendum, quod si Deus movet voluntatem ad aliquid, impossibile est huic positioni, quod voluntas ad illud*

Gellius lib.
13. c. 1.
Seneca in
quaest. nat.
tur.

D. Th. 1. 2.
q. 10. art.
4.

non moveatur. Non tamen est impossibile simpliciter: unde non sequitur, quod voluntas à Deo ex necessitate moveatur.

188 Ad quæ verba observa 1. D. Thom. in solutione fugere inconueniens in argumento adductū: quod scilicet, *operatio Dei esset inefficax; Si voluntas posset non velle hoc, ad quod Deus eam movet asserendo: Quod si Deus movet voluntatem ad aliquid impossibile est huic positioni, quod voluntas ad illud non moveatur. Non tamen esse impossibile simpliciter; Voluntati, scilicet, ad illud non moveri, quia impossibilitas oppositi ad quod movet Deus est voluntati secundum quid talis, seu ex suppositione motionis De.* ¶ 2. Div. Thom. expressè loqui de motione Dei efficaci, & connexa cum motione creaturæ, affirmat enim impossibile esse huic positioni, *Deus movet, quod voluntas non moveatur: & nequit esse impossibile, quod voluntas non moveatur huic positioni, Deus movet voluntatem motione inefficaci, & inconnexa cum motione voluntatis.*

189 Cum ergo certum sit D. Thom. cum motione efficaci, & infallibiliter connexa cum actu ad quem movet componere voluntatem non moveri ex necessitate ad actum, nec esse impossibile simpliciter oppositum eius ad quod movetur; restat dissidium: An D. Thom. hæc affirmet de motione efficaci, & connexa pure ab extrinseco, ex præscientia determinationis creaturæ sub illa motione Dei, ut adversarij exponunt. Vel potius de motione Dei efficaci ex se, & ab intrinseco, independenterque à libera determinatione creaturæ, ut Thomistæ intendunt? D. vero Thom. loqui de motione Dei efficaci, & connexa ex entitate intrinseca motionis, & non à determinatione libera creaturæ.

*Arvendano
disp. 20. de
auth. Div.
Th. cap. 4.
sect. 2.*

venienti operationem Dei fore inefficacem, si voluntas non vellent id ad quod moveretur à Deo, sed non potuit fugere ut inconveniens operationem Dei esse inefficacem ex determinatione ipsius Dei, quia defacto sunt in Deo plures operationes, & voluntates ita inefficaces: ergo D. Th. solū fugit ut inconveniens operationem, & motionem Dei reddi inefficacem ex determinatione creaturæ; sed motio, quæ non potest reddi inefficax ex creaturæ determinatione, est ab intrinsecò connexa cū determinatione creaturæ, ut patet. Ergo de motione ita efficaci loquitur Sanctissimus Doctor dū cum eius efficacia componit, & determinationem creaturæ non esse absolute necessariam, & eius oppositum non esse simpliciter impossibile. ¶ Aliter: operatio Dei potest intelligi inefficax, vel ex libertate Dei, vel ex libertate creaturæ ad oppositum se determinantis; sed D. Th. non potuit reputare inconveniens, quod operatio Dei esset inefficax ab intrinsecò ex libertate ipsius Dei cum plures sint in Deo voluntates intrinsece inefficaces: ergo solum reputavit inconveniens, quod operatio Dei esset inefficax ex determinatione creaturæ; sed operatio, quæ inconvenienter redditur inefficax ex determinatione creaturæ non habet efficaciam ex tali determinatione, sed potius cum ea ab intrinsecò habet connexionem: ergo S. Doct. loquitur de motione Dei ab intrinsecò connexa, cum determinatione creaturæ.

191 2. D. Th. concedit connexionem, & inseparabilitatem inter motionem Dei, & creaturæ, cum impossibile esse affirmet, quod *Deus moveat voluntatem, & ipsa non moveatur*: sed talis connectio nequit esse extrinseca motioni Dei fundata in determinatione creaturæ: ergo loquitur D. Th. de motione ex se efficaci, & connexa: Prob. min. Eā connexionem concedit D. Th. inter motionem Dei, & creaturæ, quæ si non daretur determinatio creaturæ redderet inefficacem motionem Dei

cum D. Th. ad vitandum hoc i. conueniens connexionem concedat, sed connexio inter motionem Dei, & creaturæ pure extrinseca non est talis, quod si non daretur operatio Dei reddere ut inefficax ex determinatione creaturæ, imo, & si daretur, determinatio creaturæ potest reddere inefficacem operationem Dei: ergo.

192 Adde considerationem, quam audiui ab ingenioso recente Thomista non contemnendæ classis publice propositam: arguens enim ut convinceret voluntatem ex necessitate moveri Deo intendebat probare impossibile esse, quod voluntas non velle id, ad quod movetur à Deo, & assumebat hoc medium. *Impossibile est, quod operatio Dei reddatur inefficax à creatura, sed si creatura posset non velle id, ad quod movetur à Deo operatio Dei posset reddi inefficax à creatura: ergo impossibile est, quod creatura non velle id, ad quod movetur à Deo.* Huic argumento solum potest responderi, vel negando maiorem, vel concessa mai. negando minorem. Qui neg. mai. ad defendendum contradictorium consequentis tenetur dicere connexionem inter motionem Dei, & creaturæ fundari in determinatione creaturæ, qui vero concessa mai. negaret min. tenetur dicere prædictam connexionem fundari in ipsa motione Dei: ergo si S. Doctor præcisè concederet connexionem inter motionem Dei, & creaturæ pure extrinsecam fundatam in præscientia determinationis creaturæ sub illa motione Dei, ut solveret argumentum negaret mai. Scilicet determinationem creaturæ non posse reddere inefficacem motionem Dei; sed D. Thom. hoc non fecit, sed potius concessa maiori. negavit min. ut patet ex litera superius relata; ergo ideo est, quia D. Thom. sentit connexionem inter motionem Dei, & creaturæ non provenire à creaturæ determinatione, sed ab ipsa entitate intrinseca motionis Dei.

193 Ad 2. confirmationem principalis argumenti respond. neg. min. & a 1 eius probat. neg. mai. Quia Deus facit ut faciamus praebeendo vires efficacissimas voluntati; unde non indifferentes, sed connexas, Deus enim operatur determinando consensum, alias subordinaretur in operando determinanti, & non stat determinare per medium indifferens non determinans. ¶ Adhucque admissio, Deum sine medio determinante, & connexo posse facere infallibiliter ut libere faciamus, nec praeiudicium scientiae mediae esset necessaria, ut efficacia haec infallibilis existeret sine iactura libertatis, quia non esset in hoc casu necessaria in gratia efficacia praeveniens, sed pure concomitans, quae est omnino independens à scientia media, cum in statu conditionato praeveniat ipsam ut eius obiectum: ut diffuse superius probavi.

QVAESTIO TERTIA

Utrum gratia praeveniens adiuvando concilietur cum vera libertate consensus salutaris. quatenus sua intrinseca efficacia infert eius substantiam, & libertatis modum?

SECTIO PRIMA

Gratia ex se efficax, non pugnat cum libertate consensus salutaris, quia determinat eius substantiam, & modum libertatis.

Hanc concordiae rationem perpetuo edocuit Divus Thomas in omnibus locis quibus ex instituto versat, qualiter efficacia irresistibilis voluntatis divinae liber



*5. Thom.
ad Anibal.
dum dist.
47. q. unic.
art. 4. incor
pare.*

bertatis nostræ ruinam non inferet: ... ex ineluctabili Divinæ voluntatis vi actus nostros esse liberos dicitur collegit ex eo: *Quod voluntate Dei non solum res in esse producuntur, sed etiam rebus producendis modum quo producantur prædeterminavit: ergo voluntas Dei non solum actus salutares in esse producit, sed etiam eis modum quo producantur prædeterminavit: Ab illa enim universali Divi Thomæ non est, vnde consensus salutaris probetur exceptio: Pergit Doctor Sanctus: Vnde cum voluntas Dei efficaciter impletur, oportet, quod res fiant, & eodem modo, sicut voluntas divina disposuit; dum scilicet, tam res, quam modum, quo producantur, prædeterminavit; Disposuit autem Deus, ut quedam fierent necessario, & his preparavit causas necessarias etiam secundas, quedam vero, ut fierent contingenter, & his preparavit causas secundas contingentes; concludit Doctor Sanctus: & ideo divina voluntas rebus necessitatem non imponit: Ideo dixit, quia scilicet efficaciter impletur voluntas Dei prædeterminans modum, quo res fiant; Ideo dixit; non quia voluntas Dei, efficax sit impedibilis, non quia causas contingentes non determinat: Ideo dixit necessitatem non imponit, quia preparavit voluntate efficaci causas contingentes prædeterminando, res in esse, & modum contingentie, quo producantur.*

2. Vltimus ex omnipotentissima vi voluntatis divinæ deducit Doctor Sanctus suam efficaciam non solum non inducere necessitatem, verum etiam causare contingentiam, cum enim ex professo inquiret, *Utrum divina voluntas rebus volitis necessitatem imponat?* Ita probat inducere contingentiam. *Si agens est fortissimum erit similitudo effectus ad causam agentem perfecta, si autem agens sit debile erit similitudo imperfecta, sicut propter fortitudinem virtutis formativæ in semi-*

*5. Thom. q.
23. de vo-
luntate Dei
art. 5.*

ne filius assimilatur patri, non solum in natura speciei, sed in multis alijs accidentibus: E contrario propter debilitatem praedicta virtutis annihilatur praedicta assimilatio ut dicitur in lib. de Animalibus. Hae est propositio maior discursus Angelici; & ita minore u subsumit: Voluntas autem divina est agens fortissimum: & ita concludit: Unde oportet eius effectum ei omnibus modis assimilari, ut non solum fiat id, quod Deus vult fieri, quod est quasi assimilari secundum speciem: sed ut fiat eo modo, quo Deus vult illud fieri, ut necessario, vel contingenter, cito vel tarde, quod est quasi quaedam assimilatio secundum accidentia: ergo ex D. Sancto voluntas Dei efficax contingentiam effectus voliti non laedit, non ex sua impeditibilitate, sed ex sua fortitudine; & efficacia, quia scilicet, est agens fortissimum assimilans sibi effectum, non solum secundum speciem, ut fiat id, quod Deus vult, sed etiam secundum accidentia, ut fiat contingenter, & libere, ut eo modo Deus fieri vult.

3. Si similiter praedictam concordiam explicavit Sanctus Doctor in summa; dum inquit; *Utrum voluntas Dei necessitatem rebus volitis imponat?* & ut convincat, quod non omnibus rebus necessitatem imponit: haec expendit rationem; *Cum voluntas divina sit efficacissima, non solum sequitur, quod fiant ea, quae Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant, quo Deus ea fieri vult; vult autem quaedam fieri Deus necessario, quaedam contingenter: ergo ex efficacissima virtute voluntatis Dei decessit D. Sanctus quaedam fieri contingenter, & voluntatem Dei non imponere rebus volitis necessitatem; ergo licet gratia movens secundum propositum suae voluntatis ad consensum salutarem volitum sit efficacissima, non solum sequitur, quod consensus fiat, sed etiam, quod contingenter fiat, seu modo, quo Deus vult fieri.*

D. Th. I. q. 19. art. 8.

4. Eandem concordiam rationem tradiderunt alij sanctæ Ecclesiæ Patres; specialiter Magn. Patres Augustinus, qui efficacissimam gratiam non lædere arbitrij humani libertatem edocuit ex eo, quod ab omnipotentia Dei, & supremo dominio in voluntates hominum efficaciam fortitur: Ad cuius veritatis confirmationem, quam plurima possem adducere testimonia, sed selectiora non prætermittam, primo ita scribit: *Quis autem non videat multo maius esse, indignationem à contrario in lenitatem convertere, atque transferre quam cor neutra affectione præoccupatum, sed inter utrumque medium in aliquid declinare?* Legant ergo, & intelligant, intueantur atque fateantur non lege, atque doctrina insanante forinsecus, sed interna, atque occulta mirabili, atque ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum, non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates. Nunc non præpondero, quomodo transferre cor convertendo indignationem in lenitatem sit, quin determinet Deus? Solum constare ex Augustino deduco, quod sua ineffabili potestate interna, occulta, & mirabili operatur Deus in cordibus hominum bonas voluntates: & quidem omnino liberas, quia magis est transferre cor à contrario in lenitatem, quam inter utrumque medium in aliquid declinare.

Aug. de
gratia Christi
lib. c. 14

5. Secundo alibi ita fatur, exponendo quomodo Deus cor Regis Assueri transtulit, ut benigne audiret Esther. *Deus cor Regis antequam mulieris sermonem poscentis audisset, occultissima, & efficacissima potestate convertit, & transtulit ab indignatione ad lenitatem, hoc est de voluntate ledendi ad voluntatem favendi, & plane liberam: & cur hæc efficacissima potestas transfert cor ad voluntatem liberam favendi? Quia ut alibi edisserit: Agit omnipotens in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorum ut per eos agat, quod per eos agere ipse*

Aug. lib. 1.
ad Bonif. c.
20.

August. de
grat. & libe-
ro arbitrio

c. 21.

voluerit. Per eos, ergo, ager efficacissima potestate quia omnipotens, actus liberos, si actus liberos per eos agere ipse voluerit.

6. Tertio edocet M. P. *Hac voluntas libera tanto erit liberior, quanto sanior, tanto autem sanior, quanto Dominica misericordiae, gratiaeque subiectior: ergo, & tanto liberior, quanto Dominicae gratiae subiectior: non ergo, quia gratia Dominica sua efficacia subijciat voluntatem liberam ei libertas adimitur, nec libertas voluntatis exiget ut illaesa maneat subijcere Dominicam gratiam, quid eam determinare, aut efficacem reddere?*

7. Quarto ita secundum gratiam libertatem defendit dum exponit orationem Christi, ut non deficeret fides Petri, asserens: *Quando rogavit, ergo ne fides eius deficeret, quid aliud rogavit, nisi ut haberet in fide liberrimam, fortissimam, invictissimam, & perseverantissimam voluntatem: Ecce quemadmodum secundum gratiam Dei, non contra eam libertas defenditur voluntatis, voluntas quippe humana non libertate consequitur gratiam, sed gratia potius libertatem, & ut perseveret delectabilem perpetuitatem, & insuperabilem fortitudinem. Ergo ex Augustino. secundum gratiam libertas defenditur, non ex eo quod voluntas libertate consequatur gratiam, & exinde, nec eius efficaciam, sed potius gratia, efficaciam quidem, libertatem assequitur, & ut perseveret insuperabilem fortitudinem; & qualiter gratia ex se indifferenti, superabili, & resistibili voluntas obtinebit insuperabilem fortitudinem? Si a voluntate gratia determinatur, si a voluntate efficax redditur, & potest efficacia sua frustrari, qualiter gratia consequitur voluntas insuperabilem fortitudinem? Ergo ex Augustino. à summa efficacia gratiae non solum procedit voluntas in fide, sed fortissima etiam, liberrima, & invictissima.*

Ean-

Ang. epist.
89,

August.
carrept.
grat. ca.

8. Eandem doctrinam tradidit D. Anselmus, Magnus D. August. discipulus: ad conciliandam efficaciam voluntatis divinæ cum libertate nostra: In libro enim quem formavit ad concordiam præscientiæ, prædestinationis, & gratiæ cum libertate, ubi primo deducit ex divina præscientia libertatem, quia Deus ea futura præscit sine necessitate: monetque; *Non debes dicere, præscit Deus me peccaturum, vel non peccaturum, sed præscit me Deus peccaturum, vel non peccaturum sine necessitate, & ita sequitur utrumque sine necessitate erit, quia præscit Deus futurum esse sine necessitate;* quod præmonuit etiam Divus Thomas: ergo ex infallibilitate divinæ præscientiæ quæ præscit Deus me non peccaturum sequitur me non peccaturum sine necessitate; quia præscit Deus me ita, seu sine necessitate non peccaturum: ergo pariter ex eo, quod Deus subveniat voluntati nostræ (& ideo quamvis infirma non deficiat,) *ut divini gratia indeclinabiliter agatur, sequetur quod libere non deficiet, quia indeclinabiliter agatur, ut libere non deficiat.*

D. Ansel. de
Concord. c. 2.

D. Th. 6.
Metaph.
lect. 3. in fi
ne.

August. de
Corrupt. &
gratia cap.
12.

D. Ansel-
mus ubi su-
pra.

Pergit D. Anselmus ad exponendum qualiter præscientiæ Dei sciat futura sine necessitate; & subdit: *Quoniam enim quod Deus vult, non potest non esse, cum vult hominis voluntatem nulla cogi, vel prohiberi necessitate ad volendum, vel non ad volendum, & vult effectum sequi voluntatem, tunc necesse est voluntatem esse liberam, & esse, quod vult.* Vbi Anselmus Deum sua efficaci volitione non lædere libertatem convincit ex eo, quod sua efficacia potius libertatem infert. Ita enim probat: *Quod Deus vult non potest non esse: seu necesse est esse; sed Deus vult voluntatem esse liberam, quod est nulla prohiberi necessitate; & vult quod effectus sequatur voluntatem, hoc est; quod infallibiliter operetur; ergo necesse erit voluntatem esse liberam, & libere velle; qui est dis-*

cur-

curfus ab Angelico Magistro secutus.

9 Unde rationem ita format Thom. i. t. efficaciam inferens, & causans libertatem eam minime laedit, sed gratia efficax, qua Deus movet voluntatem ad consentiendum salutarem, seu meritum eius libertatem infert, & causat; ergo eam minime laedit: Mai. est certa: quia nil connectitur cum eo, quod pugnat cum suo esse, alias connecteretur cum sui non esse; unde efficaciam nequit pugnare cum libertate, nec libertas potest esse connexa cum defectu efficaciam dum ex efficaciam infertur, & causatur libertas: Prob. min. Deus ex suo supremo dominio supra omnia entia, & omnes entis modos, potest sua determinatione quodlibet, & sub quolibet modo possibili causare; sed modus libertatis est possibilis consensui; ergo poterit Deus sua determinatione inferre, & causare, tam consensum, quam libertatem.

10 Urgetur 1. efficaciam gratiam, quae sit extrinseca nequit libertatem laedere, quia ad eam subsequitur: ergo nec efficaciam intrinseca, quia eam causat: Prob. conseq. quia sicut efficaciam, quae a libertate procedit, nequit cum libertate pugnare, ita nec libertas, quae procedit ab efficaciam poterit pugnare cum efficaciam; libertas enim nequit pugnare cum eo, ex quo infertur, sicut nec cum eo, quod infert.

11 Urgetur 2. efficaciam intrinseca gratiam, quia infrufragilis connectitur cum consensu: ergo, & cum libertate consensus; Prob. conseq. Non minus frustra retur efficaciam gratiam, si non esset id, ad quod movet, ac si non esset eo modo, ad quem movet; sicut enim redderetur inefficax deficiente effectu, redderetur inefficax ad modum deficiente modo: ergo sicut ob suam infrufragilitatem connectitur cum esse consensu, ita, & cum modo essendi libere; non ergo efficaciam

N. Valens
controv. 2.

c. 2.

Salin. disp.

7. de gratia

dub. 4. sect.

3.

Godoy de

scient. disp.

38. sect. 2.

intrinseca gratia, quia infrustrabilis perinet libertatem. ¶ Aliter; licet libertas consensus pugnet cum determinatione Dei, ut consensus necessario sit; nequit pugnare cum determinatione Dei, ut consensus libere sit: ergo si determinatio Dei est, ut consensus libere sit, eum tali determinatione gratia non pugnat libertas: Prob. antecedens: Necessitas consensus pugnat cum determinatione Dei, ut existat eius libertas, non cum determinatione, ut existat necessitas: ergo pariter libertas consensus pugnat cum determinatione Dei, ut existat eius necessitas non cum determinatione, ut existat libertas.

SECTIO SECUNDA

Doctrina communis Authorum sententia opposita refertur, & ex Div. Thoma impugnatur.

12 **H**anc rationem tot Patrum testimonijs fulcitam egregiam petitionem principij vocant adversarij asserentes prius debere probari actum liberum posse esse prædeterminatum per gratiam, quam Deum posse determinare, & efficaciter velle actum, & modum libertatis; quia si vellet efficaciter actum liberum esse per prædeterminationem, vtrumque contradictorium sequeretur, & quod esset actus liber, quia ita voluntate efficaci infrustrabili decerneret Deus; & quod non esset actus liber, quia fieret ex prædeterminatione; ut suis rationibus probant; quod varijs exemplis suadent; 1. non posset Deus efficaciter velle actum liberum per medium simpliciter necessitatis, quia efficacia voluntatis Divinae nequit conciliare contradictoria: ergo, (1.) nec per medium prædeterminans, quod iudicatur

nec

necessitas: ergo 2. Vique cum probetur praedetermina-
 tionem non esse medium necessitatis ex efficacia
 voluntatis Divinae inefficaciter colligitur, quod Deus
 potest velle actum liberum media praedetermina-
 tione.

13 2. Sicut Deus habet supremum domi-
 nium in modum libertatis, ita, & in modum necessita-
 tis; sed dominium in modum necessitatis solum con-
 vincit, quod possit Deus efficere actum necessarium,
 sed non quocumque medio, quia ut est communis
 Thomistarum sententia; non potest Deus medio iudi-
 cio indifferenti efficere actum necessarium: ergo effi-
 cacia supremi dominij in actus liberos solum convin-
 cit, quod possit Deus efficere actum liberum, sed non
 quocumque medio; unde ex tali dominio ineffica-
 citer colligitur, quod possit Deus velle actum liberum
 per praedeterminationem.

14 3. quia ex eodem Dominio minime in-
 fertur Deum posse efficaciter velle actum liberum per
 praedeterminationem se tenentem ex parte actus pri-
 mi; ut est communis nostrorum doctrina; non alia
 ratione, nisi, quia talis volitio esset chimerica, cum
 praedeterminatio ex parte actus primi redderet actum
 necessarium: ergo dum non probetur praedetermina-
 tionem exactam, licet applicantem non reddere ac-
 tum necessarium ex efficacia omnipotentis voluntatis
 Dei minime colligetur Deum posse velle efficaciter ac-
 tum liberum per medium praedeterminans. Hinc 4.
 quam plurima alia exempla adducunt, quia si prius
 non examinatur, an aliquid sit in se possibile, aut non?
 Sed eius possibilitas ex volitione Dei efficaci, qua de-
 cernit esse obiecti sub illo modo deducitur. posset quis
 defendere; quod res potest actu esse sine vilo decreto,
 & Deus velle, quod sine vilo decreto fieret; posset
 qui

quis dicere, quod voluntas cum prædeterminatione potest indifferentiam suspensionis servare, si Deus hoc decerneret: unde cum hæc contradictionem implicent; quia id, quod ex volitione Dei deducitur, ex alio principio destruitur: cur idem non docebunt illæsa efficacia voluntatis Dei de volitione actus liberi per medium prædeterminans? Vel aliter: Si Petrus est cum necessitate morali ad operandum implicat, quod Deus in illis circumstantiis velit, quod Petrus operetur libere à necessitate morali: ergo nec in circumstantiis prædeterminationis potest velle, quod Petrus operetur libere à necessitate physica; nisi prius suadeatur prædeterminationem non esse necessitatem physicam.

D. Th. I. ad
Anibaldū
ubi sup. &
I. p. q. 19.
art. 8.

15 Quam doctrinam ex Doctore Sancto: Probant: quia edocens ex efficacia voluntatis Dei procedere, quod aliqua fiant necessario, & alia contingenter, statim subiunxit: *Et ideo quibusdam effectibus aptavit causas necessarias, quæ deficere non possunt; quibusdam autem aptavit causas contingenter defectibiles, ex quibus effectus contingenter eveniunt: ergo ex Div. Thom. dum Deus vult effectum fieri contingenter tenetur excludere prædeterminationem. Prob. consequ. dum Deus vult effectus fieri contingenter aptare tenetur causas defectibiles ex quibus effectus contingenter eveniant, & excludere causas necessarias, quæ deficere non possunt; sed prædeterm. non est defectibilis in operando, cum ei non possit operatio deficere; nec ex ea effectus contingenter evenit; Implicat enim, quod ex ea non eveniat: ergo ex Div. Thom. dum Deus vult effectum contingenter fieri tenetur excludere prædeterm.. Ita PP. Societatis: Consule P. Avendaño, Tyrso, & Aranda.*

Avendaño
disp. 19. de
Conc. cap. 2
sect. 12.
Tyrso. t. 1. d.
36. sect. 12
Arand. d. 3
sect. 3. & d.
7. sect. 7.

16 Contra istam solutionem ita disputo: Si Deus vult efficaciter actum esse libere, actus erit libere

re; ut solutio fateretur. seu voluntas Dei efficacis de eo, quod actus libere sit non excludit medium prædeterminatum. iuxta Div. Thom. ergo per medium prædeterminatum. actus libere erit: ut minime qua est difficultas probem, prius cum eius veritate non pugnant verba D. Thomæ in solutione adducta, suadeo: Doct. Sanctus ait, quod Deus quibusdam effectibus, scilicet, liberis, aut contingentibus aptavit, aut præparavit causas contingenter defectibiles, ex quibus effectus contingentèr eveniunt. Quid inde? Certe ex his verbis solum potest ita deduci, sed prædeterminatum non est causa contingenter defectibilis ex qua effectus contingenter eveniat: ergo Deus ad effectus contingentes nequit aptare, seu præparare prædeterminatum. Sed consequens est omnino verum, quia nullus Thomista hucusque asseruit Deum aptare, aut præparare prædeterminatum, ut ex ea effectus contingenter eveniat. Prædeterminatum enim adstruitur non ut medium aptatum, aut præparatum à Deo, sed medium, quo Deus aptat, & præparat causas ex quibus effectus contingenter eveniunt. Div. enim Thom. per aptare, & præparare intelligit movere, & applicare causas contingentes ad agendum; in quo sensu usurpatur *ly præparare* in illo *præparatur voluntas à Domino*, & *ly aptare* exponitur similiter à Div. Thomæ, dum versat illud Pauli, *Deus pacis aptet vos in omni bono, ut faciatis eius voluntatem*, & ita ait: *Deus quando immittit homini bonam voluntatem aptat eum, id est, facit illum aptatum*. Supposito ergo cum Div. Thom. quod dum Deus vult efficaciter consensum esse, & libere esse tenetur aptare, & præparare causas contingentes. ex quibus consensus contingenter eveniat, quia alias terminus volitionis esset chymæra; asserimus, motionem, seu applicationem, qua Deus ex vi illius efficacis voluntatis aptat, & præparat contingentes causas non esse defect-

Prob. 3. 11

Paul. ad
Heb. 13

D. Th. ibid.

ctibilem in operando, sed necessario connexam cum effectu libero.

*D. Th. 1. 2
q. 10. art. 4
ad 3.*

17 Et probatur 1. ex Div. Thom. *Si Deus movet voluntatem (quæ est causa contingens) ad aliquid impossibile est poni, quod voluntas ad illud non moveatur; sed si motio, qua Deus aptat voluntatem ut contingenter causam esset defectibilis in operando, licet Deus moveret voluntatem ad aliquid non esset impossibile ponere, quod voluntas ad illud non moveretur, ut patet ergo ex Div. Thoma; licet effectus contingens exigat causas contingentes, seu defectibiles in operando, non exproscit, quod motio, qua Deus causas contingentes præparat sit in operando defectibilis.*

*Th. quod
l. 12. q. 1.
art. 4.*

*Aug. lib. 5.
de Civ. c. 9*

18 2. Doctor Sanct. universa reducit, in providentiam Dei ut in causam à qua omnia sunt prædeterminata, & ordinata: Quia ex ea procedit immobilis dispositio rebus mobilibus inherens; quam si volueris fatum nominare sententiam tene, & linguam corrige; ut præmonuit Augustinus. sed motio in operando defectibilis nequit fati vocabulum obtinere; nec motio pro nutu mobilis frustrabilis, aut resistibilis potest esse immobilis dispositio; nec contenderet solum de verbis, qui profana novitate motionem indifferentem fati nomine nuncuparet: ergo ex efficacia voluntatis Dei à qua omnia sunt prædeterminata; dum Deus vult effectus contingenter venire aptando, & movendo contingentes causas motio, qua eas aptat, præparat, & movet non est in operando defectibilis, sed potius immobilis dispositio mobilibus inherens, & connexa cum eventu, & contingentia effectus. Vide superius dicta.

*D. Th. q. 23
de Vol. art.
5. & 1. p. q.
19. art. 8.*

19 Denique; quod voluntas divina necessitatem rebus volitis non imponat colligit Dict. Sanctus, quia est agens fortissimum, & efficacissima: Sed si solum

lum per media reatibilia inaffferentia, & à determi-
 natione creaturæ prævisa efficacia non induceret neces-
 sitatem, exclusio necessitatis non à fortissima, & effica-
 cissima vi voluntatis divinæ desumeretur, sed afflexi-
 bili determinabili, & resistibili motione mediorum:
 ergo iuxta Divum Thomam per media ex Deo, & ab
 intrinseco efficacia potest voluntas divina necessita-
 tem rebus volitis non imponere.

SECTIO TERTIA.

*Deus per prævenientem gratiam determinat substantiam,
 & modum libertatis consensus salutaris; quia ita
 determinat consensum, ut posse ad dissen-
 sum non auferat.*

V suadeam non esse Thomistarum egré-
 giam petitionem principij asserere
 Deum sua voluntate efficaci in impe-
 dibili non tollere libertatem, quia vult
 efficaciter tam substantiam, quam libertatis mo-
 dum; similiterque statuere, media ex se efficacia, &
 prædeterminantia non adimere libertatem, quia simul
 determinant consensum esse, & libere esse; rationem
 suæ doctrinæ in hac sect. adducam ex SS. PP. de-
 sumptam.

21. Suppono cum solutione superius ad-
 ducta non posse Deum velle efficaciter actum libe-
 rum esse quolibet medio, quod rationes ibi adduc-
 tæ convincunt, & ex professo tradidi, dum princi-
 pium connexum constituens posse, & independens
 à libertate ipsam de medio tollere probavi: Nunc bre-
 viter convincitur, non potest Deus velle efficaci-
 ter actum liberum esse per medium simpliciter ante-

Sect. 2. n. 21

Tom. 1. dif-
 p. 1. quest.
 8. sect. 5.

cedenter necessitans ad ipsum; ideoque non potest decernere amorem sui liberum per medium visionis beatæ, alias posset velle efficaciter existere chymæran: non ergo potest Deus velle efficaciter esse actum liberum per quodlibet medium; cum veritate tamen huius suppositi recte conciliatur Deum posse velle efficaciter actum liberum esse per medium ex se efficax, quod sua efficacia libertatem minime lædat, sed potius inferat.

22. Neque SS. PP. principium petunt, dum efficaciam voluntatis divinæ non ledere libertatem ex eo, quod eam infert, docent, quia rationem adducunt, quam iam expendo.

23. Velle Deum efficaciter actum salutarem esse per medium efficax stat, cum eo quod actus sit cum potestate proxima ad oppositum: ergo, & cum eo, quod libere sit; conseq. constat, quia idem est actum ita esse à voluntate, ut ex suo dominio possit non esse; ac non esse ab ipsa necessario, & exinde libere esse ab ipsa: Probo. antecedens: ex PP. expresse asserentibus voluntatem efficacem actus non pugnare cum potestate ad eius oppositum: & ex Div. Thoma dum ita edisserit. *Quamvis non esse effectus, Divina voluntatis non possit simul stare cum divina voluntate, tamen potentia efficiendi effectum simul stat cum divina voluntate; non enim sunt ista impossibilia; Deus vult istum salvari, & iste potest damnari, sed tamen ista sunt impossibilia, Deus vult istum salvari, & iste damnatur: Vbi expresse loquitur de voluntate efficaci factis, non enim essent impossibilia Deum velle istum salvari inefficaciter, & istum damnari; quia non esse effectus potest simul stare cum voluntate Dei inefficaci; unde ita disputo: voluntas efficax divina actus est coniungibilis cum potestate proxima ad non esse actus, licet non esse actus non possit simul stare*


*D. Th. q. 23.
de Verit. ar.
13. 5. ad 3.*

cu n ea divina voluntate: ergo auxiliu n efficacẽ ac ac-
tum erit sociabile cum potentate proxima ad non esse
actus, licet non esse actus non sit sociabile cum eo di-
vino auxilio.

24 Vel aliter: licet sint incompatibilia: Deus
vult efficaciter istum salvari. & iste damnatur; non sunt
incompatibilia, Deus vult efficaciter istum salvari, &
iste potest damnari: ergo licet sint incompatibilia Deus
vult efficaciter actum esse, & actus non est: non sunt
incompatibilia Deus vult efficaciter actum esse, & ac-
tus potest non esse: ergo licet sint incompatibilia
Deus movet efficaciter per gratiam ad actum, & ac-
tus non est; minime erunt incompatibilia, Deus mo-
vet efficaciter per gratiam ad actum, & actus potest
non esse: ergo poterit Deus movere efficaciter per
gratiam ex Div. Thoma, ut actus libere sit, compo-
nendo, scilicet, cum ea motione efficaci ut actus sit,
posse actum non esse.

25 2. idem assumptum probat Doct. S. dum ait:
Deus movet voluntatem immutabiliter propter efficaciam
voluntatis moventis, quæ deficere non potest, sed propter
naturam voluntatis motæ, quæ indifferenter se habet ad
diversa, non inducitur necessitas, sed manet libertas: Vbi
noto adversus Iansenij delirium, quod cum motione
immutabili propter efficaciam voluntatis Dei mo-
ventis manet libertas voluntatis nostræ motæ, quia nõ
inducitur necessitas ex S. Doct. ergo (1) ex motione im-
mutabili propter efficaciam non inducitur necessitas; er-
go (2) cū motione efficaci componitur libertas à ne-
cessitate.

26 Noto etiam adversus PP. Societatis; nõ loqui
D. S. de motione Dei efficaci ex determinatione volũ-
tatis nostræ, sed ex se, & ut ex Deo: quia motionẽ esse
immutabilẽ asserit D. S. Propter efficaciam voluntatis mo-



D. Th. 4. 5
de Malo
art. 1. vltimo
ad 2.

ventis; sed motio efficax ex determinatione voluntatis nostræ movet immutabiliter ex voluntate mota, non ex efficacia Dei moventis, cū potius ut ex Deo sit mutabilis, flexibilis, & à nobis determinabilis: ergo motio illa non est efficax dependenter à nostra libertate mota, sed potius ex efficacia voluntatis Dei moventis.

27. Unde ita colligo: ex motione immutabili Dei propter efficaciam voluntatis moventis, non inducitur necessitas, sed manet libertas propter naturam voluntatis motæ, quæ indifferentem se habet ad diversa, sed motio immutabilis propter efficaciam Dei moventis est in sua efficacia à voluntate nostra mota independens, & dum non inducitur necessitas manet vera libertas à necessitate; ergo cū motione independente à nobis in efficacia cō-ponit D.S. veram libertatem à necessitate; quia natura voluntatis adhuc motæ servat indifferentiam potestatis ad diversa, seu ad oppositum eius, ad quod movetur.

28. 3. expendo vulgare D. Th. testimonium non vulgariter superius confirmatum: ubi ex professo conciliare intendit, quod voluntas de necessitate nō movetur à Deo: & cū sibi opponeret; non esse possibile voluntatē non velle hoc, ad quod Deus eā movet. Ut equivocationē huius propositionis ostenderet respondet: Dicendum, quod si Deus movet voluntatem ad aliquid impossibile est huic positioni, quod voluntas ad illud non moveatur: non tamen est impossibile simpliciter; unde non sequitur, quod voluntas à Deo ex necessitate moveatur. Vbi sermone in eis de motione Dei ex se; & ab intrinseco efficaci specialiter probavi alibi; connexionem enim essentialē motionis Dei cum actu ad quem movet adstruit dum ait, impossibile esse huic positioni, Deus movet voluntatem ad aliquid, quod voluntas ad illud non moveatur; quem insolubilem nexum, ita alibi expressit: Impossibile est hæc duo simul esse vera, quod Spiritus Sanctus vel-

D. Th. I. 2.

q. 10. art.

4.

D. Th. ibi se-
lut. ad 3.

Supra q. 2.

ad n. 187.

D. Th. 2. 2.

q. 24. art.

11.

vellit aliquem movere ad actum charitatis, & quod ipse
 charitatem amittat peccando: Subiit vero Doctor San-
 ctus non esse impossibile simpliciter, quod voluntas ad illud
 non moveatur, unde non sequitur, quod voluntas à Deo ex
 necessitate moveatur; Vbi observo i. adversum Iansenia-
 nitas (si forsam aliqui nunc sunt) quod S. Doctor cum
 efficacia motionis Dei expresse coniunxit libertatem
 à necessitate, quia expresse composuit non sequi, quod
 voluntas à Deo ex necessitate moveatur. ¶ Secundo; cum
 efficacia motionis Dei composuit Doct. Sanct. liber-
 tatē à necessitate, quia licet Deus ita moveat voluntatem;
 non est impossibile simpliciter, quod voluntas non movea-
 tur, sed non esse impossibile simpliciter voluntati,
 quod non moveatur est voluntatem habere potestā-
 tem proximam, & expeditam non se movendi: quia
 potentia pure remota ad terminum non impedit in-
 possibilitatem simpliciter ipsius, vt suppono ex alibi
 demonstratis, & DD. Societatis non renuunt: ergo cū
 motione ex se efficaci composuit Doct. Sanct. liberta-
 tem à necessitate voluntatis, in eo ad quod movetur,
 quia cum ea coniunxit potestatem proximam in vo-
 luntate non se movendi.

29 In hac doctrina sequutus fuit Divus
 Thomas Sanctos Patres eum precedentes, quia vna-
 nimi consensu eam tradiderunt: & quidem Mag. Pa-
 rens Augustinus eam docuit i. dum inquit: Deus ea fu-
 tura, quae ex libertate arbitrij proveniunt presentia con-
 tinetur. Hac igitur ad futurum relata divinum, necessa-
 ria fiunt per dispositionem divinae motionis: per se vero
 considerata, absolutam naturae suae libertatem non dese-
 runt. Fient igitur proculdubio cuncta, quae futura Deus esse
 praenoscit: sed eorum quaedam de libero proficiuntur arbi-
 trio, quae quamvis eveniant, existendo tamen, naturam
 propriam non amittunt; quae priusquam fierent, etiam non

T. i. disp.
 I. 9. 7.

Aug. lib. de
 Praedest.
 Dei refert
 in cap. va-
 sis irae 23.
 9. 4.

euenire potuissent. Vbi SS. Pater, asserit, quod futura prouenientia ex libertate arbitrij Deus contuetur vt presentia, quæ necessaria sunt respectu diuini intuitus, per dispositionem diuinæ motionis: ergo per dispositionem motionis Dei, non ex se indifferentis, sed ex se efficaci: Nam motio ex se indifferens nequit esse dispositio, vt futura necessaria reddantur respectu diuini intuitus, si enim motio diuina ab ipso consensu, vel ab eius præscientia redderetur efficax, futura redderentur necessaria ad diuinum intuitum per se ipsa, & à se ipsis, non per dispositionem diuinæ motionis. Pergit M. P. affirmando dispositionem talis diuinæ motionis non auferre à futuris absolutam naturæ suæ libertatem, cum adhuc de libero proficiscuntur arbitrio, quia non amittunt, quamvis eueniant, posse non euenire, quod habebant priusquam fierent: ergo ex eo cum dispositione motionis diuinæ efficaci componit Magn. P. libertatem à necessitate absolutam in his, quæ à libero proficiscuntur arbitrio, quatenus ita eueniunt, vt per illam motionem non amittatur posse non euenire.

30 Secundo adduco M. P. suadentem Pharaonem obduratum, quia nullam, qua converteretur, fuit misericordiam consecutus, non posse ex eo excusationem culpæ habere; his verbis: *An forte si pie de Deo, sicut expedit sentiamus, etiam Pharaoni datam misericordiam reperimus? Patientia enim Dei valere ei debuit ad salutem, quæ differens iustum, meritumque supplicium miraculorum verbera crebra densabat. Nunquid non potuit, sicut flagellis cædens expulit populum, ita miraculis credens, Deum tantæ virtutis agnoscere? Libertatem, ergo à necessitate composuit Mag. P. in Pharaone obdurato, licet misericordiam, qua converteretur non fuerit consecutus, quia aliam datam ei misericordiam*

August. de
Predest. &
Grat. s. 19.

diam reperimus, qua potuit miraculis credens Deum
tantae virtutis agnoscere: videant nunc Iansenistae, qua-
liter Discipulorum Augustini nomine gloriantur, qui
negant in statu lapsus misericordiam pure sufficien-
tem.

31 Denique expendo Augustini verba in-
tendentis divinam praescientiam sua certitudine liber-
tatem nostram non extinguere, sed potius firmare:
dum enim argumentum non omni sua vi proponeret; sub-
dit: *Attende enim quae so quanta cecitate dicatur; si praes-*
civit Deus futuram voluntatem meam, quoniam nihil ali-
ter potest fieri, quam praescivit, necesse est ut vellint, quod
ille praescivit; Si autem necesse est, non iam voluntate, sed
necessitate id me velle fatendum est: Vbi ut vides neces-
sitatem voluntati opponit, & ex necessitate vi cuius
voluntas aliter fieri non posset supponit libertatem des-
trui; contra Iansenistas: Pergit M. P. ad argumentum
debellandum: O stultitiam singularem: quomodo ergo non
potest aliud fieri quam praescivit Deus, si voluntas non e-
rit, quam voluntatem futuram ille praescivit? & infra ita
concludit: Ita fit, ut & Deum non negemus esse praescium
omnium futurorum, & nos tamen vellimus, quod volumus:
cum enim sit praescius voluntatis nostrae, cuius est praescius ip-
sa erit; voluntas ergo erit, quia voluntatis est praescius; nec vo-
luntas esse poterit, si in potestate non erit; ergo, & potesta-
tis est praescius; non igitur per eius praescientiam mihi po-
testas adimitur, quae propterea mihi certior adderit, quia
ille cuius praescientia non fallitur affuturam mihi esse praes-
civit. Vbi advertas vellim, quod M. P. non loquitur de
praescientia voluntatis, quae sit suppositio consequens
ad ipsam voluntatem, sed antecedens; quia si praes-
cientia esset consequens voluntatem, quia voluntas
adesset esset praescientia, sed iuxta Magn. P. Potestas
certior aderit propterea, quod Deus affuturam mihi esse

Aug. lib. 3^o
de gratia,
& lib. ar-
c. 3.

præscivit; ergo non loquitur de præscientia, quæ con-
sequatur voluntatem, & potestatem, sed quæ ipsam
præcedat; sicut ergo asserit M. P. quod per præscien-
tiam Dei mihi potestas non adimitur, sed quod po-
tius certius aderit, quia ille, cuius præscientia non fal-
litur affuturam mihi esse præscivit: Ita ex Div. Tho-
ma per voluntatem Dei efficacem mihi potestas non
adimitur, sed potius certius aderit, quia ille cuius vo-
luntas non frustratur affuturam mihi esse voluit,

32 In eodem principio ad componendam
libertatem cum gratia fuerunt D. Augustini Sancti
Discipuli inter quos primas obtinent Anselmus, &
Prosper; ille de concordia prædestinationis agens, his
verbis: *Quamvis necesse sit fieri, quæ præsciuntur, & præ-
destinantur quædam tamen præscita, & prædestinata, non
eveniunt ex necessitate, quæ præcedit rem, & facit; sed
ea, quæ rem sequitur, sicut supra diximus; & rationem
cur prædestinata non eveniunt ex necessitate ita ex-
primit: Non enim ea Deus quamvis prædestinat, facit vo-
luntatem cogendo, aut voluntati resistendo, sed in sua illam
potestate dimittendo; quamvis sua voluntas utatur potesta-
te, nihil tamen facit, quod Deus non faciat in bonis sua gra-
tia, in malis non sua, sed eiusdem voluntatis culpa; ubi ob-
serva 1. quod prædestinata ex necessitate non eveniunt quæ-
vis necesse sit fieri, quæ prædestinantur, quia Deus ea fa-
cit voluntatem in sua potestate dimittendo: ergo nec
per prædeterminationem res ex necessitate eveniunt
quamvis necesse sit fieri, quæ prædeterminantur; quia
Deus ea facit voluntatem in sua potestate dimittendo.
Secundo iuxta Anselmum, dum Deus facit in bonis
bona sua gratia voluntas sua utitur potestate; sed per
gratiam pure moraliter suadentem, & non prævenien-
do physicè moventem, Deus sua gratia non facit in
bonis bona, sed solum cum bonis bona, ergo, & cum gra-
tia*

D. Anselm.
de Concord.
cap. 2.

tia physice prædeterminante, stat prædeterminata ex necessitate non evenire, quia voluntas bona sua vitur potestate, licet Deus ea gratia in bonis bona faciat.

33 Similiter D. Prosper ita fatur. *Deus ipsum velle sic donat, ut etiam à perseveraturis illam mutabilitatem, qua possunt nolle non auferat; sed Deus non proprie donat velle, si solum ab ipso determinatur posse velle, & non ipsum velle: ergo, dum Deus determinat velle, posse nolle non aufert: ergo nec aufert velle esse liberum à necessitate.*

D. Prosper
lib. 2. de Vocat. gent. c. 27.

SECTIO QUARTA.

Rationibus explicatur concordia gratiæ determinando prævenientis consensum salutarem cum eius libertate à necessitate.

34 **D**um reos esse violatæ libertatis assertores gratiæ prædeterminantis increpamur; onus probandi libertatem non periri ex prædeterminatione nobis non incumbit; si enim adversarij nos non convinctunt ab imputato crimine erimus absoluti: fundamenta autem, quæ hanc concordiam exponunt, & explicant in hac sect. subjicimus.

35 Primum sit: gratia efficax determinans consensum salutarem non pugnat cum potestate proxima ad dissensum: ergo nec cum libertate à necessitate consensus: conseq. constat: tum quia si consensus est, ut possit proxime dissensus esse, non necessario est, unde erit à necessitate liber; tum quia cum adversarij ex prædeterminatione inferant libertatis ruinam, quia adinere potestatem proximam ad oppositum

judicant; si eam non aufert, nec libertatem à necessitate laedit. Prob. antecedens primo: stat quod voluntas se ipsam determinet ad consensum, quin a se amandetur, & removeat potestatem proximam dissentiendi; ergo, & Deus poterit ita per gratiam suam determinare voluntatem, quin removeat illam potestatem, & in ea evertat libertatem. Prob. consequ. quia magis in manu sua omnipotentissima, & robustissima continet Deus libertatem creatam, quam ipsa se ipsam ex Augustino.

August. de Correct. & grat. c. 14.

D. Tb. q. 22 de Verit. art. 8. in corpore.

36 *Accedit: iuxta Div. Thom. sicut omnis actio naturalis est à Deo, ita omnis actio voluntatis in quantum est actio, non solum est à voluntate, ut immediate agente, sed à Deo ut primo agente, qui vehementius imprimit, unde sicut voluntas potest immutare actum suum in aliud, ita, & multo amplius Deus; sed quia actio est à voluntate ut immediate agente voluntas potest immutare se determinando actum suum non evertendo libertatem suam, sed potius se perficiendo per actualitatem devicta suspensione: ergo cum actio voluntatis sit à Deo ut primo agente, qui vehementius imprimit multo amplius poterit immutare actum voluntatis per suam determinationem, quin removeat libertatem, imo potius eam perficiendo remota suspensione.*

Henao scilicet. 262. Herrera de Predest. q. 16. sect. 3. in fine, & q. 6. sect. 8.

37 *Dices cum Henao, & P. Herrera; quod Deus magis habet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas: Si comparatio fiat inter Deum, & voluntatem creatam secundum se, & nude considerata tam sine requisitis ex parte actus primi ad volitionem, seu voluntatem suam, quia potest pro suo libito conferre, aut non conferre, in o, & conferre quo momento ipsas determinaturas se elective prænoscit; si tamen comparatio fiat inter Deum, & hominem postquam à Deo obtinuit omnia requisita ad suam voluntatem*

luntatem, non habet Deus magis in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi homines.

38 Sed contra: Adhuc postquam homo habet à Deo in potestate voluntatem suam, hæc voluntas est magis in potestate Dei, quam hominis iuxta Augustin. ergo sine libertatis damno potest à Deo determinari voluntas, quæ sit in hominis potestate: Probo antecedens: Inepte enim proferret Augustin. Deum magis in sua potestate habere voluntates hominum, quam ipsi dum ea, non habent in potestate, tum quia ridicula est comparatio inter duo subiecta in ordine ad aliquem terminum si positivum comparationis non convenit utrique subiecto; sicut inepte diceretur, *Magis habet Deus in sua potestate creare mundum quam homo; cum creatio mundi potestati hominis non subijciatur.* Tum, quia Augustinus expressè loquebatur de viris, qui David in Regem proclamarunt & sua voluntate constituerunt Regem David; *Quis non videat? Quis hoc neget?* & tamen viris illis, qui habuerunt in sua potestate eligere David comparando Deum, asserit, *quod si voluerit Reges in terra constituere magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas;* Sed si comparatio fieret inter Deum, & voluntatem nude sumptam, sine requisitis ex parte actus primi ad volitionem comparatio fieret inter Deum, & hominem non habentem in sua potestate volitionem; hæc enim non est in hominis potestate dum homo non habet requisita ex parte actus primi ad ipsam: ergo Deus habet magis ex Augustin. in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi adhuc postquam à Deo obtinent requisita ex parte actus primi ad suas voluntates.

39 Secundo: Probo principale antec. Causa prima, vel determinatur à Causa secunda ad efficiendum consensum liberum, vel determinat causam secundam

August. de
Correp. &
grat. cap.
14.

Cramuel
in Theol.
fundam. c.

[I. n. 26.]

Ferre in I.

[2. t. I. tra-

ct. 4. q. 1.

sect. 8

Carrasc. de

volunt. dub.

[6. fund. II.]

dam? Quodcumque dicatur stat consentiam esse voluntati liberum, licet voluntas determinetur à Deo ad consentiendum: ergo: Antecedens quoad secundam partem ex terminis constat, quoad primam sic ex illustrissimo Cramuele probatur à RR. Thomistis: licet causa secunda determinet primam in concurrente, & efficiendo non impedit primam libere concurrere; ergo licet causa prima determinet secundam in efficiendo non impedit secundam libere concurrere; Probatur conseq. Quia si componi potest primam causam manere liberam in concurrente, & operando consentum, licet id præstare debeat ex determinatione creaturæ; cur non erit componibile longe suavius causam secundam determinari à prima, & manere liberam in concurrente? Vel aliter: Principium liberum, vel excludit determinari ab alio, vel per determinationem ab alio non læditur: Si 1. ergo corrumpitur primum liberum, seu libertas primoordialis causæ primæ, cum causa prima determinetur à secunda: Si 2. ergo non corrumpitur libertas humana ex divina determinatione.

40 Hoc argumentum valde debile, & pa-

R. Tyrso 1.

[2. disp. 3.

sect. II.]

rum momenti habere iudicat RR. Tyrso 1. quia procedit ex non penetrata sententia Societatis: cum Thomistæ affirmant causam primam determinare secundam per motionem præviā impellentem ad volitionem, cui ipsa secunda causa resistere non potest, & cum ea libertatem consortari: At Iesuitæ non adstrunt causam secundam determinare primam ad eius volitionem, quia hoc esset ingens chymæra; solumque asserunt voluntatem creatam in vi decreti liberi, quo Deus suam omnipotentiam applicavit determinare suam omnipotentiam ad actionem externam, quæ non est exercitium Divinæ libertatis.

41 Sei paritas non est inter volitionē causae secundae determinatam à prima, apud nos, & volitionem causae primae determinatam à secunda, quia sic esset immane figmentum, sed inter volitionem causae secundae, & actionem, seu efficientiam divinae omnipotentiae: vnde ita insurgo, Deo non solum est liberum omnipotentiam velle applicare, sed est Deo liberum efficere in actu secundo consensum praedicti sensu, sed causa secunda potest determinare primam ad ita efficere illa: sa libertate primae: ergo, & prima poterit determinare secundam ad ita efficere illa: sa libertate secundae. Diversitas in modo determinandi, ex eo quod causa prima imprimit aliquid praevium, connexum causae secundae apud nostros DD. causa vero secunda non imprimat aliquid praevium primae apud suos; non est ad rem; quia si de conceptu agentis liberi est non determinari ab alio ad sua exercitia libera, ut propugnant, qualibet determinatio ab alio libertatem laedit; & si est diversus determinandi modus, erit etiam diversitas in modo auferendi libertatem; minime vero fundari poterit, quod vnus determinandi modus libertatem seruet, & non alter.

42 Vnde communiter Respondet. quod licet causa secunda seu libera determinet primam ad actionem externam omnipotentiae, seu ad efficere consensum praedicti sensu non auferit primae libertatem ad ita efficiendum, non quia talis determinatio sit componibilis cum tali libertate, sed quia in causa prima non est talis libertas. Deus enim, & confert auxilium, seu donat voluntati libertatem adaequatam in actu primo ad consentiendum; & efficit consensum in actu secundo: & licet Deus libere conferat auxiliū, & libertatem, quia à creatura non determinatur ad vnum auxilium praedio; non immediate libere efficit consensum

scatum, quia à voluntate determinatur ad efficiendum
consensum prædisensu, Deo enim solum est liber con-
sensus, quatenus voluntati dedit virtutem se determi-
nandi, & reliquit eam in manu consilij sui ad consen-
tiendum; nulla ergo est determinatio Dei à creatura
ad exercitium immediate liberum Deo; unde, & nul-
la est paritas inferens determinationem creaturæ à
Deo ad exercitium immediate liberum creaturæ.

43 Sed hæc solutio valde displicet, cum ve-
l saluet repugnans agenti libero determinationem ab
alio negat Deo influxum immediatum liberum in sa-
lutarem consensum: Consensum vero salutarem esse
immediate liberum Deo prob. 1. Diminuta esset divi-
na omnipotentia, si aliquis actus bonus subterfugeret
eius immediatum influxum: ergo, & diminuta erit di-
vina libertas, si aliquis actus bonus subterfugit eius im-
mediatum dominium. Secundo: quia consensus non
esset novum donum, & beneficium Dei distinctum à
libertatis dono, pro cuius collatione tentamur specia-
les gratias præstare Deo; sequela, quæ valde absurda
est. Prob. Non est Deus speciali laude dignus, nec spe-
ciales gratiarum actiones præstare tenemur, nisi pro
eo, quod Deus libere exequitur, & donat. sed Deus non
donat libere, & immediate consensum, sed solum qua-
tenus libere donat libertatem consentiendi: ergo præ-
stando Deo gratias pro tali libertate novas gratias præ-
stare non tenebimur pro consensu. Addo, quod ex hac
solutione videtur colligi; eandem dependentiam habe-
re Deum in suis actibus liberis à libertate creata, ac ha-
bet libertas creata in suis actibus à libertate Dei. Prob.
assumptum: Voluntas nostra dependet a Deo, ad sua
exercitia libera, quatenus à libertate Dei dependet,
quod habeat hanc, vel illam libertatem; hoc, vel illud
auxilium; semel vero collata libertate vnicè stat pro
Deo

dominio voluntatis creatæ determinare vnum exercitium liberum præ altero: Similiter vniuersa à nostra libertate dependet, quod Deus habeat hanc, vel illam libertatem, constitutam, scilicet per scientiam meam efficaciam, vel inefficaciam auxiliij, licet libertate semel supposita vniuersa stet penes dominium Dei determinare vnum exercitium suæ libertatis præ altero; ergo sicut voluntas nostra est libera dependenter à Deo, qui libere constituit suam determinatam libertatem, & est libera in actu primo ab aliquo libero Deo, non sibi; & in actu secundo ab aliquo libero sibi non Deo; ita Deus dependet in sua libertate a voluntate, quæ libere constituit suam determinatam libertatem; quia est liber in actu primo ab aliquo libero creaturæ non sibi, & in actu secundo ab aliquo libero sibi non creaturæ.

44. Tertio probat. principale assumptum: existente gratia prædeterminante actum nullum constitutum potestatis ad carentiam actus deficit; ergo, & potestas ad talem carentiam existit, & exinde actus libertas: Prima consequentia constat, quia dum nullum constitutum rei deficit res existit; & secunda etiam inferitur, quia actum esse à voluntate, ita ut ab ipsa possit non esse, est actum esse voluntati liberum. Antecedens probat, quia assigna constitutum potestatis proxime ad carentiam actus, quod deficit ex eo, quod prædeterminatio ad actum existit.

45. Dicunt; quod existente prædeterminatione deficit eius carentia, & vnum ex constitutivis potestatis proxime ad carentiam actus esse carentiam prædeterminationis ad actum: & rationem esse; quia potestas proxima ad carentiam actus constituitur per carentiam cuiuscumque antecedentis actum. connexi-
cum.

cum actu . dummodo ut à libertate independens;
 cum vero prædeterminatio ad actum talis sit : Po-
 testas proxima ad carentiam actus debet talem præde-
 terminationem excludere, seu constitui per carentiam
 illius.

46. Sed contra i. Carentia prædetermina-
 tionis actus non constituit potestatem ad carentiam
 actus: ergo per prædeterminationem nullum constitu-
 tivum potestatis ad carentiam actus deficit. Prob. an-
 tecedens: Magis opponitur actus cum eius carentia,
 quam prædeterminatio ad actum; quia prima est op-
 positio formalis contradictoria, & immediata, secun-
 da est virtualis indirecta, & mediata; sed deficere ac-
 tum non constituit potestatem ad carentiam actus,
 alias actus non posset coexistere potestati ad eius ca-
 rentiam; ergo nec deficere prædeterminationem ac-
 tus constituit potestatem ad eius carentiam. Explica-
 tur: Prædeterminatio actus pugnat cum carentia actus,
 quia connectitur cum actu; ergo si potestas ad ca-
 rentiam actus non exigit actum deficere, nec exigit
 deficere prædeterminationem actus.

47. Secundo: quia difficile percipitur, quod
 Adversarij intendunt componere; dum ex vna parte
 docent, carentiam prædeterminationis Thomisticæ
 constituere libertatem actus, seu potestatem proximam
 ad eius carentiam. Ad quod sunt convicti ex eo, quod
 prædeterminatio Thomistica (ut aiunt) est necessitas
 simplex actus, & libertas debet constitui per carentiam
 simpliciter antecedentis necessitatis. Ex alia vero
 parte defendunt, quod deficiente prædeterminatio-
 ne actus necessario deficeret actus, sicut existente
 prædeterminatione necessario existit actus; hæc enim
 impossibilia, omnino sunt: quia implicat li-
 bertatem actus constitui per carentiam actus sim-
 pli-

pliciter necessariam; quia libertas nequit essentialiter
 pugnare cum suis constitutivis; alias esset ingens chy-
 mara; & libertas actus pugnat cum eo, quod actus
 necessario deficiat; sed carentia praedeterminationis est
 necessitas antecedens carentiae actus; ergo libertas ac-
 tus nequit constitui per praedeterminationis carētiā. ¶
 Explico vim huius discursus; per praedeterminationē
 Thomisticam intelligitur qualitas praeveniens actum
 metaphisice mutuo connexa cum actu, & a nostra li-
 bertate independens; de hac affirmant adversarij esse
 necessitatem antecedentem actus, nos negamus; alias si
 de diverso obiecto est sermo affirmantes, & negantes
 non pugnamus; unde ex consequenti tenentur affirma-
 re carentiam huius praedeterminationis constituere li-
 bertatem actus; contra tamen ita disputo: libertas ad ac-
 tum constituitur per posse libere existere actū, ac perin-
 de, & deficere, quia libertas unius contradictorij est li-
 bertas alterius; sed libere posse deficere actum non po-
 test constitui per carentiam huius praedeterminationis;
 ergo. Probo min. actus connectitur mutuo cum praede-
 terminatione: ergo carentia actus cum carentia praede-
 terminationis: ergo sicut inferunt, quod existente praede-
 terminatione est mihi necessarium, quod actus exis-
 tat, ita deficiente praedeterminatione erit mihi ne-
 cessarium, quod actus deficiat: ergo libe-
 re posse deficere actum non potest constitui per ca-
 rentiam huius praedeterminationis; non ergo sunt cō-
 ponibilia, quae adversarij contendunt; quod scilicet ex
 defectu praedeterminationis inferatur necessario deficere
 re actum, & quod libertas ad actum constituatur per
 carentiam huius praedeterminationis.

47 Amplius hoc ipsum convinco: dum intēditur
 carentiam praedeterminationis constituere libertatem

N.

actus, seu potestatem proximam omittendi actū, ex eō
 suadetur, quod prædeterminatio est necessitas antecede-
 dens actus; sed carentia necessitatis antecedentis ac-
 tus nequit inferre necessario deficere actum: ergo in-
 consequenter intendunt ex defectu prædeterminatio-
 nis inferri necessario deficere actum. Min. est evidens:
 quia cum defectu necessitatis antecedentis stat actum
 existere, imo ita actus existit semper quod existit libe-
 re, sed impossibile est, quod actus existat, dū actus ne-
 cessario deficit, ut patet: ergo carentia necessitatis ante-
 cedentis non infert actum necessario deficere. Unde
 ex eo, quod deficiat necessitas antecedens ad actū non
 infertur *necessario deficere actum*, sed solum infertur *de-*
ficere actum esse necessario; & non absolute, sed tali ne-
 cessitate, quia ex defectu necessitatis ad actum non in-
 fertur actum deficere, cum actus possit esse cum tali
 defectu, nec infertur deficere actum esse necessario ab-
 solute: quia potest deficere una necessitas, & actum esse
 necessario ex alia necessitate; unde ex defectu unius
 necessitatis solum colligitur actum non esse necessario
 ex tali necessitate; hæc mihi clara sunt, quæ facile quis
 que plurimis confirmabit exemplis.

48. 3. urgeo principale assumptum; si po-
 testas ad dissensum v.g. constitueretur per carentiam
 prædeterminationis ad consensum esset, vel directe, &
 formaliter, vel indirecte, & virtualiter: sed neutro mo-
 do: ergo. Min. quoad primam partem constat: quia ni-
 hil privativum constituit formaliter aliquid positivum;
 & carentia prædeterm. est aliquid privativum:
 potestas vero ad dissensum est aliquid positivum, sicut
 & libertas tali potestate constituta. Secundam partem
 ita probo: quod constituitur indirecte per aliquid est,
 quia constituitur directe, & formaliter per aliud, vel
 realiter identificatum, vel essentialiter connexum cum
 illa

illo aliquo; v. g. homo constituitur indirecte per carentiam humanitatis; quia constituitur directe per rationalitatem connexam cum tali carentia: sed potestas ad dissentium non constituitur directe per aliquid connexum cum carentia prædeterm. consensus, alias illud assignat ergo talis potestas, nec indirecte constituitur per talem carentiam.

49 Dices: Potestatem voluntatis ad dissentium constitui per hoc, quod dissensus sit proxime voluntati possibilis; cum vero dissensus non sit proxime voluntati possibilis dum adest prædeterm. consensus; hinc esse, quod potestas ad dissentium constituatur per aliquid connexum cum carentia prædeterm. consensus, & exinde indirecte per talem carentiam.

50 Sed contra: dissensum esse proxime voluntati possibilem non pugnat cum prædeterm. consensus; ergo nec connectitur cum carentia talis prædeterm. & exinde potestas ad dissentium non constituetur per aliquid connexum cum tali carentia. Prob. antec. Prædeterm. consensus solum infert consensum esse futurum, non vero constituit, nec infert ipsum possibilem, quia plura sunt possiblea, quæ Deus non decernit, nec prædeterminat: ergo solum pugnat cum futuritione dissensus, non cum eius vera, & proxima possibilitate. Prob. consequ. Quia prædeterm. consensus solum potest pugnare cum dissensu modo quo connectitur cum consensu: ergo dum solum connectitur cum consensu ut futuro, solum pugnabit cum dissensu ut futuro, unde, & cum eius futuritione non possibilitate. Aliter: Prædeterm. consensus solum opponitur indirecte dissensui, quatenus directe opponitur prædeterm. dissensus; ergo non potest opponi cum dissensu magis, quam cum eius prædeterm. Patet hæc consequ. quia indirecte oppositum alicui extremo, nequit habere maiorem

re oppositionem cum illo, ac cū extremo directe op-
positionis; quia propter quod vnūquodque tale, & il-
lud magis: & ideo, quia calor indirecte opponitur a-
que, nequit magis opponi aque, ac frigori, cui directe
opponitur. Pergo; sed prædeterm. cōsensus solū reddit
non futuram prædeterm. dissensus, non vero impossi-
bilem, cum libere causetur à Deo dum existit: ergo præ-
determ. consensus solum reddit non futurum dissensum
minime vero impossibilem.

51. Alter Vergetur. Quando voluntas prædetermina-
tur ad consensum, ita ad ipsū prædeterm. vt possit præ-
determ. ad dissensum: ergo, & voluntas ita eliciet con-
sensus, vt possit elicere dissensum; vnde prædeterm. cō-
sensus non pugnabit cum possibilitate dissensus. Antec-
ertū; quia Deus libere causat prædeterm. quam potest
nō causare. Prob. cons. Si voluntas prædeterm. ad dis-
sensus ipsū eliceret, & non consensum, sed dū præde-
term. ad consensum, & ipsum elicit potest prædetermi-
nari ad dissensum: ergo dum prædeterm. ad consensum
potest elicere dissensum.

52. Explicatur: Ideo voluntas prædeterm. ad
consensum potest prædeterm. ad dissensum; quia licet
vna prædeterm. non possit alteri coexistere; nec possit
eum alia esse coniunctim; minime aufert alteram pos-
se adesse, cum adhuc dum illa existit possit altera esse
diuisim ab ipsa: ergo pariter dū voluntas prædeterm.
ad consensum poterit elicere dissensum; quia licet dis-
sensus non possit ei prædeterm. coexistere, nec possit
cū ea esse coniunctim; non tamen illa auferet dissen-
sum posse adesse, quia adhuc dū illa prædeterm. existit
poterit esse dissensus diuisim ab ipsa. Pat. cons. quia oī
voluntas prædeterm. ad dissensum ipsum efficit: ergo
modo quo est voluntati possibile prædeterm. ad dis-
sensus erit ei possibile ipsum efficere.

Dices: quod licet voluntas praedeterm. ad consensum possit praedeterm. ad dissensum, & exinde ipsum elicere, non probari voluntatem tunc libere elicere consensum: & rationem esse; quia ut voluntas libere consentiat non sufficit, quod possit utcumque dissentire, sed exigitur, quod ex sua electione, & determinatione possit dissentire; alias non esset in manu consilij sui; nec pro sua optione obtineret consensum praedissensu; cum vero posse efficere dissensum, quia possit à Deo praedeterm. ad dissensum, non sit posse dissentire ex sua electione, & determinatione, sed potius ex determinatione Dei: Talis potestas dissentiendi solum inferret consensum praedissensu esse liberum Deo, non voluntati: unde potius redargues. Voluntas praedeterm. ad consensum solum potest dissentire pro casu praedeterm. dissensus, sed praedeterm. ad dissensum non est ex electione voluntatis, sed vnice pro nutu Dei: ergo, & voluntas poterit dissentire vnice pro nutu Dei, non vero ex propria electione.

34 Sed contra est: Licet voluntas solum possit elicere dissensum praedeterm. à Deo est vere potens ad efficiendum consensum ex propria determinatione; ergo, & vere libera. Prob. anteced. libertas, seu dominium voluntatis in sua exercitia est secundum subordinatumque, subiectum, & dependens à Deo primo libero, & supremo Domino; sicut ens secundum, & secunda causa dependet essentialiter à primo ente, & prima causa: sed de conceptum doctumq; agentis liberi est potestas se determinandi; ergo voluntas ex suo dominio solum erit potens se determinate dependenter ab alio, vt primo determinate: ante: ergo ex eo, quod non possit consensum nisi dependenter à praedeterm. Dei non probatur voluntatem non habere potestatem se determinandi, sed non habere potestatem independenter

dentem ab alio prius determinante: ergo, nec infertur non habere veram libertatem, & dominium, sed solum non habere libertatem independentem ab alio primo libero, & Domino, quod fatemur. Clarius est duplex vera libertas, vna prima, & independentis; altera secunda, & dependens ab alia libertate: ergo erit duplex vera potestas se determinandi, vna prima, & independentis, alia secunda, & dependens ab alia determinatione.

55. Secundo: Est vera potestas efficiendi in causa secunda, licet sit dependens ab alia causa primo, & immediate suos effectus efficiente: ergo erit vera potestas determinandi in secundo libero, licet sit dependens ab alio libero primo, & immediate suos effectus determinante: Antecedens est commune apud Theologos contra Durandum: & consequentia inferitur, quia sicut causa secunda dependet à prima, secundum liberum à primo; & sicut est de conceptu cause virtus ad efficiendum, est de conceptu liberi virtus ad se determinandum.

56. Urgetur tacitam solutionem apud adversarios communem impugnando: Non statuitur verus conceptus primæ cause, per hoc, quod prius efficiat, & omnis alia causa efficiatur ab ipsa, si non adstruitur immediate efficiens omnia exercitia cuiuscumque alterius cause: ergo non statuitur verus conceptus primi liberi, per hoc quod prius determinet, & quod omnis alia libertas determinetur ab ipso, si non adstruitur immediate determinans omnia exercitia cuiuscumque alterius liberi: sed libertas cause secundæ nequit excludere, quod primum liberum exposcit: ergo libertas eius nequit excludere immediatam determinationem primi liberi in sua exercitia.

SECTIO VLTIMA

Disputationis ultima elucidatio; Amplius roborando prin-
cipium non peti, dum praedeterm. coexistere libertati
quod edocetur, quia in actu, & modum ipsum li-
bertatis infert.

87

Argumenta, quae contra praeviam deter-
 minationem divinam consensus liberi
 validissima manu ab opposita factio-
 ne instruuntur, quia ut adversarij autu-
 mant, cum ea libertas voluntatis creata incomponi-
 bilis sit, in toto hoc opere abunde per specialia dubia
 diluere satagam; nunc solum ex professo eneruabo,
 quidquid contra nostram concordiam ex inconve-
 nienti egregiae petitionis principij, molitur; pon-
 derationibus superius cum omni sua vi adductis.

Et suppono adversarios nobilium con-
 sentire, in eo, quod ex determinatione efficaci divina
 consensus quoad substantiam, & modum libertatis,
 non colligitur ipsius consensus necessitas. Et ratio est
 evidens: quia determinatio solum infert, & connecti-
 tur cum eo, quod determinat; sed determinatio con-
 sensus ut liberi non determinat necessitatis, sed liber-
 tatis modum in consensu: ergo, nec infert modum ne-
 cessitatis, nec cum eo connectitur. Aliter: ex determi-
 natione efficaci divina tanquam ex antecedenti tan-
 tum colligi potest pro consequenti id ipsum, quod
 Deus determinat; sed per talem determinationem so-
 lum determinat Deus consensum fieri libere: ergo ex
 tali determinatione nequit inferri pro consequenti
 consensum fieri necessario. Aliter; talis determinatio
 sua efficacia solum facere potest, id, cuius est determi-

natio; sed est determinatio, ut consensus fiat à voluntate, & libere: ergo sua efficacia solum facit consensus fieri libere à voluntate: ergo per efficaciam suam potius infert, quam aufert libertatem consensus.

59 Cum ergo talis prævia determinatio inferat libertatem, restat ostendere non esse impossibilem, facile enim adversarij, ut existimant, asserunt talem determinationem consensus liberi esse in terminis implicatoriam.

60 Sed esse possibile novissime Doct. Recentior Thomista ita suadet: Talis prævia determinatio divina consensus liberi, vel aufert libertatem; quia est impossibile, vel est impossibile, quia aufert libertatem? Si 1. cum læsio libertatis ex impossibilitate illius determinationis proveniat, debet probari impossibilitas illius determinationis ex alio capite, quàm ex læsione libertatis, quod nunquàm fit. Si 2. ergo debet probari determinationem illam auferre libertatem præsciendò ab eius impossibilitate; cum impossibilitas ex læsione libertatis proveniat; quomodo vero præcisa impossibilitate determinationis efficacis consensus liberi fundari poterit talem determinationem suà efficacia lædere ipsammet libertatem, quàm sua efficacia infert?

61 Hoc tamen argumentum licet ingeniosum haud difficile erit adversarijs solvere asserendo determinationem divinam consensus liberi esse impossibilem, quia infert, & simul aufert libertatem; in coexistentia enim huius contradictionis adæquate constituent impossibilitatem illius determinationis. Quod exponit 1. in determinatione divina consensus liberi constituyente posse, seu ex parte actus primi exacta, ut actus libere fiat. Hanc determinationem asserimus esse impossibilem, quia libertatem perimeret. Si vero evidenter convincis, talem determinationem libera

P. Palanco
q. 16. sect.
10. de pro;
vid.

libertatem inferre, quia ad eam determinat, & cum ea connectitur. Statim occurritus, non exinde probari talis determinationis possibilitatem, sed solum venire ei determinationi in unum ex contradictorijs, in quorum coexistentia consistit eius impossibilitas, quia nil magis impossibile, quam predicatum inferens id ipsum, quod aufert. 2. Si quis affirmaret, necessitatem simplicitate antecedentem ut consensus libere fieret; omnes indubitanter esse chymericam assereret: quia vera libertas excludit quamcunque necessitatem antecedentem simpliciter talem. Si vero deum monstraret, illam necessitatem libertatem inferre, cum ad consensum liberum necessitaret, & cum eo connecteretur; statim diceremus, vatum contradictorium exinde colligi ex illis in quorum coexistentia consistit talis necessitatis impossibilitas, chymærica enim esset, quia libertatem actus simul inferret, & auferret: Non ergo, nobis sufficit convincere, determinationem Dei, ut consensus libere fiat, libertatem inferre, si ulterius non progredimur ad probandum libertatem inferre absque contradictione, seu ita illam inferre, ut minime destruat id ipsum, quod infert.

62. Nec obstabit superaddere cum eodem Docto Authore; quod solum voluntas Dei potest esse chymærica, quia tendit in impossibile, aut malum culpæ, vel modo indecenti ipsi Deo; cum Deus possit velle modo sibi decenti omne bonum possibile; sed Deum velle prædeterminare amorem fieri libere est velle obiectum bonum possibile, & modo sibi decenti, cum decentissimum sit divinæ voluntati esse existentium prædeterminativam, ex D. Dionysio: ergo poterit Deus velle prædeterminare amorem, fieri libere.

P. Palanco
ubi supra,

D. Dionys.
c. 5. de div.
nominibus,

62. Non inquam obstabit: Quia falsum est
Deum

Deum posse velle modo tibi decenti omne bonum possibile; Modus enim necessitandi, est decentissimus, & congruentissimus Deo, & tamen licet *amorem fieri libere* sit bonum Deo possibile, nequit Deus velle *amorem fieri libere* necessitando ad ipsum; non ergo potest velle modo tibi decenti omne bonum possibile; sed ut Deus possit velle possibile bonum aliquo modo, est necesse, quod tali bono sit congruus talis, modus tendendi ex parte Dei; adstringimur: ergo ad probandum huic obiecto *amorem fieri libere* esse congruum prædeterminare ipsum; & cum non sit ei congruum necessitare ad ipsum, cogimur ad suadendum Deum velle tale obiectum prædeterminare, non esse ad ipsum necessitare; quod inefficaciter suadebitur adducto medio.

63. Unde, aliter, ostenditur determinationem efficacem divinam consensus liberi non esse impossibilem. i. determinatio consensus ita potest inducere consensum ut potestatem proximam, dissentus minime auferat, ut probavi superius; ergo poterit ita inducere libertatem ut eam inferat, sine contradictione auferendi id ipsum, quod infert. Patet consequens. Quia consensum esse à voluntate per gratiam potente proximæ dissentire est consensum esse voluntati liberum; cum qua doctrina omnia exempla ab Authoribus oppositæ sententiæ adducta sine vi manent; nulla enim determinatio necessitans potest modum libertatis in actu causare, cum quælibet ita actum inferat ut potestatem proximam ad oppositum actus adimat: Nec principium petimus, dum præviā determinationem divinam consensus liberi non perimere libertatem dicimus, quia eam causat; non enim hoc, sine ratione edocemus, sed adductam præstamus.

64. 2. quia nullum est ens, nec entis modus;

Sect. 3. 6


4.

Sect. 2.

aut, qui destruat per hoc præcisè, quod Deus efficaciter velit, sed determinet ipsum existerè; cur ergo ab hac vniuersali excipiès libertatis modum? Modus libertatis etiam subijcitur Dei supremo domino; in cuius ditione cuncta sunt posita; quia omnia, quaecumque voluit fecit: cur ergo, Deus destruet potius, quam facies actum liberum, ex eo quod efficaciter velit ipsum facere?

65. Unde ita disputa: Consensus liber per subiectionem Dei immediato effectivo dominio non destruitur: ergo nec per subiectionem Dei immediato dominio determinatiuo. Prob. conseq. Nullum dominium effectivum potest esse in Deo; quod determinatiuum non sit; omne enim efficiens non determinans est in efficiendo subiectum principio determinanti; & dum aduersarij exempla adducunt, vt suadeant recte componi principium aliquod efficere, & non determinare, semper exposco; vt ad rem sint, quod superaddant; illud principium efficiens non determinans determinanti non esse subiectum in efficiendo; sed dominium effectivum Dei nequit esse alteri dominio in efficiendo subiectum; semper enim Deus efficit vt supremus Dominus, & Dominus dominantium; nec quis reliquit nos in manu consilij nostri, nobis suam omnipotentiam subijcit; ergo sicut consensus liber non excludit, sed potius exigit immediatum Dei dominium effectivum, ita nec abiiciet, sed exposcet immediatum Dei dominium determinatiuum.

66. 3. consensus esse consentienti liberum non pugnat cum discretionem intrinsecam consentientis facta à Deo per gratiam interiorem consentienti prævenientem consensus; sed gratia in-



Innoc. XI.
in Decreto
novissima
edito.

terior præveniens indifferens, & non determinans
nequit esse discretiva consentientis: ergo consen-
sum esse consentienti liberum non excludit Deum
per gratiam prævenientem determinare consen-
sum. Discursus rectus: Et præmissas alibi diffuse pro-
bavi. Mai. quia si non esset gratia præveniens interior
discretiva consentientis, non video, qualiter Au-
gustin. ex illo Apostolico testimonio, *quis te discer-
nit* potuerit colligere adversus Pelagium gratiam in-
teriorem prævenientem distinctam à donis naturæ,
si non exigit gratiam prævenientem discretivam.
Min. sic: Augustin. negavit Deum posse discernere
consentientem per dona naturæ, quia per *dona
communia omnibus hominibus non discernuntur homines
ab hominibus*: ergo nec per dona gratiæ discernen-
tur, si communia sunt. In hocque fundamento
semper insistam vsque dum adversarij, edoceant me
principium in quo inniritur hic August. discursus; *Deus
discernit consentientem: ergo prævenit ipsum per donum dis-
tinctum à donis naturæ.*

67. 4. recte oramus Deum salutarem
consensum adhuc supposita libertate ad ipsam; sed
valde stultum esset orare alterum pro eo, quod in
mea potestate iam obtineo, independenter à novo
dominio, & determinatione alterius: ergo recte
conciliantur me libertatem habere ad consensum, &
quod consensus exigat determinari à Deo;

Quod fundamentum diffuse alibi tradidit
di; & inferius specialiter con-

firmabo.

Quæ-

T. V. disp.

2. q. 1. per

totam.

T. I. disp.

2. q. 3. sect.

6.

QVÆSTIO QVARTA

Utrum prædeterminatio exacta ad actum salutarem seruet illam libertatem eius, ex eo, quod posse ad actum non constituat?

VT clarius in valde obscuro dubio procedam, præmoneo 1. ut de verbis non contendamus, ad rem nil conducere, dum prædeterminatio adstruatur posse ad actum constituens, quod illud constituat per modum virtutis, aut per modum complementi constitutis potestatem expeditam, & completam: ratio est: quia cum libertas non solum exigat posse, sed posse expeditum, & completum, equæ erit impossibilis libertas sine prædeterminatione, siue exacta sit ut existat posse, siue ut existat posse expeditum.

2. Præmoneo secundo: dupliciter posse exigitari, quod auxilium efficax, seu prædetermini. posse liberum constituat; scilicet, vel ut constitutum exactum, vel ut constitutum permissum: esse constitutum exactum, est quod nulla possit esse verâ potestas libera, seu completa, & expedita ad agendum, quæ non sit per auxilium efficax constituta; esse vero constitutum permissum, est; quod potestas libera, seu expedita agendi possit constitui, vel per auxilium sufficiens, quod identice non sit efficax; vel per auxilium sufficiens, quod realiter, & identice sit efficax; sicut enim inter duo auxilia sufficientia v.g. A. & B. quodlibet potest constituere potestatem, & neutrum est exactum ad eam constituendam; ita inter duo auxilia, vnum pure sufficiens, & aliud sufficiens, & identice prædeterminans, potest discursi, quodlibet possit

posse potestatem liberam constituerē; & neutrum esse exactum ad potestatem liberam constituendam.

3. / Si vero opponis: Constitutum necessario exigere sua constitutiva: ergo, & constitutum potestatis est necessario exactum ab ipsa potestate. ergo nequeunt coherere; prædeterminatio esse constitutum potestatis, & non esse exactum ab ipsa potestate. ¶ Evidenter Respondeo: Constitutum potestatis esse necessario exactum ab ea potestate, quam constituit; non vero esse exactum ab ea potestate, quam non constituit: unde apud afferentem, quodlibet ex duobus auxilijs, unum pure sufficiens, aliud sufficiens, & efficax, posse sufficienter constituere veram, & expeditam potestatem ad actum salutarem; neutrum ex illis erit exactum ut sit aliqua potestas; quodlibet vero erit exactum, ut sit ea potestas, quam ipsum constituit; sicut ex animis rationalibus A. & B. qualibet est sufficiens ad constituendum hominem; neutra est exacta ut sit aliquis homo, sed qualibet necessario exigitur ut sit homo ille, qui per ipsam constituitur.

4. Cum vero in disputationibus publicis ex non penetrata mente Doctorum gravem equivocationem accidere doleam, opere pretium duxi, licet alibi meam mentem expresserim, rationibus efficacibus, & fere insuperabilibus, munitam, amplius in his immorari, & secundam apponere manu, ut quid certum, quid disputabile sit manifestem; dicta non transcribam, scriptis plura scitu digna superaddam.

5. Plurima tamen resolvenda sunt ad plenam dubij discussionem. 1. An prædeterminatio ad actum sit constitutum exactum, ut sit potestas proxima, & expedita agendi? 2. An licet auxilium efficax prædeterminans non sit exactum ad posse, de facto posse constituat in eo, qui salutariter agit? 3. Vtrum si grad

T. I. disp. I
q. 8. per totam, & disp.
p. 2. q. 3. se
c. 7.

gratia praedeterminata potestatem consentiendi contingeret libertatem consensus de medio tolleret, ita ut sit impossibilis libertas consentiendi per talem gratiam constituta? 4. Vtrum recte concilientur, gratiam praedeterminatam esse praeventivam, & exactam ad agere, & non constituisse potestatem expeditam agendi? 5. Vtrum praedeterminata ad actum salutarem non constituat posse, licet non consistat in actione Dei, sed in aliquo intrinsece in voluntate recepto, & realiter ab actu distincto? 6. Vtrum, eo ipso quod praedeterminatio non constituat potestatem agendi illaenam servet libertatem actus, ubi, An principium connexum cum actu, & inde pendens a libertate in existendo auferat libertatem actus, dum non constituit posse ad actum? Quorum omnium resolutionem per sequentes sectiones iam exhibeo.

SECTIO PRIMA

Praedeterminatio ad actum, nequit esse constitutum exactum, ut sit potestas proxima, & expedita agendi.

Hanc conclusionem principium sanctum iudico, ab omnibus Catholicis Doctoribus pie susceptum, solumque a Iansenianis, Calvini discipulis, aut similis factione hominibus pessime denegatum: unde propositio contradicens conclusioni est omnino improbabilis, aut erronea, ne dicam Haereticam: Demonstro ergo conclusionem multipliciter ex fidei principijs. Primo: est certum de fide, quod saepe datur auxilium sufficiens ad recte operandum, licet deficiat efficax; sed dum adest auxilium sufficiens adest potestas proxima, & expedita

pedita ad agendum, sufficientia enim ad agendum sine potestate expedita agendi ex terminis est intelligibilis: ergo dum deficit auxilium efficax, adest potestas proxima, & expedita ad agendum: ergo auxilium efficax, seu prædeterm. non est constitutivum exactum huius potestatis, Conseq. evidens, cum ex terminis sit notum, quod nequit esse potestas, dum deficit aliquod ex constitutivis exactis ut sit.

7. — Maiorem, ad quam necesse est difficultatem devolui, adversum Iansenium tenent ut fide certam omnes Theologi, ita ut summo consensu asserant citra manifestam Hæresim negari non posse, gratiam dari sufficientem, quæ non sit efficax; solum physica prædeterminationis assertores appellabo, ne Ianseniani, ut solent eorum patrocinio gloriantur, & primo Dominicanos, qui Hæresis infamia notant Iansenij errorem, adducam; & statim occurrit Illust. Fr. Petrus Tapia, Hispalensis Antistes, Primariæ Theologiæ Cathedræ in hac Complutensi Academia Moderator, asserens: *Gratiam actualem dividunt Theologi in auxilium sufficientis, & efficax: sufficientis est, quod præstat posse operari; efficax vero tribuit infallibiliter ipsum operari, cum effectu; Divisio hæc colligitur ex sacris litteris, in quibus quidem utriusque fit mentio; sufficientis quidem ex Apost. Omnia possum in eo, qui me confortat: Non ait, omnia operor, seu facio, sed omnia possum: quia auxiliij sufficientis est præstare solum posse, & ideo dixit: Non sumus sufficientes cogitare aliqua à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Ecce expresse meminit gratia sufficientis, qua possumus pie operari, eamque ait ex Deo esse, ex quibus & Apostoli, verbis Concilium Arausicanum, & D. Thom. colligunt gratiam sufficientem ex Deo esse, & hanc nemini deesse, quando tenetur, vel oportet operari.*

Tapia q. 1.
de gratia
art. 3.

Ad Philip.
4.

2. ad Cor.
3.

Conc. Arau-
sic. Can. 7.

D. Th. ad
hæc verba

1. et. 1.

8 RR. etiam Ioannes a Sancto Thoma, nos-
trae Universitatis Primarius Professor, quo physice
prædeterminationi nemo addictior, lanseianam opi-
nionem clarè contra sacram esse scripturam profite-
tur, his verbis: *Et si clare deducatur ex scriptura, non om-
nem gratiam Dei esse efficacem, ut deducitur ex illo Isaia.*
*Quid ultra debui facere vineæ meæ, & non feci? Ex-
pectavi ut faceret vuas, & fecit labruscas. Et Matthæi:*
Quoties volui congregare filios tuos sub alas, & no-
quisti. Tamen Catholici Doctores gratiam illam inefficacem
insufficientem appellant.

9 M. Alvarez dividens auxiliium in suffi-
ciens, & efficiens, ait: *Nudum Catholicum posse dubitare de*
illa divisione Conciavit M. Ledesma asserens: *Certum*
est secundum fidem, quod detur hominibus auxiliium suffi-
ciens. Hoc dictum probari ex multis dictis Conciliorum, &
præcipue ex Concilio Arausicano, & ex Concilio Tridentino
in quibus aperte determinatur, quod auxiliium suffi-
ciens datur hominibus: ergo hoc est certum secundum fi-
dem. Coronidem imponat SS. ille divinæ gratiæ præ-
determinantis defensor; M. Lemos ita pronuncians:
Licendam divisionem hanc actualis auxiliij inefficax, &
sufficiens cononiam, imò re ipsa virtualiter, & implicite, &
per equivalentiâ verba traddi in litteris sacris; sancti/que
Concilijs, Patribus, Theologis, ac ratione ipsa Theologica
aperte comprobari. De quo Bellarminus, & Archiepiscopus
Tranensis, qui optime eam ex sacris litteris, Concilijs, &
Patribus deducunt. Quod solita, & mira eruditione dif-
fulse prosequitur. Nec adiungo assensionem veter-
um Thomistarum Caietani, Ferraricæ, Dominici
Soto, Navarrete, & Mediæ agnoscentiam auxi-
lium sufficiens ab efficaci distinctum in statu natu-
ræ lapsæ, quia eos asciscit P. Gonet erudite, & so-
lide.

Ioan. a S.
Th. m. in I.
2. q. 111.
disp. 24. ar-
tic. 1.
Isaie 5.

Matth. 23.

Alvar. dis.
21. de auxi-
lijs.
Ledesma de
auxilijs q.
unic. artic.
16.

Araus. ca-
n. & can.
25.

Trid. ses. 6
cap. 5. & c.
13.

Lemos lib.
4. p. 2. c. 8.

Bellarmin. lib.
1. de gra-
t. c. 11.

Alvar. ubi
sup. m. 111.

Gon. de vo-
lunt. Dei d.
4. 3.

O

Ex

Zum. 1. 2.
disp. 4. de
auxil. effic.
sect. 1.

Calvin. 1. 2
inst. cap. 3.
sect. 10. &
ib. 3. c. 24
sect. 15. &
16.

Cabrera in
3. p. q. 18.
art. 4. dub.
3.

Lorca de
grat. disp.
17.

August. de
Corrept. &
grat. c. 11.
& 12.

Montes. q.
111. disp.
31. q. 5

10. Ex his autem defensoribus physice prædeterminationis, qui Dominicans subsidio venerunt; Iansenianos condecernant. SS. Zumel asserens articulum de divisione gratiæ insufficientem, & efficacem receptum esse ab universis Theologis contra Hæreticos, & contra Calvinum, & Lutherum. Viteriusque supponit. Certum esse de fide, quod datur hominibus auxilium sufficiens, quibus interdum non donatur efficax. Quod uberrime sacris testimonijs confirmat. Aditque; tuxta sensum Calvinus eiusque errorem, sequitur nullos habere gratiam sufficientem, qua possint, qui non habeant etiam efficacem, qua vellint, ut clare Calvinus protulit loco citato. Id autem manifeste contradicit Scriptura, & Evangelio. Cabrera etiam Catholicam vocat sententiam Iansenio oppositam his verbis: Circa hanc difficultatem, Calvinus negat auxilium sufficiens, & solum admittit efficacem. Pro resolutione veritatis sit prima conclusio. Divinum auxilium actuale convenienter dividitur in auxilium sufficiens tantum, quo scilicet possit operari homo, & in auxilium efficacem, quo de facto operetur. Hæc conclusio est Catholica. M. Lorca Cisterciensis Religionis immortale decus, & nostræ Universitatis Primarius in Cathedra Scoti Professor, ita scribit: Ultima divisio est in gratiam sufficientem, & efficacem, quæ hoc tempore in scholis celebris est propter exortas controversias cum recentioribus Hæreticis. Hæc gratiæ divisio aperte constat ex Augustino. Et probatur, quia esse gratiam sufficientem constat, cum fides doceat, non posse hominem prestare plurima, nisi gratiæ auxilio instructum. Illustrissimus denique Ludovicus Montelino, nostræ Primariæ Sacræ Theologiæ D. Thomæ Cathedræ in hac Complutensi Academia Moderator, de divisione gratiæ insufficientem, atque efficacem disputans, asserit. Receptissima est hæc divisio ab omnibus Catholicis, quam deinde probat pluribus Sacræ Scrip:

Scripturæ, & August. testimonijs; advertitque etiam Calvinum, dum afferit solos prædestinatos illuminari à Deo illo lumine, quod præbet facultatem ad salutem, hoc enim ex testimonijs scripturæ aduètis refutatur. Auxilium itaque sufficiens non solum prædestinatis, sed etiam reprobis; non solum ijs, qui respondent, sed etiam ijs, qui resistunt, tribuitur, & per huiusmodi auxilium, aut gratiam sufficientem suscipit aliquis facultatem ad opera dum, quæ conducunt ad suam salutem. Nil expressius.

Calvin.
supra.

¶ 11. Vnde Iansenianus error, negans in statu naturæ lapsæ gratiam interiorem, quæ posse verum ad salutariter agendum exhibeat, & non sit efficax, ex Calvino fuit depròmissus; ut ex Theologis citatis constat, & solita eruditione demonstrat P. Decamps; & non semel in hoc opere præmonui. Præter verò evidètia testimonia Scripturæ, Conciliorum, & PP. quibus probavi gratiam interiorem resistibilem, & cui de facto sæpius resistitur, quæ similiter gratiam interiorem pure sufficientem convincunt; præterque rationes ex sacris litteris desumptas, & adductas à præcitatis Theologis, eandem fidei veritatem amplius comprobare non gravabor.

T. Te
lib. 1.

8. c. 2.

T. 1. f.

& f. 4

& supra.

9.

T. 1. disp.

9. 4. sect.

¶ 12. Primo: Arausicanum enim Concilium sic decrevit: Hoc secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per Baptismum gratia omnes Baptizati Christo auxiliante, & cooperante, quæ ad salutem pertinent, possint, & debeant, si fideliter laborare vellent, adimplere. Ex quibus verbis, ait Bellarminus: Sequitur omnes iustificatos habere auxilium sufficiens ad perseverandum, si enim accepta iustificante gratia non haberent auxilium sufficiens, non possent, imò nec deberent, quæ ad salutem pertinent adimplere.

Araus. 2.
can. 25.

Bellarmin. de
grat. & lib.
arb. c. 1.

¶ 13. Secundo: Tridentina Synodus, damnans Lutheranorum, & Calvinistarum errorem asseren-

tium, neminem posse sine temeritate perpetuę continentię votum emittere, quia gratia ad illud observandum necessaria non semper adest; & votum rescindi, ita ut ad matrimonium teneatur, si quis experitur ubi talem gratiam deesse; ita decernit: *Si quis dixerit, post se omnes matrimonium contrahere, qui non sentiunt se castitatis, etiam si eam voverint, habere donum, anathema sit; cum Deus id recte petentibus non deneget, nec patitur nos, supra id, quod possumus tentari.* Quibus in verbis, omnibus, qui se continentię voto adstrinxerunt auxilium sufficiens gratię ad eam servandam, Concilium concedit: cum ideo decernat matrimonium non esse licitum continentię voto devictis, licet non habeant castitatis donum, quia Deus recte petentibus eum non denegat; unde supponit omnes habere auxilium sufficiens ad recte petendum, alias argumentum Hæreticorum in sua vim acriet, intenderent enim, quod possent nuptias contrahere, qui sentirent se non posse donum castitatis recte petere, & cum alteram rationem adiungit ex eo, quod Deus non patitur nos tentari supra id, quod possumus, pro explorato habet, omnes perpetuam castitatem Deo offerentes obtinere auxilium sufficiens ad resistendum tentationibus, alias Deus pateretur eos tentari supra id, quod possunt.

14. Addo SS. Alexandrum 8. in sua constitutione nuper edita damnayisse hanc propositionem, *Gratia sufficiens statui nostro, non tam utilis, quam perniosa est, sic ut proinde merito possimus petere, quod gratia sufficiente libera nos Domine.* Quam inter alias Theses publice tuendam proposuit Ioannes Sinichius Doct. Lovaniensis die 16. Octob. anni 1649.

Alex. 8. in
Gen. Inqui.
Roman. die
7. Decem.
anno 1690

—
—
—

Et refert Eminent. Aguirre. in suo. Doctissimo ter-
tio tomo Theologiae S. Anselmi, de natura lapsa. Non
solum igitur definit Ecclesia gratiam sufficientem
non esse perniciosam statui lapsus nostro, sed esse uti-
lem; nullaque eius utilitas est nisi quatenus nobis praes-
tat posse ad salutariter agendum, sicut, & exhibuit Ada-
mo in statu naturae sanctae ad perseverandum: quod aliter
enim gratia sufficiens erit utilis; si non tribuit aliquem
effectum voluntati? Non donat velle bonum, alias
efficax foret: ergo tribuit posse velle bonum: ergo
omnino certum est, quod per sufficientem gratiam,
licet deficiat efficax, posse salutariter operari, sufficien-
ter constituitur, & exinde gratiam efficacem non
esse exactam ad talem potestatem constituen-
dam.

Aguir. dis.
124. sect.
1.

15. Secundo principale assumptum prob.
declaratum est à Sacrosancta Tridentina Synodo, quod
Deus impossibilia non iubet, adversus Lutherum asse-
rentem: *Quicumque negat Deum impossibilia iussisse, pes-
sime facit*; quem Theologi Lovanienses tunc damna-
runt iuxta illud celebre S. Hieronymi proloquium:
Qui dixerit Deum precipisse impossibilia, anathema sit.
Vnde Sancto Basilio affirmanti: *Impiam est asserere
Spiritus S. praecepta esse observatu impossibilia*; & S. Au-
gustino asserenti: *Firmissime creditur Deum bonum, &
iustum impossibilia non potuisse precipere*: Omnes Ca-
tholici summo consensu subscribunt; ideoque iulissimè
SS. PP. S. Pius V. & Gregorius XIII. damnave-
runt Baianum Dogma: *Definitiva haec sententia: Deum
homini nihil impossibile precipisse, falso tribuitur à Au-
gustino, cum Pelagij sit.* Si enim precipi possent, quae
adimpleri non possunt, ex praeceptis inepte nostra li-
bertas à necessitate convinceretur; cuius oppositum
ut fide certam docuimus alibi.

Trid. sess.
6. cap. 11.

Lutherus in
confutatio-
ne rationis
Latom. fol.

227.

S. Hier. ep.
ad Dama-
sum.

S. Basil. ora-
t. in illud
attende tibi

Aug. de na-
t. & grat.
cap. 69.

Pius 5. &

Greg. 13.

in Baium.

T. 1. q. 2. se
Et. 7. & 8.

Decamps li
b. 1. disp. 6.

c. 4.

T. 1. disp. 1.

q. 7. sect. 1.

Montesino

q. 109. ar.

2. 3. q. 7. se

Et. 2.

Nec valet recurrere: quod præcepta sunt possibilis, quatenus semper adest potentia remota ad ea observanda in voluntate consentiens. ¶ Quia hoc effugium Iansenianum est, ex Hæreticis ceptum, ut convincit P. Decamps, & alibi demonstratum reliquo. ¶ Nec Doctores refero ad hanc veritatem confirmandam, quia in ea ante Iansenij ortum, uniformes conspirarunt Theologi omnes; solum adducam Antecessorem meum illust. Ludovicum Montesino, quem Complutensis Academia ut Theologorum suorum Principem veneratur, ex professo probantem, *omnia præcepta decalogi esse possibilis adimpleri, contra Hæreticos.*

16. Ex hoc ergo fidei principio ita collige: *Deus impossibilis non iubet* ergo dum præceptum obligat res præcepta est possibilis; alias impossibile à Deo præciperetur, seu sæpius præceptum obligat, & deficit auxilium efficax ad rem præceptam, id enim accidit semper, quod præceptum obligans non adimpletur: ergo deficiente auxilio efficaci ad rem præceptam est possibilis res præcepta: ergo, & est potestas proxima, & expedita ad ipsam, non enim est mihi possibile, quod expedite non possum. ¶ Aliter: de fide est, homini iusto præcepta Dei non esse impossibilis, nec ei deficere gratiam, qua possibilis fiant; Innocentius enim X. declaravit Hæreticam hanc Iansenij. propositionem: *Aliqua Dei præcepta hominibus, iustis volentibus, & conantibus secundum præsentis, quas habent vires, sunt impossibilis, deestque illis gratia, qua possibilis fiant;* sed hominibus iustis sæpe deest gratia efficax ad observanda aliqua Dei præcepta, imo, & semper quando amittunt iustitiam peccando: ergo gratia efficax non est exacta, ut possibilis fiant præcepta Dei: ergo nec est exacta, ut sit possibilis res præcepta, aut ad eam

fit

Innoc. X. in
Constit. que
incipit, cum
occasione.

ut potestas, quia esse præceptum mihi possibile est, ac
habere potestatem ad id, quod præcipit.

17 Tercio probatur conclusio: Hac propo-
sicio fuit à Summis Pontificibus adversum Baium prof-
cripta: *Homo etiam damnabiliter peccat in eo, quod neces-
sario facit. Imo, & Hæretica iudicari debet, cum Tri-
dentina Synodus decernat; Si quis dixerit non esse in po-
testate hominis vias suas malas facere... anathema sit. Ut
Calvinum damne: asserente. Nego peccatum ideo mi-
nus imputari debere, quod necessarium sit. Cum neces-
sitate enim composuit peccatum impius Hæresiarcha
propter rationem, quam postea arripuit Iansenius, quia
scilicet, talis necessitas non ex creatione, sed ex natura
corruptela per originale peccatum promanabat; unde
de fide est, omnia peccata esse in nostra potestate qua-
tenus possumus non peccare, quia ea solum in nostra
potestate habemus, quæ non ex necessitate agimus; ut
alibi fundavi. ¶ Imo, & lumine rationis potam iu-
dicavit eandem veritatem Augustinus, qui postquam
peccatum definivit: *Voluntatem retinendi, vel consequen-
di, quod iustitia vetat, & unde liberum est abstinere. Sta-
tim subiicit: Nec hi libri obscuri mihi scrutandi erant,
unde discerem neminem vituperatione, supplicio ve dignum,
qui id velit, quod iustitia velle non prohibet, aut id non
faciat, quod facere non potest. Nonne isti cantant, & in
montibus Pastores, & in Theatris Poetae, & indocti in cir-
culis, & Docti in Bibliothecis, & Magistri in Scholis,
& Antistites in sacris locis, & in orbe terrarum genus
humanum.**

18 Nec vim censurae effugies, aut declinare
presumas asserendo cum Iansenio, quod licet in hoc
statu non sit libertas à necessitate peccandi, peccata
sunt verè libera libertate Adam peccantis, quia ex il-
lo peccato nostro, & ab omni necessitate immuni or-

Tropos 67
in Baium
damnata.
Trid. Sess.
6. Can. 6.
Calvin. lib.
2. inst. cap.
5.

T. 1. disp.
1. q. 2. §. 9
& 10.
August. lib.
de duab. a-
nim. c. 11.

T. 1. disp. 1.
 § 2. sect. 6.
 7. & 8.
 Prop. 1. da-
 nata ab A-
 lex. 8. die 7
 Dec. ann.
 1690.

tum duxit impotentia non peccandi, seu peccandi ne-
 cessitas, qua praemimur in statu lapsus. ¶ Quia hoc
 effugium alibi castigatum, ut multis flagitijs plenum,
 iam audiri non potest, cum SS. Alexander VIII. no-
 vissime damnet hanc propositionem: *In statu naturae
 lapsae ad peccatum mortale, & demeritum sufficit illa li-
 bertas, qua voluntarium; ac liberum fuit in causa suae
 peccato originali, & voluntate Adami peccantis.*

19 Ex hoc ergo fidei principio demonstra-
 tur conclusio omnis homo lapsus peccans habet po-
 tentiam expeditam non peccandi; sed nullus homo
 lapsus peccans habet gratiam efficacem ad non pec-
 candum: ergo non habens gratiam efficacem ad non
 peccandum habet potentiam expeditam non peccan-
 di: unde gratia efficax non est exacta, ut sit talis potes-
 tas. Discursus est rectus: ma. est de fide: min. est ex ter-
 minis nota, quia efficax gratia ad non peccandum
 cum effectu praestat non peccare, unde nemo peccans
 talem gratiam habet. ¶ Aliter: *Ad demerendum in sta-
 tu naturae lapsae requiritur in homine libertas à necessita-
 te, & non sufficit libertas à coactione: ut definit Innocen-
 cent. X. adversus Iansenium Calvini subscriptorem: er-
 go ut quis peccet est exacta libertas à necessitate pec-
 candi: ergo, & est exacta potestas expedita ad non pec-
 candum: Solum enim est quis liber à necessitate pec-
 candi dum potest non peccare; cum ex terminis im-
 potentia non peccandi sit peccandi necessitas; sed ut
 quis peccet non exigitur auxilium efficax ad non pec-
 candum, nil enim exigit ut sit id cum quo pugnat, &
 peccatum pugnat cum auxilio efficaci ad non peccan-
 dum; tale enim auxilium est connexum cum pecca-
 ti defectu: ergo potestas expedita non peccandi
 minime exigit auxilium efficax ad non peccan-
 dum.*

Prop. 3. in
 Ians. ab In-
 noc. X. de fi-
 n. in Bulla
 quae incipit
 cum occa-
 sione.

20 Ultimo denique probatur conclusio: De fide est, interiori gratiae in statu naturae lapsae aliquando resisti, cum sit ab Innocencio X. ut haeretica proscrip- ta haec propositio: *Interiori gratiae in statu naturae lapsae numquam resistitur*; quod ex professo aliquando demonstravi. ¶ Certum omnino etiam est, quod voluntas dum resistit interiori gratiae libere operatur. tum, quia resistit ei culpabiliter, & ideo resistentia increpatur, ut constat ex increpatione Iudaeis à D. Stephano facta, *vos semper Spiritui Sancto resistitis*; & est de fide, ut immediate antea ostendi, non posse esse sine libertate peccatum: Tum quia Sacrosancta Tridentina Synodus, ut libertatem contra Haereticos definiat, *voluntatem posse abijcere inspirationem*: & posse *dissentire Deo excitanti, atque vocanti* statuit, quod inepte faceret, si voluntas libere non posset inspirationem abijcere, aut Deo excitanti, atque vocanti dissentire.

Prop. 2. da
ab Inn X.
T. I. disp. 2.
q. 4. a. s. 2.

Aetor. 73

Trid. ses. 6.
cap. 5. c.
can. 4.

21 Ex hoc principio fidei ita disputo: dum voluntas interiori gratiae resistit libere adest vera libertas, seu potestas non resistendi, aut ei consentiendi; sed dum voluntas resistit non adest gratia efficax ad consentiendum, cum dum adest sit consensus, & voluntas non resistat gratiae cum ei consentit, ut est notum; ergo est potestas expedita consentiendi dum non adest gratia efficax: ergo gratia efficax non est constitutum exactum potestatis. ¶ Aliter: Datur gratia interior, cui voluntas aliquando resistit, sed gratiae efficaci, seu praedeterminanti danti velle bonum; quae Deus facit, ut faciamus, & in praecipis eius ambulemus. numquam voluntas resistit, ut est notum, ergo datur gratia interior, quae non sit efficax, seu praedeterminans; imo, & quae non sit coniuncta, sed separata à praedeterminatione; quod eadem demonstratione con-

vincitur : quia gratia interior resistentiæ sui coniuncta est ab efficaci separata , quæ enim prædeterminationi coniungitur , & non resistentiæ. Pergo : sed gratia interior , quæ est separata ab efficaci dum ei resistitur præstat verum posse velle bonum , & veram libertatem salutariter operandi : ergo talem potestatem , seu libertatem non constituit gratia efficax , seu prædeterminans. Prob. min. Si dum adest gratia interior sine efficaci non esset vera libertas , & potestas ei consentiendi nulla esset culpa ei resistere , aut eam abijcere? *Quis enim peccat in eo, quod nullo modo caveri potest? cum peccati reum teneri aliquem, quia non fecit, quod facere non potuit summa iniquitatis sit & insania.* Exclamante Augustino : sed gratiæ interiori dum resistitur culpabiliter resistitur , & ideo Deus increpat eos temnentes eius gratiam , seu *divinias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis.* ergo.

22 Duo superaddo 1. Authorem quendam scribentem de iustitia originali asseruisse in hoc statu lapsus nullam esse adiutoriam gratiæ nisi quæ , seu efficax exactam per modum virtutis ad actus salutares ; licet tale adiutorium medicinale distingueret à prædeterminatione , quam non per modum virtutis , sed applicationis subordinantis causam secundam primæ adijciebat ; & incidisse in Iansenij damnatos errores , coactumque fuisse negare auxilium vere sufficiens in hoc statu , quod efficax non esset ; unde librum iustissimam censuram promeruisse , prohibendumque censuisse supremum fidei Hispaniarum Tribunal ; in quo consule RR. Tyrso . iterumque damnatum fuisse ab Universali Romana Inquisitione refert Emin. Aguirre ex auditu.

23 2. Nullum ex Thomistis asserere prædeterminationem esse necessario exactam ad posse salutariter agere ;

Aug. lib.
3. de lib. ar.
bi. cap. 18.
August. lib.
de 2. anim.
c. 12.

D. Paul. ad
Rom. 2.

Tyrso t. 1.
disp. 17 per
22. sectiones.

Aguirre t.
3. di. 130
sect. 3.

re, cum ut de sine certum evocant auxilium vere
sufficiens etiam dum deficit efficax, ut conitatur ex Al-
varez, Zumel, & Ledesma iam adductis, & ex PP. Sal-
manticensibus statim adducendis, qui referuntur pro
sententia astruente praedeterm. ex parte actus primi,
cum eorum mens longissime distet à Iansenij errore
ut ex lect. sequenti constabit impugnando eorum sen-
tentiam.

Nec loquutio affirmans, praedeterm. esse comple-
mentum actus primi, obstat: quia aliud est esse comple-
mentum actus primi; aliud exigi ut actus primus in sua
linea sit completus; operatio salutaris, seu actus secun-
dus est complementum actus primi; sed non exigitur
ut actus primus sit in sua linea completus; praedeterm.
ergo solum potest vocari complementum actus pri-
mi, quatenus actum primum complet, & perficit, dum
ipsum ad actum secundum reducit; in quo sensu asse-
rit Divus Thomas. *Complementum virtutis agentis. secun-
di est ex virtute agentis primi.* ¶ Unde illis non assen-
tior. qui praedeterm. vocant motionem virtuosam,
cum nullatenus sit exacta ut virtus causa, quam ad a-
gendum movet, sed integram virtutem supponat; si
vero insistant: posse vocari motionem virtuosam, quia
virtutem applicat, non quia eam det erit quaestio de
nomine, neque in hoc implicabimur. ¶ Ingenueque
fateor me maiorem proprietatem saepius desiderare
in modo loquendi aliquorum asserentium praedeterm.
minat. prestare vires, aut virtutem voluntati; &
inferentium necessitatem praedeterm. quia
exigitur ut voluntas contineat existen-
tiam, & actualitatem ope-
rationis.

Alvarez,
Zumel, &
Ledesma, v
bi sup.
Salm. ubi
infra,

D. Th. 3, Cō
trag. cap.
66. ar. 4.

SECTIO SECVNDA;

*De facto auxilium identice prædeterminans in eo
qui salutariter agit non constituit posse
agere.*

Salm. trác.
14. de gra.
7. disp. 7. du
6. n. 331

24

S

Ap. PP. Salmanticenses supponentes aũ-
xilium sufficiens posse non esse efficax,
& ab efficaci realiter separari, imo de fa-
cto Iudam habuisse auxilium sufficiens
præstans vltimum posse ad existentiam, & actualita-
tem operationis, licet Deus illum efficaciter ad con-
versionem non præmovisset: vbi vt evidens suppo-
nunt gratiam efficacem non esse exactam ad consti-
tuendam potestatem proximam operandi. ¶ Asserunt
1. In eo, qui convertitur necesse non esse duo auxilia
realiter multiplicare, quorum vnum sit sufficiens, &
aliud efficax, cum sufficiat Deum imprimere vnicam
realitatem, quæ eminenter habeat vtriusque auxilij ra-
tiones, quæque præstet vires, & moveat. *Quia non ma-
gis præiudicat libertati (aiunt) vnum auxilium, quod si-
mul eminenter sit sufficiens, & efficax; quam præiudica-
rent duo auxilia, quorum vnum esset præcisse sufficiens, &
aliud præcisse efficax.* ¶ 2. asserunt posse rationabili-
ter dubitari, an sit possibilis casus in quo auxilium effi-
cax nullas præstet vires, sed præcisse moveat? Nam fa-
tis verummile apparet, non posse Deum movere effi-
caciter creaturam ad agendum, quin eo ipso, & eo-
dem, vt sic dicamus, impulsu eam constituat cõplete
potentem ad actualitatem, & existentiam operatio-
nis; licet autem concedatur id non repugnare, nihilo-
minus de facto, & secundum communem providen-
tiam non ita contingere, cum vna realitas auxilij pos-
sit

Salm. ubi
supra n.
332.

fit simul obire munera auxiliij dantis posse, & auxiliij
 moventis ad actum; unde secundum I. minus dantis
 vires ad existentiam, & actualitatem operationis est il-
 lud auxilium complementum actus primi; secundum
 vero aliud munus determinandi, moventi, & applican-
 di non est virtus, nec se tenet ex parte actus primi, sed
 est mera reductio, seu applicatio virtutis.

25. Eandem sententiam defendunt: M. Al-
 varez asserens, idem auxilium in peccatore subito ad
 Deum perfecte conuerso esse formaliter efficax, & e-
 minenter sufficiens, & SS. Lemos, dum gratia adiu-
 vanti tribuit, & prestare vires, & praedeterminare, imo
 auxilium sufficiens, & efficax in consentiente non dif-
 tingui realiter expresse affirmans. Subscribentesque ei
 referunt PP. Salmanticenses, Navarrete, Ledesma, Zu-
 mel, Nazarium, & M. Ioannem a Sancto Thoma:
 Quam sententiam ita diffusse proposui ut constet, ita
 distare a Doctrina (si fas est eam ita vocare) in sect. an-
 tecedenti impugnata; quam quod maxime. Diversis-
 sima enim sunt; auxilium sufficiens semper esse effi-
 cax; ac auxilium sufficiens posse aliquando esse iden-
 tice efficax; primum est indubie omnino falsum; se-
 cundum est probabile; similiter omnino certum est au-
 xilium efficax non esse exactum ad constituendam po-
 testatem proximam recte operandi. non autem aequa-
 lem certitudinem obtinet, quod auxilium efficax in
 consentiente non sit identice sufficiens, & exinde,
 quod non constituat potestatem salutariter operan-
 di, quoad munus praestandi vires, licet non quoad
 munus applicandi; cum contrarium edoceant tot Sap.
 Magistri.

26. Veram tamen iudico oppositam sen-
 tentiam; unde assero auxilium efficax praedetermi-
 nans non solum non esse exactum ad constituendam

Salm. disp.
 5. dub. 6. n.
 125.

Alvar. de
 auxil. disp.
 73. n. 4.

Lemos t. 4.
 p. 2. c. 4. n.
 91. & c. 9.

fol. 33.
 Salm. trac.
 3. de peccat.

disp. 5. n.
 37.
 Ledesma de

auxil. art.
 13. fol. ad
 7 pag. 286

Zumel va-
 riar. disp.
 d. 5. sect. 1.

cont. 4.
 Navarr. t.
 2. in 1. p.

controv. 9.
 s. 1.
 Naz. 1. p.

q. 62. art.
 2. concil. 7.
 Ioan. a S.

Th. 1. 2. in

I. 2. disp.
24. art. 3.
sol. ad 4

Gonet de Vo-
lunt. Dei
disp. 4. s. 3.
Palanco de
Provid. q.
15. s. 343.

Trid. ses. 6
c. 5.

Trid. ses. 6
Can. 4.

potestatem proximam salutariter operandi; sed nec posse esse identice sufficiens, nec constituens potestatem illam adhuc in consentiente. Imo, quod semper, quod auxilium efficax esset adhuc identice potestatem constituens omnino periret libertas; hoc secundum in sect. sequenti probabo; primum tenent iam communiter Thomistæ distinguentes realiter in consentiente auxilium sufficiens à prædeterminatione hancque absolute excludentes adhuc in consentiente ab actu primo; ita Gonet, Palanco non vixime, & alij, quorum album non congero, ne prolixus fiam,

27 Et in asserti confirmationem primo Sacrosanctam Tridentinam Synodum produco definientem, peccatores ad iustificationem disponi libere gratiæ assentiendo, & cooperando, *ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens quippe, qui illam abijcere potest.* Quibus verbis libertatem extinctam non esse in statu lapsus per potestatem abijciendi inspirationem exposuit; similiterque eam exprimit per potestatem dissentendi Deo excitanti in eo, qui gratiæ cooperatur, dum ita decernit: *Liberiorum arbitrium motum, & excitatum à Deo cooperatur assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, ita ut possit dissentire, si velit.*

26 Ex primis Concilij verbis ita discurro: homo ita agit *recipiens inspirationem Dei, hoc est eam acceptando, seu ei consentiendo, ut illam abijcere possit;* sed homo consentiens inspirationem, quæ sit identice prædeterminatio, & efficax gratiæ, abijcere non potest: ergo adhuc in eo, qui consentit inspiratio non est identice gratiæ efficax, seu prædeterminatio. Mai. constat ex verbis Concilij. Min. prob. potestas abijciendi inspirationem non est potestas impediendi ne existat

detur ve nobis a Deo; quia cum inspiratio existat ante omnem nostram libertatis usum, eius existentia non humano, sed divino tantum subditur arbitrio; posse igitur inspirationem abijcere est posse eam frustrare, ea abuti, ei refragari; posse enim abijcere est posse id quod est abijcere, & abijcere nisi aliud est, quam contemnere, frustrare, aut abuti; sed homo consentiens non potest frustrare inspirationem, quae sit identice praedeterminatio, nec ea abuti, aut ei refragari: ergo. Prob. min. Posse frustrare inspirationem, ea abuti, aut ei refragari est posse componere frustrationem, abusum, & resistantiam cum ea inspiratione; frustrare enim, abuti, aut resistere, sunt termini, qui essentialiter explicant sensum compositum cum frustrato, abuso, & resistito; tum quia ita plurimis rationibus aliquando firmaui, nec dissentiant Sap. Salmitenses: tum quia ex terminis oppositis clare colligitur adijcere, adherere, consentire, & acceptare sensum compositum significant cum eo, cui adijcimus, adheremus, consentimus, aut quod acceptamus. Tum, quia nemo frustrat abijcit, aut otiosa reddit subsidia, aut auxilia, quae non obtinet; nemo dissentit persuasionibus, aut inspirationibus non existentibus, nullus tandem resistit motioni, impulsui, aut inimicis possibilibus. Sed nemo potest componere frustrationem, abusum, aut resistantiam cum inspiratione, quae sit identice praedeterminatio: ergo.

29. Prob. haec min. Componere abusum, frustrationem, aut resistantiam cum inspiratione, quae sit praedeterminatio est componere frustrationem cum praedetermin. quidquid enim componitur cum A. debet coexistere omni identificato A. cum enim necesse sit identificata coesse, quidquid vni coexistit cum omnibus ei identificatis extat. ¶ Vel aliter: frustratio coexistens inspirationi, quae est praedeterm. co-

T. I. disp. 2

9. 4.

Salm. trac.

I 4. disp. 7.

dub. 4. sect.

10.

existit inspirationi, quæ non potest existere, quin ex-
 tet prædeterminatio. nil enim potest extare, quin extet id
 ipsum, quod est; sed quidquid coexistit A. quod non
 potest extare sine B. coexistit B. ergo. Pergo: sed chy-
 mæra est componere frustrationem, abusum, aut resis-
 tentiam cum prædeterminatio. ergo, & cum inspiratio-
 ne, quæ sit prædeterminatio. unde ad hanc coexistentiam
 nulla erit potestas vera, nec antecedens, quia hæc ne-
 quit ad chymæram terminari. Prob. min. Quia impossi-
 bile est coesse frustrationem, aut resistentiam cum
 forma essentialiter irresistibili, & infrustrabili, qualis
 prædeterminatio. supponitur. ¶ Aliter: frustratio coexis-
 teret prædeterminatio. coexistendo consensui; vel non
 coexistendo consensui? Vtrumque est chymæra. 1.
 quia frustratio, seu dissensus coexisteret consensui,
 cum quo essentialiter pugnat. 2. quia prædeterminatio. non
 coexisteret consensui, cum quo essentialiter connec-
 titur.

30 Ex alijs Sacri Concilij verbis, ita insur-
 go: *Liberum arbitrium motum, dum cooperatur assentien-
 do Deo excitanti, atque vocanti potest dissentire, si velit;*
 utique Deo excitanti, & vocanti, cui assentit; sed
 arbitrium nulla vera potentia potest dissentire Deo ex-
 citanti excitatione, seu inspiratione, quæ sit identice
 prædeterminatio. ergo adhuc dum arbitrium cooperatur
 inspiratio Dei non est identice prædeterminatio. Prob.
 min. dissentire excitationi, quæ sit prædeterminatio. est
 ex terminis impossibile, seu includens contradic-
 tionem: ergo ad ita dissentire nulla potest esse vera po-
 testas. Conseq. constat; quia solum vere possibile ter-
 minat potestatem veram. Antecedens probat. arbi-
 trium dissentire excitationi est componere dissensum
 cum tali excitatione; ut ostensum manet; sed est im-
 possibile componere dissensum cum excitatione, quæ
 sit

*Trid. ses. 6.
 Can. 4.*

fit prædeterm. quia est impossibile prædeterm. separari à consensu, & dissentium componi cum consensu; ergo.

31 Dices 1. quod licet Sac. Concil. concedat arbitrio dum consentit potestatem abijciendi inspirationem, & dissentiendi excitationi, est dum inspiratio excitans est auxilium pure sufficiens ut potest; non vero tollit, quod detur inspiratio excitans, quæ sit efficax, quæ nec arbitrium possit abijcere, nec ei dissentire.

32 Sed hoc non tam est solvere, quam non penetrare vim argumenti; unde insisto: Concilium assentit arbitrium posse abijcere inspirationem, & ei dissentire, dum ea excitatum consentit; sed non potest arbitrium abijcere inspirationem, quæ sit identice efficax: ergo inspiratio, qua excitatur consentiens non est identice efficax. Prob. an. Concil. docet hominem posse inspirationem illam abijcere, ut euinceret, quod, qui peccata à Deo averti erant, per eius excitantem, atque adiuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, eidem gratiæ libere assentiendo, & cooperando disponuntur. Sicut ante dixit: sed ineptum argumentum esset, si homo non posset abijcere inspirationem illam, qua excitatur dum consentit: hæc enim esset argumentatio Concil. Homo consentiens potest abijcere aliam inspirationem distinctam ab ea, qua excitatur; ergo libere assentiendo gratiæ, qua tunc excitatur, ad justificationem disponitur: Quam inefficacem esse quis non videat? Ergo de ea inspiratione, cui assentiendo homo disponitur ad justificationem affirmat Concilium abijcibilitatem; quod clare indicant illa verba quippe, qui, & illam: ergo illam, & non tantum aliam abijcere potest.

33 Accedit; quod si adhibita explanatio

tio subsisteret, licet inspiratio esset necessitans, ut
 deliravit Iansenius, ex Sacro Concilio salutatis non
 convinceretur. Assumptum probo 1. quia sicut
 est inabijcibilis inspiratio necessitans, ita, & præ-
 determin. esse enim, inspirationem, inabijcibilem
 per dissensum procedit ex ipsius essentiali, conne-
 xione cum consensu, & æque est connexa cum
 consensu inspiratio ipsum prædetermin. ac ad ip-
 sum necessitans: Unde ita disputo; vel inspiratio ea,
 qua excitatur consentiens est abijcibilis, vel non?
 Si 2. ergo ex eius abijcibilitate nequit colligi in
 Iansenium non esse necessitantem, ut hucusque ac-
 curate Catholici contenderunt. Si primum, ergo ea
 inspiratio non, est prædetermin. cum hoc prædica-
 tum etiam pugnet cum abijcibilitate. ¶ 2. quia for-
 te verius saluat Sac. Concil. mentem inspira-
 tio, licet necessitans, quam prædetermin. sicut eam
 temperat Vincentius Lenis; quia inspiratio prædeter-
 min. solum concedit arbitrio eam potestatem abij-
 ciendi inspirationem, quam Concilij verba expof-
 cunt, quæ sit potestas abijciendi aliam inspiratio-
 nem, quæ non esset efficax, & adesset si voluntas
 non consentiret; Lenis vero concedit potestatem abij-
 ciendi ipsammet inspirationem necessitantem; fatetur
 enim, quod in pugna spiritus, & carnis, si maior tor-
 rens carnalis voluptatis irruat ad eam voluntas se con-
 vertet; & ab inspiratione per dissensum se avertet; unde
 de Lenis ab omnibus reiectus, ut deprabator Sacri
 Concil. statuit potestatem abijciendi *illam* inspiratio-
 nem pro casu, quo non sit necessitans, dum solutio so-
 lum admittit potestatem abijciendi aliam inspiratio-
 nem, quæ non sit efficax, non vero *illam*, qua consen-
 tiens excitatur.

Lenis lib. 2
cap. 7. sect.
1.

34. *Dices 2. ex PP. Salmant. verum esse ex Sac.*
 Con

Concilio consentientem posse abijcere illuminationem, & inspirationem, dissentireque Deo excitanti; tamen ex hoc solum colligi, actus illos in deliberatos, quibus excitatur consentiens non esse identice prædeterminationem; sed nec esse auxilium sufficiens; quia hoc consistit in qualitate fluida distincta ab illis actibus, & habitibus supernaturalibus, præstante vires ad existentiam, & actualitatem operationis voluntati, & indistincta realiter ab auxilio efficaci prædeterminatum voluntas consentit; de quo auxilio, nec affirmatur à Sacro Concilio abijcibilitas, nec potestas in voluntate ei dissentienti.

Salm. disp.
5. de grat.
actuali du-
b. 5. & 6.
n. 125.

35 In hac solutione extat sententiæ oppositæ probabilitas; quia omnino falsum iudicarem, inspirationem, & illuminationem Spiritus Sancti, qui sunt actus in deliberatos, quibus excitatur ad bonum esse identice auxilium efficax prædeterminatum, & habere essentialem connectionem cum actu deliberato salutari; unde enim proveniret ijs actibus necessaria ista connectio? Immo, & animam præberet Lutheri casum; & damnato errori alle-rentis motus in deliberatos ex cœno concupiscentiæ emergentes, quibus *abstractus, & illectus* homo tentatur ad malum esse connexos cum consensu peccaminoso; cum principium factum sit concupiscentiam aliquando *sensum facere sine consensu*, ut PP. loquuntur, aut ut Augustinus, *solum impulsam libidinis operatur sine consensione peccati*: Si enim motus in deliberatos ad bonum in consentiente sunt connexi cum vitali merito, cur motus in deliberatos ad malum in peccate non erant connexi cum lethali demerito?

Aug. lib. 52
cont. Iulianum
c. 112

36 Præsciendando tamen à gravi dubio; An præter auxilium efficax ad actus in deliberatos, actusque ipsos, & habitus supernaturales sit exacta alia qualitas præstans sufficientiam ad actus liberos? Unicui-

que enim suum ut iudicium; nos negativam sententiam sequimur; ex alio vero principio solutionem rejicimus: Nam ex Sac. Concilio, omni auxilio constituenti sufficientiam potest voluntas dissentire, eumque abijcere: ergo, si inspiratio, quia abijcibilis nequit esse identice efficax, nullum auxilium sufficiens erit identice efficax. Probant Concil. nomine inspirationis, & gratia excitantis intelligit auxilium sufficiens; sed ex Conc. arbitrium potest inspirationem abijcere, & gratia excitanti dissentire; ergo. Prob. mai. Sac. Concil. gratiam prævenientem divisit in excitantem, & adjuvantem, sed gratia sufficiens est præveniens, & non reducitur ad adjuvantem, quia sub munere adjuvantis explicat efficaciam: ergo ad excitantem expectat. Vide SS. Lemos ex censura Academiæ Salmanticensis efficacissime suadentem auxilium sufficiens ad gratiam excitantem attingere.

om. os. lib.

4. p. 1. tra.

8. 7. c. 16.

6. p. 2. tra.

2. c. 8.

Inn. X. vbi

sup. sect. 1.

Trid. vbi

sup.

37. Addo: ex illa propositione olim ab Innocentio X. in Iansenium definita: *Interiori gratia in statu natura lapsa aliquando resistitur*; Theologos omnes colligere arbitrium gratiam sufficientem aliquando respuere, repudiare, contemptimque rejicere; quod inexpugnabili, & potentissima probatione adversus Iansenium firmari putant, ex Synodi Tridentinæ Decretis statutibus arbitrium posse abijcere inspirationem, & dissentire Deo excitanti; collectio vero non firma, sed inepta foret, si non supponerent Conc. de gratia sufficienti loqui.

38. Secundo probo præcipuum assumptum: Consentiens supposita libertate proxima ad consentiendum iuste, & recte orat Deum consensum salutarē; sed si libertas consentientis constitueretur per auxiliū sufficiens identice efficax stulte oraret Deum salutarem consensum: ergo libertas consentientis non constituitur per auxiliū sufficiens identice efficax; unde tale auxiliū non constituet potestatem.

sentendi: Mai. eocent PP. salu. & a'ibi eam diff. se
 probavi: sufficiat nunc speciale Augustini testimonium
 monentis: *Agamus Deo gratias, quia data est potestas;*
 & *adhuc orauimus, ne succumbat infirmitas* : Postquam
 igitur data est potestas, hortante Augustino, seu libertas
 orandum est pro consensu, ne succumbat infirmitas.
 Prob. iam min. stultum est orare Deum, ut donet,
 quod iam pro suo dominio non potest impedire: Im-
 providum enim, & ineptum est exposcere alterum
 mihi donum, dum nec potest non donare, aut datio-
 nem impedire; sed semel constituta libertate per au-
 xilium identice praedetermin. Deus non potest impe-
 dire consensum, cum implicet Deum eum non dona-
 re, & adaequata libertas Dei ad donandum, vel non,
 consentum sistat in Dominio praedeterminandi, vel
 non, ipsum: ergo semel posita illa libertate stultum est
 orare Deum consensum, ut donum a tali libertate dis-
 tinctum.

39 Aliter: frustra oramus Deum donum,
 quod obtinemus; donatus enim iam donum non pos-
 cit, sed pro dono gratias donanti refert; sed cum Deus
 largitur libertatem consentiendi constitutam per au-
 xilium identice praedetermin. iam sum donatus con-
 sensu; cum praedetermin. absque consensu non sit: er-
 go supposita tali libertate teneor Deo propter con-
 sensum gratias agere non eum suppliciter postu-
 lare.

40 Vrgentius: Vnum ex praecipuis argu-
 mentis, quo oppugnamus asserentes Deum non exerce-
 cere dominium immediatum determinativum con-
 sensus, sed eius dominium sistere in determinando li-
 bertatem, desumitur ex eo, quod stultum foret suppo-
 sita libertate orare Deum consensum, ut donum a li-
 bertate distinctum; sequelam duobus ex principiis de-

Salm. disp.

7. dub. 1.

T. 1. disp. 2.

9. 3. (sect. 6)

Augustin.

August. de
ra. & gra
tia c. 18.

Et Hieron.

lib. 2. cont.

Telegian.

duci. nus; 1. quia quid stultius, quam orare ut facias, quod in potestate habes. 2. quia fictè, & inilorie oramus alterum donum, quod iam pro suo dominio electivo cōferre, aut determinare non potest; sed idem inconuenienseisdem ex principijs eque efficaciter colligitur; si libertas consentientis constituitur per auxilium identice prædetermin. ergo libertas consentientis non est ita constituta. Probo min. 1. quia si stultum est orare ut faciam, quod in potestate habeo, stultius erit orare ut accipiam, quod iam obtineo, sed posita illa libertate iam obtineo consensum: ergo stultum erit consensum exposcere. ¶ 2. Si stultum est orare alterum donum, quod iam pro sua libertate determinare non potest; ineptum etiam erit orare alterum donum, quod iam pro sua libertate impedire non potest, libertas enim donantis, sicut exigit potestatem determinandi donum, ita, & id impediendi; sed supposita libertate consentientis constituta per auxilium identice prædetermin. Deus non habet novam, & diversam libertatem ab ea, qua contulit auxilium, ut possit impedire donum: ergo supposita illa libertate stultum erit orare Deum consensum, ut donum ab illa libertate distinctum: Certe argumentum ex necessitate orationis depromptum supposita libertate, vel DD. Societatis non opugnat; vel Authores oppositæ sententiæ valde præmit.

41 Tertio eandem sententiã impugno, quia ex ea manifeste sequitur, voluntatem non posse in hac providentia per libertatem acceptam in A. non consentire in A. consensuram sub eadem libertate in instanti B. quod experientia videtur esse falsum: sequelam probo: Si voluntas non consentit in A. non obtinet in A. libertatem constitutam per auxilium identice prædetermin. ut patet; sed iuxta hanc providentiam

nam ut consentiat in B. debet libertas constitui per
auxilium identice prædetermin. ut adversarij propug-
nant. ergo nequit in hac providentia consistere in
B. sub libertate non consentiente in A. patet consequ.
Quia libertas constituta per auxilium identice præde-
terminans distincta necessario est à libertate non ita
constituta.

SECTIO TERTIA

*Si gratia prædetermin. potestatem consentiendi constitu-
eret libertatem consensus perimeret; unde est impossi-
bilis libertas consentiendi per gratiam prædeterm. constituta.*

42. **H**anc conclusionem propugno non solum contra Doctos Thomistas sectio-
ne præterita impugnatos sustinentes
de facto, & iuxta præsentem provi-
dentiam libertatem consentientis constitui per auxi-
lium identice prædetermin. seu per illud sub munere
elevantis, & conferentis virtutem, non vero sub mu-
nere applicantis, & determinantis, quæ duo munera
obiit auxilium indivisibile realiter, sed etiam contra
Illusterrimum Godoy, M. Gonet, & Doctum Prima-
rium olim Salmantinum eiusdem Sacre Dominicanæ
Familie, quia licet nobiscum sentiant gratiam præ-
determin. de facto non constituere libertatem, seu po-
testatem consentiendi, tamen asserunt hoc non esse
exactum à libertate, quia adhuc supposito potestatem
consentiendi esse per prædetermin. constitutam liber-
tas illæsa maneret, & integra subsisteret; non enim iu-
dicant omnem suppositionem constituentem posse
connexam, & à libertate independentem esse neces-
saria.

*Il. Godoy.
in 3. disp.
43. f. 1. n.
101. & 48.
f. 3. n. 30.
& 49. f. 8.
Gon. in 3. p.
de innoc.
Christiart.
n. 160.
P. M. Ma-
rilla in ma-
nscript.*

tatem simpliciter antecedentem, specialiter si conne-
xio, quæ est in actu primo non exigitur ab ipso actu
secundo.

43 Præmoneo tamen Doctos istos Autho-
res non esse intelligendos de prædeterm. ex parte ac-
tus primi exacta ad omnes actus liberos; sic enim cer-
tum iudicarem libertatem contrarietatis omnino def-
trui, argumento firmissimo alibi ponderato, quod no-
vissime illustrat, & promouet P. Palanco; nam Liber-
tas exigit coniunctionem potestatum ad libertatis ex-
trema; sed chymærica esset coniunctio potestatum ad
contraria extrema, si constituuntur per prædetermi-
nat. sicut chymærica est coniunctio prædeterminatio-
num ad extrema contraria: ergo libertas ad contra-
ria extrema impossibilis est, si qualibet potestas per
prædetermin. constituitur. ¶ Adde Concilium Tri-
dent. affirmat *liberum arbitrium motum posse dissentire*;
ergo cum motione, seu prædeterminatione consensus
componit posse dissentire; sed prædeterm. consensus
nequit componi cum prædeterm. dissensus: ergo præ-
determ. dissensus non constituit posse dissentire: & si
constitueret periret libertas, quam nos edocuit Con-
cilium.

44 Sed licet loquantur de prædeterm. non
exacta ad omnes actus ex parte actus primi; sed conf-
tituente aliquando posse ad aliquem actum eis non
assentior; sed propugno, prædeterm. identice consti-
tuentem potestatem consentiendi labefactare liberta-
tem consensus, & esse omnino impossibilem libertatem
consentiendi ita constitutam.

45 Conclusio ista solet ita probari: Actus
primus connexus cum actu secundo nequit esse actus
primus ad operandum libere, sed talis est actus primus:
constitutus per prædeterm., ergo. Probant mai. operari

T I disp. 2

q. 3. act. 7

P. Palan-

co de Prov.

q. 15. n. 29

Trid. ubi su-

pra.

libere est libere coniungere actum 2. cum primo: ergo, & posse non coniungere: ergo, & posse seiuungere actum 1. à secundo: ergo operari libere exigit actum primum non esse connexum cum secundo. Patet: quia nulla potestas esse potest ad separandum connexa, seu inseparabilia, ita R. Tyrso.

Tyrso t. 1^o
disp. 17. s.
17. n. 175.

46. Eadem maior, vt solet, aliter probatur: Actus primus, seu potestas proxima connexa cum amore est metaphisice inseparabilis ab amore, sed potestas metaphisice separabilis ab amore est metaphisice necessitata ad amandum: ergo, & potestas connexa, seu per prædetermin. amoris constituta; & exinde non est potestas libera. ¶ Vel aliter: Potestas proxima, quæ nulla vi, aut potentia existere potest, nisi actu amando est metaphisice necessitata ad amandum; sed potestas constituta per prædetermin. amoris nulla potentia potest existere, nisi actu amando: ergo. Maior videtur innegabilis, quid enim amplius requiritur, vt potestas sit necessitata ad amandum, nisi quod ita necessario vinculo sit amori alligata vt existere non possit nisi amando, taliter, quod nulla potentia cohiberi possit ab amore? Min. etiã patet: quia nulla potentia fieri potest, quod potestas constituta per prædetermin. amoris sine ipsa existat; quia implicat constitutum existere sine constitutivis, sed nulla potentia fieri potest, quod existat prædetermin. amoris, nisi cum amore; siquidem cum eo essentialiter connectitur: ergo: Ita probat hanc conclusionem P. Palanco.

47. Probationes autem istæ parum firmæ mihi videntur; quia intendunt excludere prædetermin. à constitutione libertatis in actu primo, seu potestatis liberæ vnice titulo connexionis, & inseparabilitatis ab amore, quem titulum insufficientem esse vt principium posse constituens libertatem adimat; diffusse firmæ

P. Palanco
q. 15. de
prov. ff. 4.

T. I. disp. I
q. 9. per 10
lam.

maui cum coniuui Thomitarum sententia ; vade
solum nunc cursum indicabo in quo fiet huius argu-
menti inefficacia. Nego enim mai. illius, & ad probat.
1. nego 2. consequent. Quia valde diversa sunt, posse
non coniungere actum primum cum secundo ; & posse
seiuungere, seu *separare* actum primum à secundo ; prin-
cipium enim liberum semper est potens *non coniungere*
actum primum cum secundo, non tamen semper est
potens *separare* actum p. imum à secundo : ratio est,
quia actus primus potest constitui per aliquid conne-
xum, & à libertate dependens in existendo ; & tunc
nulla erit potestas vt actus primus *separetur* à secun-
do ; chymarica enim est potestas ad separandum cō-
nexa ; erit autem vera potestas vt actus primus non *con-*
iungatur cum secundo ; dum enim adest vera potestas
vt actus primus non sit est potestas vt non sit coniu-
ctus cum actu secundo : licet enim sint connexa *A.* &
B. & exinde nulla sit potestas vt existat *A.* sine *B.* quia
hac esset separabilitas connexioni repugnans ; potest
tamen adesse vera potestas vt *A.* non sit cum *B.* dum
scilicet est potestas vt non sit *A.* quia dum *A.* non est,
non est *A.* cum *B.* nec est *A.* sine *B.* de quo plura inferius
subijciam.

Infra q. 5.

48 In secunda arguendi forma, forsitan
confunditur potestas ad amorem liberum, cum poten-
tia libera ; cum principium actus liberi, & principium
liberum diversa sint ; nil enim distinctum à voluntate
est principium liberum, aut potentia libera ; & plurima
præter voluntatem sunt principia actus liberi ; sicut ve-
ro principium actus liberi distinctum à principio libe-
ro non exigit indifferentiam activam, seu effectivam
vtriusque extremi libertatis, vt constat in auxilio gra-
tie impotente efficere peccatum : ita nec exigit indiffe-
rentiam subiectivam coniungibilitatis cum vtroque

libertatis extremo. ¶ Vnde a. 1. f. rman, nego. m. & ad 2. maiorem; quia licet potestas non possit esse nisi amando; principium liberum erit potens amare, & non amare, si eil vere potens impedire, aut auferre potestatem illam impotentem exilere nisi amando; quia principium liberum vt tale sit non exigit, quod potestas amandi possit esse sine amore, sed solum exposcit, quod potestas amandi possit non esse cum amore.

49 ¶ Vnde ratio ista, vt nec instantiam patiantur in principio constituyente posse, & dependente à principio libero in existendo, aut in principio independente non constituyente posse, vt est prædeterminatio; sic formari debet: principium liberum determinat actum primum (non eius prædeterminatio, quia prædeterminatio est indeterminabilis) vt coniungatur cum actu secundo: ergo potest determinare actum primum non coniungi cum secundo. Patet consequens. Quia libere determinare actum primum vt coniugatur est posse determinare ipsum vt non coniugatur. Pergo: posse determinare A. non coniungi cum B. est posse determinare A. non esse, vel A. esse, & non esse cum B. A enim non coniungitur cum B. dum non est A. vel dum est A. & non est B. sed principium liberum nequit determinare actum primum per prædeterminatum non esse; cum esse prædeterminatum a libertate non dependeat, nec esse, & non cum actu secundo; quia hoc est chymara: ergo nequit libere determinare illum actum primum non coniungi cum actu secundo. ¶ Secundo omnia fundamenta, quibus probavi omne principium constituens posse agere connexum, & a libertate independens ad suum esse, esse impotentiam simpliciter non agendi, vel quia est impotentia non agendi orta non ex eo, quod principium applicetur

T. 1. disp.
1. 9. 8. &
9.

ad agendum, seu ex eo, quod possit agere, & posse agere necessario excludens non actum: etiam excludit potentiam non agendi: vel quia potentia illa est necessitas absoluta actus, cum includat metaphisicam repugnantiam carentiae actus, quae fundamenta qualiter non militat nec in principio non constituyente posse, ut est praedeterminatio, nec in principio ascribibili, seu dependente à libertate diffuse exposui.

50 Duo alia fundamenta adiungit. I. Repugnat consensus liber, qui non sit à Deo scibilis sub conditione suae libertatis per scientiam conditionatam contingentem; sed consensus liber, cuius libertas in actu primo constitueretur per praedeterminatum, non esset scibilis à Deo sub conditione suae libertatis per scientiam conditionalem contingentem: ergo repugnat consensus liber, cuius libertas in actu primo sit per praedeterminatum constituta. Probo mai. Quod non est anteceder necessarium non est scibile à Deo per scientiam necessariam, sed solum per contingentem, quia scientia Dei necessaria solum terminatur ad obiectum anteceder, & simpliciter necessarium; sed repugnat consensus liber, qui sub conditione suae libertatis sit anteceder, & simpliciter necessarius, cum libertas ut esset absque necessitate esset necessitas ut esset, quod nil impossibilius: ergo. Probo min. Scientia consensus sub conditione libertatis constitutae per praedeterminatum, est scientia consensus sub conditione praedeterminatae alias non asumeretur pro conditione illa libertas, quam praedeterminatum constituit, sed alia diversa; sed scientia conditionalis consensus sub conditione praedeterminatae, est simpliciter Deo necessaria, quia est scientia conditionati sub conditione metaphisice cum ipso connexa: ergo. ¶ Urgetur ex supra dictis dum probarem scientiam conditionalis contingentem consensus liberi debere, aut posse.

posse assumere pro conditione omnia libertatis constitutiva, minime vero conditionem cum conditionato metaphysice connexam.

Sup. q. 2. s. 9. per totam.

52 Nec vim argumenti declinabis asserendo, conditionalem de consensu libero esse contingentem, licet libertas, aut conditio constituatur per praedetermin. Quia tale auxilium non constituit libertatem ut efficax, sed ut sufficiens; qua ratione inconnexum est cum consensu libero; nec amplius desiderari ad conditionalis contingentiam, quam conditionem formaliter; ut talem non esse cum conditionato connexam.

53 Quia contra insurgo: ut conditionalis sit metaphysice necessaria sufficit conditionem esse connexam identice cum conditionato, licet talis connexio non explicetur formaliter ex parte conditionis: ergo si conditio illius libertatis est connexa cum consensu libero conditionalis erit necessaria. Probo antecedens 1. dum contradictionem implicat conditionem esse sine conditionato, scientia conditionati pro casu conditionis est simpliciter necessaria; necessarium enim erit conditionem esse cum conditionato, si est impossibile esse sine illo; sed dum conditio est identice connexa cum conditionato implicat contradictionem conditionem esse sine conditionato: ergo. Prob. min. Quia chymæra est conditionem esse sine identificato cum ipsa; & identificatum cum ipsa esse sine conditionato, cum quo essentialiter connectitur. ¶ Prob. antecedens 2. Si conditio esset identice necessitans ad conditionatum, licet non explicaret formaliter munus necessitandi conditionalis fuisset necessaria: ergo pariter, si conditio esset identice praedeterminans. Antecedens videtur constans, & consequ. inferitur, quia in neutro casu explicaretur connexio for-

maliter ex parte conditionis, & in utroque esset chymera conditionatum deficere pro casu conditionis.

¶ 3. si de consensu identice libero ita enuntias; *Si est hic consensus erit libertas*; conditionalis erit necessaria; quia licet conditio, seu consensus non explicet formaliter libertatem, tamen consensus ratione libertatis secum identificata haberet connexionem cum conditionato libertatis in actu primo: ergo idem affirmari debet de libertate constituta per prædetermin. dum de ea ita enuntiat: *Si est hæc libertas erit consensus*.

¶ Postremo: sicut pugnat cum contingencia veritatis conditionalis conditio identificata conditionato, ita, & connexa; æque enim in utroque casu est chymarica conditionalis falsitas, unde, non erit contingens eius veritas; sed conditionalis est necessario vera, cum conditio identificatur conditionato, licet identitas non explicetur formaliter ex parte conditionis; ut hæc est necessaria; *Si existit hæc libertas erit prædeterminatio*: ergo, & conditionalis erit necessaria, si conditio, &c.

¶ Vel aliter: Non minus repugnat contingentiæ conditionalis eius necessaria falsitas, aut necessaria veritas; sed dum conditio identice repugnat conditionato, licet repugnantiam formaliter non explicet conditio nalis non est contingens, quia necessario falsa: ergo, & dum conditio identice connectitur conditionato, licet connexionem formaliter non explicet conditio nalis non erit contingens, quia necessario vera.

54. Secundum fundamentum est: Potentia libera debet esse indifferentis ad libertatis extrema indifferentia non solum logica, aut præcisiua, sed reali, & physica; sed dum libertas constitueretur per auxilium identice prædetermin. in principio libero non esset indifferentia realis, & physica ad libertatis extrema, sed solum logica, & præcisiua: ergo. Maior vide-

tur certā 1. quia si indifferentia logica ad veram liber-
 tatem sufficeret, nullum esset excogitabile principium
 necessitans, cuius nullum sit, quod rationē alicuius præ-
 dicati non possit esse logice indifferens ad alicui liber-
 tatis extremum; unde nec Beato deficeret libertas ad
 odium Dei, nec Christo ad peccatum, quod est omni-
 no falsum. ¶ 2. potentia est necessitata per realem
 exclusionem libertatis: ergo, & libera per realem ex-
 clusionem necessitatis; sed dum adest potestas, ad v-
 trumque extremum, & physica exclusio necessitatis
 utriusque extremi, non solum est indifferentia logica,
 & præcisiva, quia hæc à necessitate præscindit, non
 eam excludit, sed etiam adest indifferentia realis, &
 physica: ergo. 3. quia incredibile est SS. Patres, tam
 assidua cura libertatem nostram fuisse explicaturos, ut
 præciosum humanæ naturæ ornamentum, Domi-
 nium electivum voluntatis, & rationis exprimens, si
 per indifferentiam pure logicam sufficienter consti-
 tueretur, quam facile esset, & in brutis inve-
 nire.

55. Probo min. Libertas, quæ realiter per
 identitatem est unius extremi determinatio, & alte-
 rius exclusio, nequit esse indifferentia physica, & realis
 ad illa duo extrema; sed libertas constituta per auxi-
 lium identice prædeterm. physice, & realiter per iden-
 titatem est unius extremi determinatio, & alterius ex-
 clusio; quælibet enim res est physice, & realiter id cum
 quo identificatur: ergo.

56. Urgeo: Sicut libertas dicit veram, &
 realem sufficientiam ad sua extrema, ita ad ea dicit ve-
 ram, & realem indifferentiam; sed cum sufficientia
 exacta a libertate pugnat libertatem constitui per prin-
 cipium, quod identice sit impotentia alicuius ex ex-
 tremis: ergo, & cum indifferentia à libertate exacta pug-

pugnabit libertatem constitui per principium, quod sit identice prædetermin. alicuius ex extremis. Minus certa, & consequ. inferitur, quia sicut impotentia vnus ex duobus nequit esse identice sufficientia ad illa duo, ita determinatio vnus ex duobus nequit esse identice indifferentia ad illa duo. ¶ Plurima alia omitto, monens, quod omnia argumenta, quæ in me opposui intendentiæ principium constituens posse connexionem, licet auferibile libertatem adinere efficaciter suadere prædetermin. in auferibilem connexionem constituentem posse non coherere libertati.

T. I. disp.
L. 9. 2.

SECTIO QUARTA.

Gratia preveniens adiuvando voluntatem ut consentiat efficaciter, aut prædeterminans, licet exacta ad agere non constituit potestatem expeditam agendi.

37 **C**onclusionem istam iam olim diffuse fundavi, nunc eam vnice ex Angelico Magistro confirmare, & stabilire satagam, nullibi expressius tradente doctrinam de motione causæ primæ per concursum prævium, seu applicativum; quam ubi inquit, *Utrum Deus operetur in operatione nature?* & pro conclusione statuit: *Dicendum, quod simpliciter concedendum est Deum operari in natura, & voluntate operantibus.* Vbi primum influxum Dei prævium exponit, cum non solum affirmet influxum in operationem voluntatis, qui simul taneus est, sed influxum Dei in causam, seu voluntatem operantem, qui necessario est prævius, nequit enim Deus operari in voluntate simul cum voluntate? ¶ Nec hæcites cum P. Henao Doctorem. Sanctum

T. I. disp. 2
q. 3. per 10-
tam.
D. Th. q. 3.
de Potentia
art. 7.

Hen. f. 68.
n. 751.

loqui de causis, tam necessarijs, quam liberis; cum in natura, & in voluntate Deum operari statuat; Tribulque argumentis respondeat intendentibus; Deum non operari in voluntate operante, quia est libera, sui actus domina, & in manu consilij sui relicta.

58 Cum vero diversos modos concurrenti causæ primæ cum secundis Doctor Sanct. assignet: Primum, quia Deus dedit rebus naturalibus virtutes per quas agere possunt. Secundum: Quatenus conservat virtutem naturalem in esse: Qui modi concurrenti ab omnibus sunt admissi, & à nullo in dubium revocati.

Pergit Doct. Sanctus ad explanandum tertium modum concurrenti, his verbis: Sed quia nulla res per se ipsam movet, vel agit, nisi sit movens non motum, tertio modo dicitur una res esse causa actionis alterius, in quantum movet eam ad agendum. In quo non intelligitur collatio, aut conservatio virtutis activæ, sed applicatio virtutis ad agendum; sicut homo est causa incisionis cultelli ex hoc ipso, quod applicat accumen cultelli ad incidendum movendo ipsum. Et quia natura inferior, agens non agit, nisi mota; eo quod huiusmodi corpora inferiora sunt alterantia alterata; calum autem est alterans non alteratum, & tamen non est movens nisi motum, & hoc non cessat quousque perveniatur ad Deum: sequitur de necessitate, quod Deus sit causa actionis cuiuslibet rei naturalis, ut movens, & applicans virtutem ad agendum. Vbi explicat Angelus Doctor illam demonstrationem, quam alibi expendit ex Aristotele desumptam ex motu inferentem existentiam Dei, seu primi moventis; ex eo, quod nulla res per se ipsam agit, nisi sit Deus, seu movens non motum: ergo omnia alia moventia sunt ab alio mota, & cum non sit processus in infinitum in moventibus deveniendum est ad Deum, seu primum movens immotum.

D. Th. in so
l. ad argu-
m. 12. 13,
& 14

D. Th. incor-
p. articuli

D. Th. 1. p.
9. 2. art. 3.
Arist. 8.
physic.

59 Hanc motionem causæ secundæ à primo movente ut agat mota, præviā vocamus, quia motio à Divo Thoma hic exposita nequit esse simultaneus Dei concursus, ut post Molinam agnovit P. Suarez, qui fatetur in hoc testimonio Div. Thom. concursum præviū edocuisse, intendens, non suadens hanc doctrinam in summa retractasse. Probo assumptum adversus P. Ruiz, P. Oviedo, & alios. Quia per concursum simultaneum causa secundæ est mota, seu in potentia, sed movens, & in actu, quia concursus ille est actio, seu influxus causæ in effectum; sed causæ secundæ inferunt existentiam Dei ut moventia mota: ergo ex concursu simultaneo existentia Dei ut primi moventis non demonstratur. ¶ Aliter; causa secundæ ad actionem, seu concursum simultaneum, vel pure se movet per se ipsam, vel per motionem alterius moventis? Si primum ad suam actionem erit movens immotum: Si secundum præviæ ad actionem moveatur, cum ad actionem ab alio moveatur; & moveatur ut se moveat, agitur enim ut agat ex Augustin. & ex Aristotele *motus moventis est prior motu mobilis*. Aliter: concursus simultaneus est formaliter simultas duarum causarum per eundem influxum in eundem effectum; ergo ex vi huius concursus, una causa se movet, & agit cum alia, non movet aliam, nec agit per aliam; haud facile que erit ex vi huius concursus invenire rationem; cur una causa sit mota, & non alia? Cum enim movens formaliter ut tale sit prius moto formaliter ut tali, ex similitudine unius cum alio, quomodo inferes unum moveri ab alio? Dum ergo Doctor Sanct. infert, *Quod Deus est causa actionis cuiuslibet rei naturalis, ut movens, & applicans virtutem ad agendum; non intendit causam secundam movere cum Deo*

P. Molina
na inconc.

q. 14. art. 2

13. dis. 26

P. Suarez

lib. de vera

intell. cap.

40. & lib.

11. de concur

su c. 11. &

disp. 22.

Metaph. s.

12.

P. Ruiz de

scientia dis.

149. sect.

2.

Oviedo phy

sic. cent. 9.

punct. 3. s.

3.

August. de

corrupt. &

grad. c. 2.

Aristot. 3.

physic. sex.

16.

movente; se i Deum esse praevis mouentem applican-
do virtutem causae secundae ad agendum, ut ita mota,
& applicata agat, & se moveat.

60 Non hic immoror, sed cum Divo Tho-
ma progredior ad exponendam naturam huius mo-
tionis praevis divinae, quae est praecipua difficultas
quam versamur: Deus est causa actionis causae secun-
dae in quantum movet eam ad agendum; in quo non intelli-
gitur collatio, aut conservatio virtutis activae, sed appli-
catio virtutis ad agendum: ergo motio haec non est vir-
tus a qua actio causatur; si enim motio esset virtus in
Deo in quantum movente intelligeretur collatio vir-
tutis contra Div. Thom. ¶ Aliter; Deus ut praevis
movens confert motionem, sed Deus ut praevis mo-
vens non confert virtutem ex Div. Thom. ergo haec
praevis motio non est virtus; ergo in ea non debet con-
stitui potestas, & actiuitas causae, quia potestas, & acti-
vitas causae in actu primo proximo in virtute causae
consistit.

61 Non solum explicuit Doct. Sanct. quid
non sit illa motio praevis, ut probavimus, & physica,
cum de motione omnis causae secundae expresse lo-
quatur, & non omnis causa sit capax motionis mo-
ralis; sed quid sit etiam exposuit, dum ait: Quod Deum
causare actionem causae secundae in quantum eam
mouet licet non explicet Deum donare, aut conser-
vare virtutem, in eo tamen intelligi applicationem vir-
tutis ad agendum, sicut homo est causa incisionis cultelli;
ex hoc ipso, quod applicat acumem cultelli ad incidenda-
dum; dum homo: ergo, applicat cultellum ad inciden-
dum est causa incisionis, non quia confert cultello ac-
cumen, sed quia acumem praesuppositum applicat,
dum cultellum ad incidendum movet; applicatio, er-
go, virtutis ad agendum non est virtus a qua ac-

tio causatur, sed virtutem præsupponit constitutam; ergo illa Dei motio, quæ applicatio est, virtus, aut potentia causæ non est, sed eam supponit, in tantum enim movet in quantum applicat, in ea enim motione solum intelligitur applicatio virtutis.

62. Dices forsam, quod licet ex Doct. Sancto efficaciter probatum maneat, motionem qua Deus applicat causas secundas ad agendum esse physicam, esseque præviam, seu prævenientem actionem, & distinctam à concursu simultaneo, non constituere actum primum, nec esse virtutem causæ, hanc præviam motionem esse prædeterminationem hucusque probatum non esse, stat enim omnia hæc prædicata convenire motioni physicæ indifferenti, & non determinanti. Sed contra insurgo 1. quod si hæc motio prævenit actum secundum, quin constituat actum primum; ineffaciter inferunt adversarij prædeterminationem constituere actum primum, quia prævenit actum secundum: 2. quia si huic præclaro testimonio, in quo Div. Thom. edocuit motionem physicam præviam non constituentem actum primum adiunguntur alia expressa vulgaria Doct. Sancti verba, alibi specialiter ponderata, in quibus edocet hanc Dei motionem esse connexam cum eo ad quod movet, quia si Deus movet voluntatem ad aliquid impossibile est poni, quod voluntas ad illud non moveatur esse prædeterminantem, & non indifferentem clare colligitur.

63. Præmoneo in Iansenium obloquentem Thomistas magis esse Peripateticos, quam Augustinianos, quia necessitatem gratiæ efficacis, quam asserimus esse prævie mouentem, seu prædeterminantem, ex subiectione creaturæ ad Deum, ut mouentis secundi, seu moti, ad primum movens immotum

CUM

D. Th. q. 6.

de malo ar.

1. 1. ad 3.

2. 2. q. 24.

art. 11.

Q. 2n. 187

& q. 3. n.

27.

D. Db. 1. 2

q. 10. art.

4. ad 3.

Jans. lib. 8.

de gratia

Christi c.

cum Divo Thoma ex Aristotele colligimus non cum Augustino ex læsione arbitrij, seu infirmitate ex lethali, & originali vulnere procedente; sed quia hanc viciniam causam gratiæ Dei efficaciter moventis agnovit Iansenius pervertum illud cognita effutivit statuens nullam fuisse in statu sanitatis, nec in Angelis efficacem gratiam, sed solum gratiam medicinalem efficacem esse.

Verum enim est Divum Thomam, & qui sunt eius asseclæ, ex illo principio Philosophi, *causa secunda se movet mota* intulisse necessitatem motionis prævia à movente immoto, quæ ad actus salutare sit efficax gratia; sed cur exinde, Div. Thom. non Augustinianus? Numquid Augustinum deserit, ut Aristotelem infectetur? Eandem doctrinam de subordinatione secundi moventis ad primum, ut se moveat exposuit Magn. P. Augustinus, ut solide convincit P. Lemos: ergo non est ratio, ut Divus Thomas à Iansenianis nimis Peripateticus percipetur, nisi Augustinus eadem nomenclatura designandus sit.

64. Nec solum ex Aristotele, sed etiam ex litteris Sacris motionem Dei applicantem causas secundas etiam liberas Div. Thom. deduxit: Haud obscure enim edocetur in illo Hieremix: *Et erit dux eius ex eo: & princeps de medio eius producetur: & applicabo eum, & accedet ad me: quis enim iste est, qui applicet cor suum ut appropinquet mihi, ait Dominus?* Prius ergo est Deum applicare principem, quam quod ad Deum accedat, nec accessus ille, qui per consensum salutarem fit est applicatio Dei, non enim ait applicabo, quia accedet ad me, sed applicabo, & accedet ad me. Nec enim sine hac prævia motione, & applicatione potest quis applicare cor suum, cum ut accedat ad Deum, Deus prius applicet; cor enim dum appropinquat Deo salutariter

Lemos lib.
3. tract. 1.
c. 5.

Hieremix
30. v. 21.

operando ipsi se applicat: ergo si ait Dominus, *quis iste est, qui applicet cor suum ut appropinquet mihi*. Supponit, quod est duplex applicatio una, qua cor se applicat se appropinquando Deo; altera, qua Deus applicat cor ut se appropinquet ipsi: & hæc est motio prævia, quam Div. Thom. nuncupat *applicationem virtutis ad agendum*.

SECTIO QUINTA.

Prædeterminatio ad actum salutarem non constituit posse, licet non consistat in actione Dei, sed in aliquo intrinsece in voluntate recepto, & ab actu distincto.

65 **C**onclusionem istam propugnare sumi coactus, quia P. M. Palanco ex Sacro Minorum Ordine a Thaumaturgo illo S. Francisco de Paula erecto, in suo satis egregio opere de providentia, novissimeque in lucem edito specialem inter Thomistas, ut iudico, sententiam defensandam suscipit, statuens *physicam prædeterminationem consistentem in qualitate non coherere cum libertate*. Ductus ex eo, quod qualitas prædeterminationis constitueret actum primum, seu potestatem proximam voluntatis, & cum essentialiter sit connexa cum actu ad ipsum absolute necessitaret. ¶ Prædeterminationem autem absolute constituit in actione Dei formaliter immanente; sed transeunte virtualiter, cuius immediatus effectus est actio voluntatis, à qua vni- ce voluntas intrinsece determinatur; hancque motionem activam ex parte Dei absolute, & sine addito vult appellari *physicam prædeterminationem*.

T. Palanc.
de Prov. 9.
§ 5. se et. I

*Palanc. et
bi supra.

dam, ut equivocationem, quæ hic accidere solet, auferam, suppono aliquale esse dissidium inter Thomistas in natura suæ prædeterminationis constitutum: Aliqui affirmantes esse qualitatem, non quæ sit habitus, sed quæ habeat modum motionis, seu applicationis; quos sequitur noster Eruditissimus Primarius M. Prado referens eidem sententiæ subscribentes Capreolum, Ferraram, Zumel, Cabreram, Verdu, Ram, Illust. Araujo, & Lermam: pro eaque adduci posse, asserit, omnes asserentes instrumenta elevari physica qualitate transeunte eis impressa ab agente principali; quæ sententia ex Div. Thom. fundatur, qui naturam præmotionis exponens negavit esse qualitatem permanentem, affirmando esse transeuntem, *quia habet esse quoddam incompletum per modum, quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento artificis.* ¶ Alij vero Thomistæ, talem motionem præviam non esse qualitatem; sed solum esse motum passive receptum in causa secunda ratione cuius movetur, ut ipsa se moveat; ut magis conforme Divi Thomæ sustineat, expresse enim ait, quod auxilium gratiæ non est qualitas, sed motus quidam animæ: *actus enim moventis in moto est motus*, pro hac sententia refert idem Mag. Prado, M. Ledesma, Alvarez, Nuño, pro eaque posse adduci affirmat Caietan. Soto, & alios asserentes, instrumenta elevari sola motione virtuosa principalis agentis.

Prado metaph. cent. 12. art. 6.

D. Th. q. 3. de Potentia art. 7. ad 7.

D. Th. 1. 2 q. 110. art. 2.

Lemos lib. 3. fol. 58.

D. Thom.

67 Hanc quæstionem esse de nomine iam olim præmonuit M. Lemos: quia cum nemo ex Thomistis asserat præmotionem esse qualitatem, seu formam permanentem, quia ita, & libertatem præmeret, & actum primum constitueret; sed omnes supponant præmotiones esse transeuntes in causis *ut impressiones, quæ cessant actu cessante* ex Div. Thoma: & cum

M. Prad. ubi supra n. 103 & vide ipsum. Cont. 10. art. 4. n. 45.

Aug. ep. 124.

August. de quant. anime lib. 5. unic. c. 6.

Sec. 2. 3.

Q. 2. sect. 3.

ut ait M. Prado: *Discipuli omnes Sancti Thomae conveniunt in influxum Dei aliquid physicum imprimere causa secundam quam movet; dividuntur autem in explicando, quid sit hoc à Deo causa secundam impressum? Dissidium erit maxime de voce; quia si constat prædetermin. esse aliquid physicum à Deo causa secundam impressum, & esse aliquid transiens, & fluxum; solum in modo loquendi erit diversitas. Ad sciendum, hoc impressum à Deo causa secundam sit qualitas, quia intrinsece inherens, vel motus, quia transeunter exiens? De hoc ergo dubio parum curandum erit iuxta Augustini monitionem; cum de re constat non esse certandum de nomine: Non solum approbo, ait Magn. P. Verum etiam moneo, ut semper rerum curam magis, quam verborum te habere delectet.*

68. Si ergo ut indubium supponunt Discipuli Thomae præmotionem esse intrinsece, & transeunter receptam, seu inherens in causa secundam: Quod de re inter ipsos potest esse dissidium? Hucusque solum duplex 1. An hæc præmotio intrinsece inherens voluntati sit realiter distincta ab auxilio sufficiente consentientis? De quo in hac questione iam dixi, & cum hoc Authore non disputo, supponit enim nobiscum realem distinctionem inter auxilium sufficiens, & prædeterminationem: 2. An prædeterminatio intrinseca voluntati identificetur realiter cum consensu, seu actione voluntatis, vel sit aliquid medianum inter actum primum, seu auxilium sufficiens, & consensum, realiterque ab utroque differens? In quo plurimi Authores nostræ Scholæ negarunt prædeterminationem realiter à consensu distinctam, eam enim esse asserunt consensum ipsum ut prius natura à Deo, quam à voluntate determinatum: eos superius adduxi: hanc sententiam asserit Primarius Noller F. Ideph. Michael probabiliter edocuisse in materia de auxiliis; his

verbis: *Hæc Doctrina; scilicet consensum esse impe-*
di à voluntate prædeterminata: Melius capietur in
mea sententiâ probabili; quàm probabiliter defendi in ma-
teria de auxilijs, ubi docui non dari qualitatem mediam
realiter distinctam inter potentiam, & actionem, quæ qua-
litas media realiter distincta sit physica prædetermina-
tio, sed dixi physicam prædeterminationem esse identifica-
tam realiter cum actione cause secundæ, esseque eandem
actionem prout prius intellectam oriri à Deo, quàm à cau-
sa secundæ: A qua sententiâ non recedit Mag. Cabrera
dum ait: Actuale Dei auxilium est motio actualis Dei
recepta in potentia creata, quæ realiter non distinguitur
ab operatione potentie, sed solum formaliter; itaque non
est qualitas, nec operatio immanens divinæ voluntatis; sed
ipsamet actio elicita à potentia creata habet rationem au-
xilij actualis quatenus procedit à Deo ut à causa prima
supernaturali: Sed in huius Authoris sententiâ præde-
termin. non in consensu, sed in ipsa actione Dei imma-
nente consistit; unde ei non favet Primarius Michael
probabiliter docens prædetermin. realiter identificatam
cum actione cause secundæ, nec M. Cabrera expresse ne-
gans, quòd auxilium actuale sit operatio immanens di-
vinæ voluntatis: Excedant ergo ut ingenioso huic Au-
thori placet Sap. Salmanticensis: excludendo à nume-
ro discipulorum August. & Thomæ negantes qua-
litem physicæ prædetermin. Ego tamen non excede-
re existimo dum assevero nullum ex Thomistis legis-
se, qui physicam prædeterminationem in actione Dei
constituat, præter huic Doctum Magistrum, quem
nobilem esse Thomistam fateor: Prædetermin. non
identificari cum actione creaturæ colligitur efficaci-
ter ex his, quæ iam scripsi: Nunc non disputo; An præ-
determin. sit vel non qualitas? Quia si huic Authori
placet qualitatem esse nego, non esse vero actio-
nem

Ildes. Mi-
chael. q. 19
de volunt.
art. 8. dub.
1. cap. ult.

Cabrera in
3. p. q. 18.
art. 4. dis.
5. dub. 1. n.
40.

Palanco q.
1. 4. n. 84.

T. i. disp.
1. q. 1.



nem ipsam Dei scholasticè ita probo.

69

Gratia efficax, quæ existit, dum voluntas salutariter consentit est physica prædetermin. consensus salutaris; sed gratia ista efficax non est idem realiter cum actione Dei: ergo prædetermin. physica non est ipsa actio Dei. Mai. solide, & acute probat prælaudatus M. ego ita prob. min. Gratia efficax, quæ existit dum voluntas consentit est intrinsece recepta, & inhærens in consentiente, sed actio Dei immanens non est intrinsece recepta in consentiente; cum in Deo maneat subiective, solumque terminativè sit in nobis, quatenus consensus, seu eius effectus in nobis recipitur: ergo gratia efficax ista non est actio Dei. Min. est evidens: Pro veritate tamen maioris omnes non solum Thomistas, sed Scholasticos DD. quos legi appellare possem, iudico enim omnes gratiam internam physice receptam in voluntate iam sufficientem, & efficacem dividere: Iansenius hanc divisionem destruxit, quia negavit gratiam internam, seu intrinsece receptam inefficacem, licet gratias externas inefficaces vltro admitteret: ergo pariter prædictam divisionem tollet, qui licet fateatur gratias externas efficaces, negat gratiam efficacem internam, seu intrinsece receptam: Numquid nullum ex sacris testimonijs experimentibus gratiam efficacem potest adduci ad suadendam gratiam voluntati intrinsecam? Scholæ omnes, ut iudico, gratiam efficacem esse intrinsecam voluntati fatentur, siue sit, aut non efficacia gratiæ intrinseca; siue si est efficax ab intrinseco sit consensus, aut non; siue sit qualitas, aut aliquid intrinsecum per modum motionis: Si vero ab extrinseco efficax, an à scientia media, à consensu, vel à Decreto Dei? Hucusque vero disputatum non inuenio, An gratia efficax sit intrinseca, & inhærens in consentiente, vel sit entitas

in creata in consentiente non inherens nec recepta? Probo autem illam mai. multipliciter 1. auctoritate Sacrae Scripturae, 2. Conciliorum: 3. SS. Patrum 4. ratione Theologica.

70 Prius tamen, si licet, expendo testimonium, quod ad aliud intentum adducunt P. Ripalda, & P. Salmantic. illorum Theologorum coram Clemente Octavo asserentium: *Fatemur, quod ad pietatis opera, quibus homo ad iustificationem disponitur necessarium est auxilium preveniens gratia efficax per quod Deus facit ut homo pie operetur, quod quidem auxilium est internum, supernaturale, intellectui, & voluntati intrinsicum, & donum peculiare distinctum ab auxilio sufficiente.* Certe actio Dei non est donum internum intellectui, & voluntati intrinsicum, sed de hac auctoritate parum curo.

71 Prob. ergo mai. 1. gratia efficax est illa gratia cooperans, seu adiuvans edocta à D. Paulo asserente: *Non ego, sed gratia Dei mecum*, sed D. Paulus loquitur de adiutorio gratiae ei intrinsicae distincto realiter à Deo, & eius actione: ergo gratia efficax intrinseca est consentienti, & distincta realiter ab actione Dei. Min. probat Mag. Lemos, his verbis: *Sancti PP. universi in expositione huius testimonij, gratiae adiutorium distinctum ab ipso Deo, ipsique Apostolo tributum intellexerunt. Gregorius enim illam gratiam Dei, vocat donum Dei, à Deo ipso datum: & S. P. Augustinus illam gratiam vocat divinam motionem in nobis receptam. S. Anselmus ad illum praefatum locum Pauli illam gratiam dicit esse aliquid in nobis sine nobis à Deo causatum. Sic Bernardus, sic Ambrosius, sic Sanctus Prosper, sic Sanctus Thomas, una voce enim per illam Dei gratiam, aliquid supernaturale creatum, & nobis tributum plane interpretantur: Videatur hic SS. M. non solum in eo capi-*

Ripalda d.
113. sect.
11. n. 83.
Salmant.
dis. 5. dub.
6. n. 112.

1. ad Cor.
14.

Lemos l. 4.
part. 1. tr.
7. c. 2.
August. de
spiritu, &
litera c. 34
& sequen-
tib.



pite, ex quo inter plura hæc transcripti. Sed alibi ubi ex modo loquendi Conciliorum efficaciter suadet gratiam prævenientem excitantem, aut adiuvantem esse donum Dei intrinsece receptum in conscientia, & distinctum ab operatione.

*Lemos ibi
cap. 4.*

72 Vnde in 2. probat. ex Concilijs solum addo. 1. gratia adiuuans, & excitans sunt dona Dei Tridentino quibus homo disponitur, vt se se convertat ad Deum; *preparatur enim voluntas à Domino per hæc sua dona; sed dispositio preparans voluntatem vt se convertat ad Deum debet esse ei intrinseca, vt patet: ergo gratia adiuuando præueniens est gratia intrinseca; sed hæc gratia est efficax ergo.* ¶ Accedit Catechismus in illis verbis: *Dens omnia qua moventur, & agunt intima virtute ad motum, & actionem impellit;* in quibus gratiam prædeterminat. iudicant Thomistæ expressam, nec dissentit Doctus iste M. sed intima virtus impellens omnia, quæ agunt ad actionem est intrinseca ipsique in hærens; non enim virtus impellens diceretur intima, si extrinseca esset. ergo talis gratia intrinseca est.

*Catech. in
1. p. ad ill.
creator cœ
li, in fine.
Palanco q.
10. sect. 1.*

73 Ex Concilio Senonensi idem probatur ait enim: *Voluntas humana misericordie prævenientis auxilio suffulta, & interiori quoddam, & oculto secretioris inspirationis affatu contacta se se convertit in Deum.* Vbi Thomistæ duas motiones euocatas esse à Concilio iudicamus, moralem vnam in illis verbis: *Misericordie prævenientis auxilio suffulta;* physicam aliam in his; & *interiori quoddam, & oculto secretioris inspirationis affatu contacta;* cum eam hæc inspiratio secretior sit aliam minus secretam supponit; hæc autem motio physica est prædeterminat. sed iuxta Concil. hæc secretior inspiratio est intrinseca voluntati, & in ea in hærens: ergo prædeterminat. non consistit in actione Dei, sed in aliquo

*Senonense
Decr. 15.*

quò voluntati intrinseco: Prob. min. 1. illa secretior
 inspiratio oculto, & interiori affatu voluntatem con-
 tingit: ergo ei inest. ¶ 2. ut voluntas misericordiae pra-
 venientis auxilio sit suffulta debet ei inhaerere misericor-
 dia illa praeveniens: ergo ut secretioris inspirationis af-
 fatu sit contacta debet ei inhaerere secretior ea inspi-
 ratio.

74 Ex SS. P. Augustin. & Divum Tho-
 mam adducam. 1. Sanct. Augustinum dum de P. Pe-
 tri penitentia ita affatur: *Quod scriptum est; respexit eum
 Dominus, intus actum est, in mente actum est, in voluntate
 actum est; misericordia Dei subvenit latenter, cor tetigit,
 memoriam revocavit, interiori gratia sua visitavit Pe-
 trum, interioris hominis usque ad exteriores lachrymas
 movit, & perduxit affectum.* Vbi expresse loquitur de
 auxilio efficaci, quia auxilium movens, & perducens
 affectum interioris hominis usque ad exteriores la-
 chrymas efficax est. Sed tale auxilium ex Augustin.
 fuit intrinsecum D. Petro, & non extrinseca actio Dei,
 ergo. Prob. min. auxilium illud vocatur ab Augustin.
 misericordia Dei latenter subveniens, cor tangens, &
 interior Dei gratia visitans Petrum; sed haec omnia
 gratiam intrinsecam exprimunt ergo.

75 2. August. ait: *Hac itaque gratia (idest ef-
 ficax) quae oculte humanis cordibus divina largitate tri-
 buitur, à nullo duro corde respuitur. Ideo quippe tribuitur,
 ut cordis duritia primitus auferatur.* Ergo gratia efficax
 nobis datur, & cordibus divina largitate tribuitur: er-
 go est donum, quod intus in nobis est; nec enim
 nobis tribuitur, quod nobis non inest. ¶ Dices no-
 bis donari gratiam efficacem terminative; seu eius ter-
 minum, non vero ipsam subiectivè, & in se. ¶ Con-
 tra: quia nobis datur hac gratia, ut cordis duritia primi-
 tus auferatur: ergo non, quia per eius terminum au-

August. de
 grat. Chris-
 ti c. 45.

August. de
 Pred. San-
 ct. c. 8.



August. lib.
2. cont. 2.
ep. Pelag.
c. 7. & ep.
107.

fertur cordis duritia; u. enim Augustin. ex illis Aposto-
li verbis; *Misericordiam consecutus sum ut sim fidelis*
continuo deduxit: ergo non quia eram fidelis; cur simili-
ter non possum ex Augustin. verbis colligere? Illa gra-
tia datur ut cordis duritia auferatur: ergo non quia au-
fertur: Non ergo illa gratia datur nobis ratione ter-
mini, sed potius terminus ratione gratiæ; quia gratia
datur ut detur terminus.

76

August. de
Corr. ep. &
grat. c. 11.
& 12.

T. 1. disp.
2. q. 3. sec.
5.

Cap. 12. in
principio.

3. Adiutorium quo nunc perseverant
Sancti iuxta Augustin. est efficax gratia; sed hoc adiu-
torium est aliquid intrinsicum inhærens sanctis: ergo
gratia efficax est intrinsece inhærens iuxta Augustin,
Mai. est indubia: & prob. min. ex dictis Augustin. in il-
lis capitibus essentiam adiutorij quo exponentibus, ubi
expresse de eo fatur ut dono nobis intrinseco non so-
lum ratione termini (cum quo identificari senserunt
plures, quos olim reieci) sed ratione sui: sufficiat, quod
dum comparat Sanctos Adamo, qui in eo bono, quo fa-
ctus fuerat reclusus acceperat posse: de Sanctis ita ait: *Nunc
vero Sanctis in Regnum Dei per gratiam Dei predestina-
tis, non tantum tale adiutorium perseverantiæ datur, id est
sine quo sed tunc ut eis perseverantia ipsa donetur, non
solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint, ve-
rum etiam, ut per hoc donum non nisi perseverantes sint.* Er-
go Sancti etiam accipiunt donum per quod non nisi
perseverantes sunt.

77

D. Th. ad
Roman. 8.
sect. 5.

Divum Thomam in eisdem veritatis
confirmat. expendo 1. dum distinguit duplicem voca-
tionem vnam externam, interiorem aliam; quæ est
(inquit) *quidam mentis instinctus, quo cor movetur, & hæc
in predestinatis est efficax: ergo. 1. gratia efficax non est
actio Dei, quia inter vocationes externas, non interio-
res Div. Thom. eam numeraret, si extrinseca esset: er-
go. 2. gratia efficax est nobis inhærens, qualiter enim*

non

non inest nobis mentis instinctus, quo cor nostrum mo-
vetur.

78 2. efficacissime, ni fallor, assumptum ex
eodem S. Doctore confirmo: asserit enim: *Quidam ve-
ro omnia fato agi dixerunt, ordinationem, quæ est in rebus
ex divina providentia, fatum nominantes. Unde Boetius di-
cit; quod fatum est inherens rebus mobilibus dispositio,
per quam providentia suis quæque necesse ordinibus. In
qua fati descriptione dispositio pro ordinatione ponitur. Re-
bus autem inherens ponitur, ut distinguatur fatum à
providentia; nam ipsa ordinatio secundum quod in men-
te divina est, nondum rebus impressa, providentia est,
secundum vero, quod iam est explicata in rebus fatum
nominatur. Mobilibus autem dicit ut ostendat, quod ordo
providentia à rebus contingentiam, & mobilitatem non
aufert, ut quidam possuerunt; secundum hanc ergo accep-
tionem negare fatum est providentiam divinam negare.
Hucusque Sanct. Doctor, qui nullibi explicatius, vide-
tur tradidisse prædetermin. intrinsicæ voluntati inhe-
rentem; i. ita colligo: Negare fatum secundum acceptio-
nem à Div. Thom. adductam est providentiam divinam
negare; sed fatum accipitur à Div. Thom. pro dispositio-
ne rebus mobilibus inherente, per quam providentia suis
quæque necesse ordinibus: ergo negare dispositionem in-
herentem rebus mobilibus per quam providentia ad
impleatur iuxta Div. Thom. est providentiam divi-
nam negare. ¶ 2. fatum est ordinatio in rebus, seu re-
bus inherens, ut distinguatur à providentia, nam ordina-
tio ipsa nondum rebus impressa providentia est, secundum
vero, quod iam est explicata in rebus fatum nominatur. Er-
go præter ordinationem, seu actionem nondum rebus
impressam, ordinationem rebus inherentem, & im-
pressam Doct. Sanct. stabilit quam explicationem,
effectum esse providentia, fatumque nominari stat*

D. Thom. 2.
Contrag. 6.
93.



tuit. ¶ 3. ordinatio, seu dispositio illa rebus mobili-
 bus inhæret ex divina providentia, quia ordo providen-
 tiæ à rebus contingentiam, & mobilitatem non aufert, ut
 quidam possuerunt. Non ergo metuendum est, quod or-
 dinatio impressa rebus, seu eis inhærens mobilitatem,
 aut libertatem auferat, quia licet impressa mobilibus in-
 hæret. ¶ Postremo: fatum illud innegabile, licet mo-
 neat Doct. Sanct. post Augustin. Gentilitatis vocem
 respuendam, ita diffinitur: *Fatum est immobilis disposi-
 tio rebus mobilibus inhærens*; scd ex hac diffinitione col-
 ligimus ex Doct. Sanct. fatum non esse motionem in-
 differentem, seu resistibilem, quia non esset *immobilis
 dispositio*, si esset a mobili frustrabilis; ergo ex eadē diffi-
 nitione deducitur, quod talis motio, seu ordinatio nō
 est actio Dei mobili extrinseca, quia si ita esset non es-
 set *mobili inhærens*.

D. Th. quod

12. art. 4.

Q. 2. num.

185.

186.

79. Tertio expendo vulgatum, & celebrē
 testimonium, in quo exposuit Doct. Sanct. naturam
 physicæ præmotionis, qua Deus ad agendum movet,
 & applicat causas secundas, & cum in se opponeret 7.
 argumentum probando sufficere causis secundis ad
 operandum virtutem naturalem primo participatam
 à Deo, quin de novo Deus aliquid in ipsis operetur
 movendo eas ad operandum, ne sic abeamus in infi-
 nitum; per hæc verba dissolvit. *Ad 7. dicendum*, quod
 virtus naturalis, quæ est rebus naturalibus in sua ins-
 titutione collata: inest eis ut quædam forma habens
 esse ratum, & firmum in natura. Sed id quod à Deo
 fit in re naturali, quò actualiter agat est ut intentio so-
 la: habens esse quoddam incompletum, per modum
 quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumen-
 to artificis: sicut ergo securi per artem dari potuit ac-
 curatè, ut esset forma in ea permanens non autem da-
 ri ei potuit, quòd vis artis esset in ea, quasi quædam
 for-

D. Th. q. 3.

de pot. art.

7. ad 7.

forma permanens nisi haberet intellectum : ita rei naturali potuit conferri virtus propria, ut forma in ipsa permanens: non autem vis qua agit ad esse, ut instrumentum primæ causæ: nisi daretur ei, quod esset universale essendi principium, nec iterum virtuti naturali conferri potuit, ut moveret se ipsam : nec ut conservaret se in se. Unde sicut patet, quod instrumento artificis conferri non potuit, quod operaretur absque motu artificis: ita rei naturali conferri non potuit, quod operaretur *absque operatione divina.*

80 Plurima hic amplectitur Div. Thomæ quæ necessum est strictim colligere. Primo asserit, virtutem causarum ad operandum esse quid permanens *inherens eis, ut quaedam forma habens esse ratum, & firmum in natura.* ¶ 2. statuit motionem Dei applicantem virtutem completam causæ *habere esse quoddam incompletum per modum quo colores sunt in aere* (Non quia verum esse non habeat, sed quia esse motionis est fluens, ea celeritate, qua colores in aere disparent) *& virtus artis in instrumento artificis: ergo Doctor Sanctus, non solum docet motionem non esse virtutem exactam ad posse, verum etiam esse inherenter, cum à Deo fiat in re naturali ei enim inest, si in ea à Deo fit.* ¶ Nec Sanct. Doctor motionem excludit à conceptu virtutis, quia sit extrinseca rei naturali, ut hic ingeniosus M. Julpicatur; sed quia virtus *inest rebus ut quaedam forma habens esse firmum in natura, seu permanens; Id vero quod à Deo fit in re naturali, quod actualiter agit, est ut intentio sola habens esse quoddam incompletum, seu transiens, unde virtutem esse intrinsecam statuit non aliter motionem, cum solum diversitatem constituat, penes esse firmum virtutis, & esse incompletum motionis.*

P. Palano
o q. 14. se-
ct. 4. erga
finem.

81 Nec valet asserere cum praelaudato Au-
thore vim eam in causa secunda à Deo receptam
non esse ut efficiat in genere causæ principalis effec-
tum proprium, sed *ut agat ad esse ut instrumentum pri-
mæ causæ*; ad illaque agendum formaliter, & actualiter
ipsa vi participata, non vero actione distincta, &
ad ipsam vim subsequuta: Quia licet hanc vim fieri à
Deo *in re naturali* ex Div. Thom. inferatur, secus
fieri seorsum ab actione, & ante illam, cum potius fiat
eodem fieri, quò a Deo fit actio naturalis; fit enim in
causa ut per ipsam vim actualiter agat, seu ut in sub-
iecto formaliter agente; similiterque fit in actione
ut in actu illa vi modificato: unde unico indivi-
sibili fieri fit in causa secunda actus agendi cum il-
la vi ad esse ut effectum principalis agentis. ¶ Un-
de præfatus M. rejicit opinionem illam inter Tho-
mittas valde probabilem subijcientem actionem
transcurrentem in passo; quia cum Doctor Sanct. il-
lam vim, seu motionem receptam in causa, expressè
affirmit, vis illa non posset esse ipsa actio, aut eius
modus, si actio non esset subiective in agen-
te.

Suarez ubi
supra n. 59.

Ant. Perez
disp. ult. de
prov. sect. 3.
n. 32.

Henao ser.
68. n. 571.

82 Priusquam solutionem oppugnem obser-
va i. præiacto testimonio, ut validissimo semper præ-
determin. intulisse Thomittas; ita ut Suarez iudi-
caret aliquando Div. Thom. prædetermin. edoctam
in eo in summa retractasse, licet alibi Doctor Sanct.
exponere tentet: Alij vero P. Societatis per illam vim
factam à Deo *in re naturali* ipsam operationem causæ
secundæ intellexerunt ut elicitam ab actione Dei im-
manente, ut P. Antonius Perez; Alij autem agnove-
runt Div. Thom. docuisse aliqui applicans causas se-
cundas distinctum ab eius actione ut P. Henao, licet
negent esse prædeterminationem; unde hoc testimo-

num omnino inefficax receditur ad suscitandum ef-
 fe prædeterminata. cū ex eo Doctus Thomista negat col-
 ligi aliquid, quo Deus moveat distinctum ab actione
 creaturæ,

83. **Observa 2.** cum prædicto Authore; va-
 de diversa esse, causam secundam agere in virtute
 primæ, & moveri à Deo ad agendum Doct. enim
 Sanct. ait Deum esse *causam cuiuslibet actionis, in quan-*
tum applicat virtutem actioni, & in quantum eius vir-
tute omnis alia virtus agit; quem secundum modum
 influxus exposuit vt à primo diversum, eoque poste-
 riorem; vnde confundentes vnum cum alio non ita
 clare vt expedit procedunt. ¶ Nunc solum disputa-
 tamus de modo influendi *in quantum Deus applicat*
virtutem actioni; solutio autem Div. Thom. vnice in-
 telligitur à P. Palanco de alio modo influxus *in quan-*
tum Dei virtute omnis alia virtus agit (in fine vero De
 Sanct. vtrumque influxum exponit, vt ex verbis solu-
 tionis constat) quia actioni causæ secundæ communi-
 cat Deus quandam vim, vt producat prædicatum *enti-*
tis, quod vtpote universalissimum solum universali
 Authori correspondet vt principali causæ. ¶ Me ta-
 men hic pungit scrupulus: Si actio creaturæ exigit vim
 receptam ex actione Dei, qua modificetur, vt efficiat
 prædicatum *entis*, quod est in effectu, & vnice Deo
 vt causæ principali attribuitur; cur non erit necessaria
 in voluntate vis quædam recepta ex actione Dei, qua
 modificetur, vt efficiat prædicatum *entis*, quod est
 in actione, & vnice Deo vt principali causæ tribuitur?
 Cum vero vis ista debeat prævenire actionem, sicut
 vis communicata actioni prævenit effectum, aliquid
 intrinsecum præter virtutem permanentem erit in
 causa præveniens actionem.

D. Th. ibi
 in corp.

84. **Accedo nunc ad præcipuum scopum pro-**

R 2

band

D. Th. ubi
sup. arg. 7.

bando, ut præcludatur solutio, Deum applicare virtutem actioni esse aliquid intrinsecum transeuntis ad virtuti distinctum ab actione, iuxta Div. Thom. argumentum enim quod tibi opponit in hunc modum procedebat: *Si Deus in natura operante operatur: oportet, quod operando aliquid rei naturali tribuat, nam agens agendo aliquid actu facit.* En propositio enim primam ab arguente assumptam, quam in solutione D. Thom. indubitanter admisit: *Potsito vero Deum operando aliquid rei naturali tribuere.* Prosequitur argumentum ad probandum hoc esse falsum hac interrogatione: *Aut ergo illud sufficit ad hoc, quod natura possit per se operari, aut non?* Nihilis autem solutio esset interrogatio, si Deus operando solum tribueret rei naturali operationem, & non aliquid ei prævium; hæc enim est fatua inquisitio, operatio sufficit ut natura possit operari; aut non? *Si sufficit* (Prosequitur Sanct. Doctor) *cum etiam virtutem naturalem Deus natura tribuerit, eadem ratione poterit dici, quod, & virtus naturalis sufficiebat ad agendum, nec oportebit, quod Deus postquam virtutem naturæ contulit, ulterius ad eius operationem aliquid operetur. Si autem non sufficit oportebit, quod ibi aliquid aliud iterum faciat, & si illud non sufficit iterum aliud, & sic in infinitum.*

85. Hæc est Div. Thom. contra se ipsum obiectio, cui satisfacit in verba superius adducta, solutionem autem per partes expendere oportuit, ut clarius nobis de Divi Thomæ mente conceptus illuceat; in responsione supponit Deum operari in operatione naturæ tribuendo aliquid rei naturali: ad interrogationem asserit; sufficere illud quod Deus operatur, ut natura possit per se operari; Ad replicam, cur hoc tributum à Deo sufficit, ut natura agat, & non sufficit

Supra n.
79.

virtus naturalis primo a Deo indita? Disparitatem tribuit, quia virtus naturalis inest ei, ut forma permanens, illud vero tributum à Deo non potuit permanenter comunicari rei naturali, nisi esset movens immotum; sicut instrumento artificis potuit permanenter comunicari acumen, sed non vis artis, quia haberet intellectum: ergo Div. Thom. clarissime defendit aliquid non permanens tributum rei naturali distinctum à virtute, & operatione; quis enim credit Doct. Sanctum preoccupatum ad dissolvendum hoc argumentum, operatio sufficit ut natura operetur: ergo, & virtus naturalis?

86 Pro adæquata explicatione allegati testimonij, quod sine dubio præstantissimum est, inter omnia Angelicæ Doctrinæ faventia paulisper immoremur, ad formam scholasticam reducendo argumentum in se à Div. Thoma propositum, ita procedebat; si Deus operaretur in natura operante aliquid operando rei naturali tribueret; sed Deus operando nihil rei naturali tribuit: ergo Deus non operatur in natura operante. Mai. supponit arguens, quia *agens agendo aliquid actu facit*. Prob. min. Si Deus operando aliquid tribueret rei naturali, vel hoc sufficeret, ut natura posset per se operari, aut non? Si 2. est abire in infinitum; Si 1. ergo virtus naturalis primo à Deo indita nature sufficiet, ut natura possit per se operari: Quis non videt hoc argumentum minime exposcere profundissimam Doctrinam, quam ad eius infringendam vim adduxit Div. Thom. si Deus operando in operatione naturæ solum tribueret operationem, & non aliquid ei prævium? Nonne Div. Thom. accingeretur ad diffusè respondendum argumento ita inepto: Ut natura operetur sufficit, quod Deus tribuat operationem rei naturali: ergo sufficiet, quod rei naturali tribuat virtutem?

Paulus T.
ad Cor. 4.

P. Palanco
q. 13. sect.
4.

87. Probo iam assumptum à ratione; quæ in scriptura, & PP. fundamentum habeat (non enim ago Philosophum) dupliciter. Primo: ex illo Apostoli, *quis te discernit?* Infertur donum intrinsece inherens consentienti cum discernens realiter à consensu distinctum: sed donum gratiæ discernens consentientem distinctum à consensu est gratia prædetermin. & distincta à libertate consentiendi: ergo gratia prædetermin. est intrinsece inherens in consentiente distincta à consensu, & libertate consentiendi; & exinde non consistit in actione Dei, quæ nobis non inhaeret, nec exigitur ex parte actus primi, quia non distingueretur à libertate adæquatè. Discursus rectus min. ultro fatetur M. Palanco acutissime probans dona gratiæ indifferentia non posse esse discretiva; vnde donum discernens nequit libertatem constituere, & si distinguitur à consensu erit gratia ipsum prædeterminans: ad mai. reducitur difficultas, quia dum hic Author me introducit pugnantem cum Primario olim nostro P. Ribadeneyra, licet profecto sim impar Achylle miles, esse aliquam intrinsecam discretionem consentienti distinctam à consensu, cum Ribadeneyra renuit tale discretivum intrinsecum, in quo loquitur consequenter ad suam doctrinam negantem prædetermin. intrinsecam, summeque distat à Societatis schola dum efficacissime suadet prædetermin. extrinsecam consentus, seu discretionis intrinsece formalis: Intendo autem, non solum esse activam eam discretionem extrinsecam, sed etiam adesse consentienti inherentem gratiam distinctam realiter à consensu; nec otium est ut probationes meas huius asserti firmem, dum eas acumine miro diluere, & infringere conatur solum vnam mihi efficacissimam rationem, licet olim à me expensam ab hoc Authore intactam, subiitque

T. 1. disp. 2
q. 1.

Itaq.

88 Itaque disputo: Augustinus prædicto Apostoli testimonio vicit Semipelagianos, in eo, & se ipsum convincens dari nobis donum gratiæ præveniens consensum distinctum ab eo, & à donis naturæ: sed hoc testimonium, vel gratiam eam intrinsecam non conviciat, vel esse discretivam persuadet: ergo datur gratia præveniens consensum intrinsecam consentienti, quæ sit discretiva. Mai. est indubia, quia si id non convinceret Augustinus tam longe abisset illo Apostoli loco Semipelagianos, quod subterteret, & prosterneret, quod nec tangeret. Prob. min. 1. Deum discernere solum suadet gratiam Dei discretivam: ergo si convicit gratiam Dei nobis intrinsecam distinctam à consensu, gratia hæc intrinseca erit discretiva. ¶ 2. Hæc est Augustini consequentia: *Deus ex Apost. discernit consentientem: ergo datur consentienti gratia præveniens consensum distincta à donis naturæ*, dum ex antecedenti Apostoli infert consequens Catholicum adversus Hæresim Semipelagianam ab omnibus Orthodoxis, ut sanctum amplexum: Assume ergo principium ut fiat syllogismus perfectus præfata Augustini. consequentia ego aliud non invenio, nisi hoc; Deus discernit consentientem præveniendo ipsum per donum intrinsecum discretivum; sed dona naturæ discretiva esse non possunt; ergo est donum præveniens gratiæ intrinsecam consentienti distinctum à donis naturæ: Min. convincit Augustin. solemniter illo principio *Numquid enim per hæc dona, quæ omnibus communia sunt hominibus discernuntur homines ab hominibus?* ergo illa mai. assumpta est vera; scilicet esse donum gratiæ præveniens intrinsecum, & discretivum: sed gratia indifferens discretiva esse non potest, ut nobiscum fatetur hic Author, & non obscure colligitur ex Augustini edocente dona naturæ esse impotentia ad discernendum, quia com-

August. de
Trad. san.
Et. 3.

Aug. ubi
Sup. c. 5.

munia sunt : ergo est intrinsicum nobis donum præveniens gratiæ non indifferens, sed determinans, & à consensu distinctum.

89 *U*rgentius præmo : Apostoli testimonium convincit gratiam inhaerentem distinctam à consensu, & donis naturæ: ergo, & suadet gratiam inhaerentem distinctam à consensu, & donis libertatis: antecedens constat, quia illo testimonio Augustin. non posset debellare Semipelagianos. Prob. conseq. Ideo ex hoc testimonio convincitur gratia inhaerens in consentiente distincta à consensu, & donis naturæ iuxta Augustin. quia dona naturæ sunt communia consentienti, sed etiam dona gratiæ, quæ constituunt libertatem sunt communia consentienti, & dissentienti, ut & ipsa libertas: ergo. ¶ Aliter: Deum discernere consentientem probat prævenire consensum per gratiam intrinsicam seu inhaerentem in consentiente; alias ut sæpius dixi infeliciter usus fuisset Augustin. loco Apostol. adversus Semipelag. etiam hoc testimonium suadet gratiam prædeterminantem; alias hic Author inapte vteretur eo adversus Iesuitas: ergo eo ex testimonio utrumque colligitur, gratia præveniens intrinsicæ & gratia prædetermin. sed si gratia prædetermin. esset extrinseca, & non inhaerens, cum per eam sufficienter Deus discernat, discretio ex Deo non probaret gratiam Dei inhaerentem: ergo gratia prædetermin. inhaerens, & intrinsicæ est.

90 *S*ecundo à ratione Theologica proba conclusionem : Gratia qua Deus iustificat dispositos eis inhaeret : ergo gratia, qua Deus adjuvat excitatos eis inhaeret; sed gratia hæc adjuvans est prædetermin. cum supponat gratiam excitantem, seu actum primū, & præveniat secundum: ergo gratia prædetermin. nobis inhaeret non constituendo actum primū : ergo

non est realiter ipsa actio Dei: subsumpta, & consequentia ex ea illata constant. Antequam est de fide adversus Heterodoxos nostri temporis à Tridentina Synodo definitum: consequentiam probo 1. Ideo gratia dispositos iustificans eis inhæret, quia est gratia Dei, qua nos facit iustos, qua videlicet ab eo donati vere iusti sumus; ut enim, ait Apostolus, sumus iustificati gratis per gratiam ipsius; id est, per gratiam ab eo donatam, & nobis infusam; nec ly per potest exponi de benevolentia Dei iustis extrinseca, ut delirarunt Calvinus. & Kemnitius relati, & reiecti ab Emin. Bellarmino; sed gratia adiuvans excitatos est gratia Dei, qua nos adiutos facit, & qua ab eo donati adiuti, gratis sumus per gratiam ipsius, ideo enim continuo expostimus Deum adiutorium gratiæ ipsius, dicitque Dominus; Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam ut in preceptis meis ambuletis; nec loquitur de gratia excitante, sed adiuvante efficaci, non enim dicit faciam, ut ambulare possitis, sed ut ambuletis: ergo. 2. ideo gratia iustificans nobis inhærens est, quia dicitur charitas diffusa in cordibus per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis: Accēpimus enim, iterum fatur Apostolus, Spiritum adoptionis in quo clamamus, Abba Pater: Sed gratia qua Deus nos adiuvat, ut eum diligamus, & facit dilectores suos, etiam dicitur, cordibus nostris infusa, ut disertis verbis docet Augustin. alserens: Charitas Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos: Nec potest dici diffusa per dilectionem, quæ est actio nostra; actiones enim effunduntur ex cordibus, non in corda; De corde enim exeunt cogitationes male, ait Dominus; & ex Apostolo: Finis precepti charitas de corde puro. Similiter est gratia accepta in corde ex illa celebri Augustin. sententia: Homo preparat cor, non tamen sine

Trid. ses. 6
cap. 7.

Trident. ibi

Apost. ad Roman. 3.

Bellarmino de iustif. lib. 2
cap. 3.

Ezech. 36.

Apost. ad Roman. 5.

Apost. ad Roman. 8.

August. de Spiritu, & litera c. 32
Math. 15.

Apost. 1. ad Thim. 1.

Aug. lib. 2:
cont. 2. ep.

Pel. c. 8.



*Apost. ad
Rom. 8.*

*August. de
gest. cum
Pol. c. 3.*

adiutorio Dei, qui tangit cor, cicitur spiritus, quo agimus ex illo, Qui spiritu Dei aguntur hi sunt filij Dei; & ex Augustin. aguntur ut agant Spiritus enim, qui te agit agentibus adiutor est: ergo gratia adiuvans est donum Dei nobis inhaerens distinctum ab actione nostra;

91. *Amplius confirmo: Gratia per quam Deus excitat habitualiter iustos est interior non solum, quia intus operatur, sed quia intrinsece inhaeret in excitatione: ergo gratia per quam Deus adiuvat excitatos est interior non solum, quia intus operatur, sed quia intrinsece inhaeret in adiuto. Antecedens est indubium; sicut enim est innegabile actum salutarem esse interiorem, ita, & intus à Deo effici; unde gratiam interiorem excitantem, quam fatemur edocti à PP. Ecclesiae esse interiorem, quia intus inhaerentem, videtur omnino certum. Conseq. prob. Quia sicut S. Concilia vocant interiorem gratiam excitantem, ita, & adiuvantem.*

SECTIO SEXTA:

Predeterminatio non constituens posse agere illam servat libertatem actus; principium enim determinans actum, & independens à libertate, si non constituit potestatem agendi cum libertate actus non pugnat.

92

Conclusioni praefate omnes Thomistae subscribent edocentes, siue praediffinitionem divinam inimpedibilem à nostra libertate, siue superaddentes praedetermin. nobis intrinsecam, & inimpedibilem à nobis in existendo; omnes enim teneantur suppositionem ante

cedentem actum (cum enim nomine principij significamus) connexam, & à nobis independenter in existendo libertatis exciuium minime inducentem; illi autem DD. qui opinantur praedetermin. aliquando constituere posse, non formaliter sub munere auxilij efficacis sed identice sub munere auxilij sufficientis; si cum suppositione tria illa praedicata exprimente libertatem sustinent illaenam, facilius, imò, & necessario faterentur illa duo solum praedicata connexionis, & independentiae libertatem non labefactare.

93. Difficilius est mentem nobilium RR. Societatis in hac controversia indagare; Doctus R. Thomista iudicat esse hanc conclusionem inter ipsos communem; quia fatentur libertatem illaenam semper, quod principia proxima ad extrema libertatis indifferentia manent. Dissiteor: existimo enim esse communem DD. Societatis sententiam, cum hypothesis nostra libertatem simul staturam, & non staturam; quin fundamenta, quae vnum convincunt reddant inefficacia probantia alterum cum potius utraque convincant esse chymericam hypothesis, in qua procedimus simul inferentem libertatem illaenam, & extinctam; libertatem enim staturam nobiscum sentiunt; quia principia proxima indifferentia forent; sed simul non staturam opponent, cum suppositionem esse exactam & independentem, simulque non constituere posse repugnet; tum etiam quia suppositio connexa, & independens indifferentiam voluntatis sui determinativam ad utranvis partem adimeret: solum ergo ex RR. Societatis pro conclusione adducam, tum eos, qui praediffinitionem efficacem consensus liberi independentem à scientia media in essendo sustinent, necesse enim est ut fateantur suppositionem connexam, & inimpedibilem coherere libertati, cum principia pro-

P. Palanco
disp. 16. sc.
c. 3.



Tyrso t. 2.
disp. 6

Avendaño
disp. 14. c.
L.

Ribades. d
Prædest. 9
l. 2. cap. 2
n. 12.
Junio sect.
5. cap. 5.

xima consensus in differentia sunt, quos citatos invenies a R. Tyrso, & P. Avendaño; tum etiam asserentes, prædeterminationes efficaces consensus liberi necessario supponere directionem scientiæ mediæ, ut cõmodo non concipiantur, non vero ut libertatem servent illasam, necesse enim etiam est ut concedant prædeterminationem connexam non exigere impedibilitatem ex prælucentia scientiæ mediæ proventem, ut non perimat libertatem; eos citatos reperies apud P. Ribadeneyrã, & P. Junium; nec tamen nobiscum absolute conveniunt; licet enim suppositionem connexam cum consensu inimpedibilem cum libertate concilient, loquuntur de suppositione non exacta, nec ad consensum prærequisita; nos vero libertatem conservare intendimus cum suppositione connexa inimpedibili exacta ad consensum non constituyente potestatem proximam consentiendi. Probeamus ergo nunc, cum ea suppositione libertatem stare, cum vero ostendamus advertarios inefficaciter intulisse talem suppositionem, quia exactam, & independentem constitueri posse, vel ex prædicatis connexionis, & independentiæ cum libertate pugnare, cum illa suppositione libertatem staturam sine contradictione intulerimus, & hypothesim in qua procedimus non esse chymariæsam.

94 Ita probo: Suppositio connexa cum consensu, & à libertate inimpedibilis, dum non constituit potestatem proximam ad consensum (quam post hac appellabimus suppositionem A.) non evertit consensus libertatem; sed prædetermin. si potestatem proximam consentiendi non constituit est talis suppositio: ergo si potestatem non constituit libertatem non evertit. Prob. mai. Potestas activa consensus cum eo non connexa non est ad eum necessitata, & pro-

proinde est inalterabilis, seu libera, sed suppositio A. licet connexa cum potestas non, ut non redit potestatem connexam; cum enim omnia constitutiva potestatis inconnexa sunt potestas connexa esse nequit: ergo nec redit eam necessitatem, nec libertatem evertit. ¶ Aliter: suppositio A. non est potestas, ergo ex eo, quod deficiat nullum constitutum potestatis deficiat, & similiter ex eius existentia nullum constitutum potestatis avertit: ergo potestas eque erit indifferens, & libera existente A. huc deficiente. Prob. confeg. Quia potestas libera certo libera erit, dum eius constitutiva eadem perseverant.

195. ¶ Urgeo: Suppositio A. non tolleret libertatem per aliquid à se distinctum, nec per se formaliter: ergo posset cum libertate componi. Antecedens quoad primam partem constat: quia si tolleret libertatem per aliud distinctum, iam ipsa non tolleret, sed illud aliud, quod absre esset, cum supponamus ante ipsam omnia media à potestate exacta esse indifferentia. 2. pars antec. Prob. libertas solum tollitur formaliter per impossibilitatem consensus, aut eius antecedentem immediatam necessitatem; his enim exclusis integra manet: sed suppositio A. non est antecedens immediata impossibilitas consensus, quia impossibilitaret id, cui connectitur; nec eius antecedens immediata necessitas: ergo. Prob. 2. part. min. 1. quia si esset antecedens immediata necessitas non esset extra adæquatam proximam potestatem consentiendi, & post ipsam constituta.

2. Necessitas antecedens ex Div. Anselmo est causa ut res sit; B. etiam Albertus ait, est necessitas absoluta, quam vocat Anselmus antecedentem, quæ est ex causis proximis ad effectum ordinatis; sed suppositio A. non est causa ut consensus sit, alias potestas proxima con-

D. Anselm. de concord. cap. 1.
B. Albertus M. 1. p. sum. q. 2. memb. 8.

consentendi eam includeret, nec necessitas ex hac suppositione esset *ex causa proxima ad consensum ordinata*: ergo suppositio *A.* non esset immediata antecedens necessitas consensus.

D. Thom. I.
p. q. 19. ar
tic. 8.

96 3. adduco Sanctissim. Thomam referentem sententiam quorundam asserentium aliquos effectus esse contingentes ex causis medijs, quamque rationem ut in sufficientem refutantem, reducendo contingentiam effectuum in voluntatem divinam, faciundo plane ut in causas creatas ultimo referatur, probando *melius dicendum esse propter efficaciam divine voluntatis aliqua evenire contingenter, ea quidem, quæ Deus vult contingenter fieri, & ideo (Sanctus ait) quibusdam effectibus aptavit causas contingentes defectibiles ex quibus effectus contingenter eveniant. Non igitur propterea effectus voliti à Deo eveniunt contingenter, quia cause proxime sunt contingentes, sed propterea, quia Deus voluit eos contingenter evenire, contingentes causas ad eos preparavit. Legitoque eundem Doctorem Sanct. dum hæc fatatur: Si causa proxima fuerit contingens, eius effectum contingentem oportet esse, etiam si causa remota necessaria sit. Ex quibus aureis verbis ita colligo 1. Dum Deus vult effectum contingenter fieri effectus contingenter, & sine necessitate eveniunt. & quia Deus vult effectus contingenter evenire causas contingentes ad eos preparavit; sed suppositio *A.* non excludit, quod Deus aptet causas contingentes defectibiles ad consensum; qualiter enim auferet contingentiam cause conexio *A.* si causa non est: ergo suppositio *A.* potest stare cum contingentia consensus, & cum voluntate efficaci Dei de eo, quod consensus contingenter eveniat. ¶ 2. Si causa proxima consensus fuerit contingens, consensum contingentem oportet esse, & sine antecedenti necessitate; sed existente *A.* causa pro*

D. Thom. I.
contrag. c.
67.

xima consensus erit contingens, licet A. habeat cum consensu connexionem necessariam, cuius causa proxima non est: ergo existente A. consensus est contingens, & sine antecedenti necessitate: Si enim D. Sanct. componit causam proximam esse contingentem, etiam si causa remota necessaria sit, id est necessario connexa; cur sine contradictione non substat causa proxima contingens, & eius effectus, etiam si suppositio A. quæ causa adhuc remota non est necessario connexa sit?

97 Dices 1. causam proximam consensus de se esse contingentem, aut liberam; secus vero ut coniunctam cum suppositione A. quia cum talis suppositio ut connexa determinet causam ad consensum eius indifferentiam labefactat. Vel aliter dices: illam potentiam proximam esse ex se liberam negative, quia a nullo à potestate exacto necessitatem includit; non vero esse ex se liberam positive, quia praecindit ab esse cum A. vel sine A. a cuius coniunctione connexa reduitur, & indifferentiam amittit.

98 Contra 1. A. titulo connexionis solum infert consensum: ergo à causa contingente solum removet indifferentiam pugnantem cum consensu; sed cum consensu solum pugnat indifferentia suspensionis causæ, non indifferentia potestatis, consensus enim esse pugnat cum eo, quod non sit, non vero cum eo, quod possit non esse; ergo causa contingens per A. solum amittit indifferentiam suspensionis, non potestatis; hanc vero, & non illam libertatem exposcere, cum communis Theologorum asseruione iam olim demonstravi-

99 2. determinatio, non auferens indifferentiam oppositam simplici necessitati libertatem cau-

T. 1. disp. 1
q. 6. per te
tam

D. Thom. I
contrag. c.

§ 2.

M. Ferrar
ca ibi.

ta non tollit; tum, quia quæcumque alia determinatio solum aufert indifferentiam potentia ex parte sui, non vero indifferentiam potentia ex parte eius ad quod dicitur; quam vnicè Diu. Thom. ad libertatem desiderat; vel vt verbis M. Ferrara vtar, ea determinatio solum aufert voluntatem esse in potentia ad vtrumlibet, non autem esse potentiam ad utrumlibet: sed A. non est determinatio auferens indifferentiam oppositam simplici necessitati: ergo non aufert indifferentiam essentialem libertatis. Prob. min. determinatio, quæ non est simplex necessitas non aufert indifferentiam oppositam simplici necessitati, vt ex terminis patet; sed A. non est simplex antecedens necessitas, vt probavi: ergo.

2. determinatio, quæ non aufert potestatem principij proximi ad oppositum determinato non aufert indifferentiam oppositam simplici necessitati; determinatum enim potest non esse, dum eius oppositum potest esse, & cum determinatum potest non esse non necessario est; vnde nec cause deficit illa indifferentia, quæ per solam necessitatem essendi perijt; sed determinatio A. consensus non aufert à principio proximo posse non consentire: ergo. Prob. min. Posse non consentire solum deficit cause, dum posse consentire excludit carentiam consensus; tum, quia aliter potestas consentiendi non est consentiendi necessitas; tum, quia quæcumque impossibilitas carentie consensus non orta ex potestate consentiendi est consequens libertatem in actu primo per principia proxima indifferentia adæquatè constitutam, sed licet A. pugnet cum carentia consensus, posse consentire cum ea carentia non pugnat, cum A. extra posse supponatur: ergo.

200. Dices 2. A. pugnare cum potestate non

con

consentiendi; non quia posse consentire constituat, sed quia per eius carentiam posse non consentire constituitur, quia posse non consentire excludit omnem connexionem cum consensu, & a libertate independens, quale supponitur.

Sed hoc potius est hypothese[m] esse possibile[m] oppugnare, quam in ea non statutam libertatem defendere; unde contra insurgo; quia libet solum involuit formaliter carentiam exclusivam formalis sui ipsius; nil enim formaliter tollitur, nisi per id cuius carentiam habet intra se, neut nec formaliter ponitur nisi per id cuius existentiam intra se habet; sed non est exclusivum formale potestatis non consentiendi: ergo potestas non consentiendi non constituitur per carentiam. Prob. min. non est impossibilitas antecedens non consentiendi: ergo nec exclusivum formale potestatis non consentiendi. Probo antecedens. Impossibilitas antecedens unius contradictorii est alterius antecedens necessitas; sed non est antecedens necessitas consentiendi: ergo nec antecedens impossibilitas non consentiendi.

Supra n. 95.

Suppono in praedicta hypothesis idem esse dicendum de A. siue sit exactum, siue non ad consentium, & ideo dum omnes combinationes possibili principij actus adducere[m], id non subiudici in principium exactum, & in non exactum: hanc enim diversitatem esse impertinentem ad libertatem existimavi; quia si A. non est necessitas actus propter connexionem, & independentiam in esse a voluntate, nec propter exigentiam, ut sit actus erit necessitas; quod enim A. sit exactum, aut non; solum suadebit actum exigere, aut non exigere necessitatem, minime vero eam obtinere, aut non obtinere; unde Authores supra adducti docentes A. libertatem illam servare, si non

T. 1. dis. 11
9. 8. sect. 1.

fit exactum ad actum, id etiam fateri tenentur; licet exactum sit. ¶ Assumptum efficaciter probabo; si *A.* dum esset exactum libertatem extingueret, esset quia dum deficeret non esset sufficientia, aut potestas consentiendi, cum voluntas nec obtineret, nec posset comparare *A.* ad consentium exactum, sed hæc ratio inefficaciæ convincitur, si *A.* licet non exactum servat libertatem consentiendi; ergo si *A.* servat libertatem; dum exactum non est, similiter servabit exactum cum sit. Prob. min. licet *A.* non sit exactum ad consentium deficere *A.* erit exactum ad non consentire; cum ad id exigatur deficere quodlibet, connexum cum consensu, si vero *A.* est a libertate in existentia independens, sicut voluntas non potest acquirere *A.* dum deficit, ita nec potest acquirere deficere *A.* dum existit, sed *A.* dum existit non exactum ad consentium servat illam potestatem non consentiendi, licet voluntas nec obtineat, nec possit acquirere defectum *A.* exactum, ut non consentiat: ergo dum *A.* deficit potestas ad consentium erit expedita, licet voluntas nec obtineat, nec possit acquirere *A.* exactum ut consentiat: Ad libertatem ergo extinguendam, vel servandam parum conducit, quod *A.* sit exactum ad consentium, aut non.

SECTIO SEPTIMA

Ianseniana argumenta inferentia gratiam ab intrinsece efficacem in statu naturæ lapsæ esse exactam ad posse

salutariter operari obijciuntur; & diluuntur.

103 **I**ansenius post Baium, & Calvinum gratiam intrinsece efficacem esse exactam ad posse salutariter operari deliravit, ex quo fu-

in isto principio perversa illa negata ab Ecclesia profcripta deduxit, & Catholicae doctrinae fundamenta labefactavit: ita enim colligit: Gratia interior preveniens est exacta ad posse salutariter operari; ut adversus Pelagium, & eius reliquias demonstravit Augustinus, & declaravit Ecclesia; sed in statu naturae collapsae nulla est gratia interior preveniens, quae non sit efficax: ergo hoc in statu gratia efficax exacta erit ad potestatem salutariter operandi. Mai. est principium fidei sanctum. Min. triplici argumento probat. 1. ex scriptura sacra. 2. ex S. Augustino. 3. ratione Theologica, quae in hac sectione evidenter refutabo.

104. 1. obijciuntur testimonia sacra indicantia connexionem gratiae interioris cum opere salutaris, ex eo quod dum adest gratia opus exiit, ut in illo Apost. *Si spiritu facta carnis mortificaveritis, & vultis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur ij sunt filij Dei: ex quo ita deduxit Augustinus. Ac per hoc quicumque aguntur Dei spiritu, ipsi facta carnis mortificant spiritu: & alibi ita ait: Agis, si ageris, & bene agis si a bono agaris. Sed spiritus Dei, quo aguntur filii ut facta carnis mortificent, est motus gratiae ipsius: ergo gratia Dei a bono opere, & mortificatione carnis non dividitur.*

Ad Romanos

8.

Aug. lib. 62

contra Julianum, c.

14.

Aug. serm.

43. de verbis

domini.

105. 2. ex testimonijs colligentibus ex defectu operis boni nullam adesse interiorem gratiam, ut dum ait Dominus: *Omnes qui audierunt, & didicerunt à Patre, venit ad me.* Ex quibus ita intulit Augustinus. *Profecto omnis, qui non venit, non audivit à Patre, nec didicit. Ulteriusque addidit: Qui credunt prædicatore forinsecus insonante, intus à Patre audiunt, atque discunt; qui autem non credunt, foris audiunt, intus non audiunt, neque discunt.* Omnem igitur gratiam interiorem iudicat Augustinus ex verbis Christi con-

Joan. 6.

August. de

Prædest. s. d.

etorum c. 8.

nexam cum fide ; alias inefficaciter colligeret ;
 non credentes intus non audire , neque discere , sed fo-
 ris : & similiter dum ex eis ita intulit : Si quis , qui dicit
 dicit venit , quisquis non venit profecto : non didi-
 cit .
 3. ex Sacre Paginae verbis indicanti-
 bus , gratia u Dei per Christum esse exactam ad posse
 salutariter agere , ut sunt illa Christi : Nemo potest veni-
 re ad me nisi Pater , qui misit me traxerit eum . Et
 illa : Nemo potest venire ad me , nisi datum ei fuerit a
 Patre . Sed gratia efficax est gratia trahens , & do-
 nans velle ad Christum : ergo non datur gratia in te-
 rior proutans posse distincta ab efficaci , cum nihil adit
 efficax nemo possit venire ad Christum . ¶ Augetur
 difficultas ex modo loquendi Conciliorum , dum gra-
 tiam Dei adiuvantem per Christum (quo nomine gra-
 tiam efficacem significari volumus) ita esse exactam
 edocent , ut sine illa nihil valeamus vere pietatis face-
 re : Africanum ait : Gratia Dei per Jesum Christum nos
 per singulos actus adiuvare : ita : ut sine illa , nihil vere
 sancteque pietatis habere , cogitare , agere , dicere valeamus .
 Araucanum , asserit : Dei adiutorium etiam sanctis sem-
 per esse implorandum , ut ad bonum finem pervenire , & in
 bono possint opere perseverare .

Aug. de gra-
 tiis Christi
 cap. 14.

Joann. 22.

Ipan. 6.

General. Co-
 cil. Africa-
 num sub Zo-
 zimo Papa
 Araucis. 2.

P. Ortega
 cont. 3. q. 7
 art. 11.

D. Thom. 1
 2. q. 109.
 art. 6. ad 3.
 art. 1. q. 4.
 incorp.

1077 Ex simili modo loquendi D. Tho-
 ma , intendunt P. Societatis motionem efficacem iux-
 ta eius mentem debere esse exactam ad posse , & non
 solum ad agere . Sanctissimus enim Doctor dixit . Sine
 hac essentiali motione , homo nequit aliquid velle ; oppo-
 situm tamen nos asserere dum affirmamus ; hominem
 sine motione Dei posse omnia velle . Scripsit similiter
 Sanct. Quantumcumque natura aliqua corporalis , vel spiri-
 tualis ponatur perfecta non potest in suum actum prodire , nisi mo-
 veatur a Deo : & expressius , dum motio est Dei occurrunt .

ait enim: Nulla res creata potest in quemcumque actum prodire, nisi virtute motionis divinae. Sec. Lit. I. hom. loquitur de motione praedeterminata seu efficaci: ergo motionis efficaci virtute potest qualibet creatura in suum actum prodire.

108

Huic argum. omnes Orthodoxi respond. negando maiorem: Ad eius 1. probat. respond. Ripalda per spiritum, quo aguntur filij Dei intelligere Augustin. gratiam inclinantem, non vero connexam; ait enim: *Aguntur spiritu exhortante, illuminante, & adiuvante*. Unde ex sola gratia non intulisse Augustin. effectum operis, sed ex eo, quod voluntas suo libero consensu fiat se agi gratia. ¶ Vel Augustin. non inferre hominem bene agere, & facta carnis mortificare, ex eo, quod agatur spiritu Dei in actu primo, sed in actu secundo; quasi Augustin. diceret; quicumque agunt si spiritu Dei aguntur bene agunt; scopus enim Apostoli solum fuit hominem regi spiritu divino; & non posse sua naturali facultate facta carnis mortificare.

109

Hanc tamen solutionem rectè impugnant Salmanticensis: quia si illa consecutio toties ab Augustino inculcata niteretur in cooperatione arbitrii, sensus redderetur ineptus, & M. Pater solum id, quod est puerile affirmaret, scilicet: *Qui aguntur spiritu Dei mortificando carnem eam mortificant*. Similiter sensus erit: *Agis, si ageris agendo*: Quod est absurdum: Augustinus igitur ex spiritu Dei, quo agimur intulit cooperationem arbitrii. ¶ Licet enim spiritu Dei exhortante, & illuminante regamur, ipso tamen, ut adiuvante, & inferente consensum agimur; non enim spiritu Dei agimur, ut agamus, ex eo, quod spiritu Dei regimur: In cuius confirmationem veritatis extat celebre Augustini testimonium, dum eniaz rapmitteret

Ripalda li. b. 2. adv. Baia. disp. 23. sect. 26.

Aug. ser. 23.

Salmant. de gratia efficaci dub. I.

*August. de
gestis Pela
gij c. 3.*

ut Pelagianum dogma quod homines voluntate propria sine Deo reguntur. id reicit. Absit à nobis; nam proculdubio plus est agi, quam regi. qui enim regitur, aliquid agit; qui vero agitur agere aliquid ipse vix intelligitur. Tamen tantum prestat voluntatibus nostris gratia salvatoris, ut non dubitet Apostolus dicere: quotquot spiritu Dei aguntur, &c.

*P. Ripalda
ubi sup. n.
310. &
Suarez in
notationib.
ad istum lo
cum Aug.*

Nec M. Pater comparat voluntatem agi à Deo, cum regi à se ipsa viribus nature, ut existimat Ripalda cum Suarez; sed potius convincit homines regi à Deo, ex eo, quod aguntur a Deo, à maiori ad minus. Profecto enim hic fuit Augustini discursus: Proculdubio plus est agi, quam regi; sed tantum prestat voluntatibus nostris gratia salvatoris, ut non dubitet Apostolus dicere voluntates nostras agi spiritu Dei: ergo voluntates nostræ sine Deo non reguntur. Mai. probat Augustinus quia qui regitur aliquid agit. Id est: omnibus est prævium, & intellectu facile, rectum ab alio ex se agere, & determinari ad agendum: Cum quod agitur agere aliquid ipse vix intelligatur; id est, valde difficile, & paucis intelligibile, est actum ex se agere; licet verissimum sit, quia ut August. inquirenti: ergo agimur non agimus? Respondet imo, & agis, & ageris, & tunc bene agis: si à bono agaris: spiritus enim Dei, qui te agit agentibus adiutor est. Minus vero ex verbis Apostoli convincit Augustin. Vnde ita adversum Pelagium concludit: Spiritus sapientie non viribus propria voluntatis reguntur filij Dei. Præter ergo spiritum Dei, quo homines reguntur, quem blasphemè negavit Pelagius, intulit August. spiritum Dei, quo homines aguntur.

*Aug. serm.
13. de ver
bis Apost.*

*August. de
gestis Pela
gij c. 3.*

*Ripalda ubi
supra num.
312.*

110 Nec valet si 2. respondeas cum eodem Ripalda. Recte inferri opus bonum ex spiritu agente filios Dei, non tamen ex omni interiori gratia; quia is spiritus est amor efficax, & liber charitatis; præter ve-
ro

verci l'auxiliu n, in t'alia inefficacia, & cum opere bono incon' exa: Assumptum probat: quia spiritus agens est proprius filiorum Dei, seu is charitas est: tum quia Paulus mox ad verba, quæ versantur subdit; *Accepistis spiritum Dei in quo clamamus. Abba Pater;* tum quia Augustin. ait; *Qui cum spiritu Dei aguntur charitate aguntur.* Ergo spiritus Dei agens connexus cum bono opere charitas est. ¶ Imo affirmat P. Avendaño sustinuisse P. Ripalda in manuscriptis dari auxilia actualia gratiæ intrinsece efficacia, quæ consistant in actibus nostris deliberatis elicitis per auxilia intrinsece in differentia.

¶ 111 Contra enim est: quia licet aliquando August. opus, quod per gratiam Deus operatur, gratiam appellet: spiritus, quo aguntur filij Dei non est iuxta M. P. actualis charitas, sed est proprius filiorum Dei, quia eam donat; *agimur enim eo spiritu ut agamus, & agentibus adiuvat;* sed actibus nostris liberis nec adiuvamur, nec agimur: ergo spiritus Dei agens actus nostri liberi non sunt. ¶ 2. August. ait: *Qui agitur agere ipse vix intelligitur,* quis autem serio affirmaret vix intelligi agere ipse, qui agitur à se ipso, dum formaliter, & in se ipso ageret ipso agi? Vide, quæ scripsi ut suaderem, adiutorium quo, seu spiritum, quo filij Dei aguntur ad perseverandum non esse actualem perseverantiam.

¶ 112 Vnde respondeo: Verum esse spiritum quo aguntur filij Dei esse gratiam actualem intrinsece efficacem, & connexam cum bono opere; fallax autem argutia est ex ea veritate inferre; omnem gratiam interiorem, ita esse connexam; vnde enim deduces; omnem interiorem gratiam esse spiritum, quo aguntur filij Dei: vnde hæc est sophistica collectio: Hæc gratia est connexa: ergo omnis gratia: arguitur enim

Apost. ad Rom. 8.
Aug. serm. 13. de verbis Apost. P. Avendaño disp. 23. cap. 1. sect. 8.

Aug. sup adduct. n. 109.

T. 1. disp. 2. q. 3. sect. 5.

à non distributo ad distributum affirmative, vt in hac
 hic homo currit: ergo omnis homo currit. Plerima
 sunt Sacre Pagnæ, & SS. Patrum testimonia eructan-
 tia gratiam, quæ adesse non possit sine bono opere;
 fatemur: omnem vero interiorem gratiam talem esse
 vt Hæreticum, cesura iustum, anathematis fulmine
 à Tridentino contritum, reijcimus, relegamus, & re-
 fragamur; inter enim Iansenij errorem, & opinionem
 P. Societatis in medio sumus; Iansenius errat in hac
 vniuersali; *omnis gratia interior est ab intrinseco connexa
 cum opere salutari.* P. Societatis falso (non improba-
 biliter) sustinent hanc vniuersalem; *Nulla gratia inte-
 rior est ab intrinseco connexa cum opere salutari.* Nos au-
 tem vtramque contrariam dicimus falsam sub contra-
 rias contradicentes esse simul veras, quia inter gratias
 interiores præuenientes opus liberum salutare in statu
 lapsus aliquas edocemus intrinsece connexas, & effica-
 ces, aliquas sufficientes non efficaces intrinsece; vnde
 ad sacra testimonia, quibus abutitur Iansenius, ad pro-
 bandam gratiam interiorem connexam dicimus, e-
 vincere aliquam gratiam intrinsece efficacem esse,
 sed non omnem: ad argumenta ex Sacra Scriptura à
 P. Societatis deprompta ad convincendum gratiam
 indifferentem, & inconnexam, asserimus demonstra-
 re aliquam interiorem gratiam talem esse, sed non
 omnem, vnde vsque dum exclusiua inferatur, vel à
 Iansenianis gratiæ interioris indifferentis in statu lap-
 sus (quod est impossibile, Cæli enim machina corruet
 in concussa stante Ecclesiâ, aduersus eam enim portæ
 inferi non prævalebunt) vel à P. Societatis, gratiæ
 interioris præuenientis ab intrinseco connexæ (quod
 numquam fiet) sententia Thomistica non labefactabi-
 tur.

Ex quo argumenta in nos ex sacris verbis desumpta cum à Iansenio, tum a P. Societatis dissolvimus, explicetur, & dilucide exponatur: connerur quis suadere, voluntatem Dei intrinsece efficacem esse, & connexam cum obiecto voluto; proferendo hæc divina eloquia *voluntati eius quis resistet? Non est, qui Dei possit resistere voluntati. Supremus Dominus exercituum decrevit, quis poterit infirmare*: Occurrunt communiter Theologi hæc verba sacra convincere dari voluntatem Dei intrinsece efficacem, & connexam cum voluto; minime vero omnem Dei voluntatem intrinsece esse efficacem. ¶ Intendat autem alter persuadere, voluntatem Dei intrinsece non esse efficacem, aut connexam cum obiecto voluto, adducendo hæc sacra verba: *Quoties volui congregare filios tuos Jerusalem, & noluisti. Deus vult omnes homines salvos fieri.* Obstant Theologi, quia allata testimonia solum persuadent esse voluntatem aliquam Dei inefficacem, & inconnexam cum obiecto voluto, minime vero, nullam voluntatem Dei esse intrinsece efficacem, & connexam: Simillime procedimus in dubio gratiæ ab intrinseco connexæ cum opere salutari. Intendit Iansenius omnem gratiam interiorem prævenientem esse ex se efficacem, & connexam in statu lapsus: expendit testimonia sacra, quæ verisamur; quotquot *spiritu Dei aguntur, &c. omnis qui audit, &c. Nemo potest venire ad me, &c.* Sed obviam facimus asserendo præiacta verba gratiam interiorem intrinsece connexam inferre; minime vero, omnem interiorem gratiam connexam esse. Procurant summo conatu P. Societatis, omnem gratiam interiorem prævenientem esse indifferentem, & intrinsece inconnexam cum opere salutari; in medium adducunt hæc Sacræ Paginæ verba: *Vocavi, & renuistis: Spiritui Sancto resistitis: An divitias bonitatis eius* (Dei

Ad Rom. 9
Esther. 13
Isaia 14

Math. 23
1. ad Thimot. 2.

Actorum 7
Ad Rom. 2
2. ad Cor

scir

*1^o in h. 6.
Apocal. 3.*

scilicet) contemnis? exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Deus stat ad ostium, & pulsat, ut si quis aperuerit intret. Et alia quam plurima; sed obviam facimus asserendo sacra hæc eloquia evidenter evincere adversum Iansenium esse gratiam interiorem inefficacem resistibilem, & inconnexam, cui de facto sæpius resistitur, ut definiuit Ecclesiã: Minime vero convincere omnem gratiam interiorem intrinsece inconnexam esse; & ut divisio gratiæ interioris in intrinsece indifferentem, & intrinsece connexam inepta suadeatur, non sufficit vnum extremum ex sacris testimonijs adstruere, si alterum non excluditur; vnde cum in medio inter Iansenij proscriptum errorem, & opinionem P. Societatis Thomistæ sumus ab utroque extremo valde seiungimur.

14 Probo iam in Iansenium, quod licet prædictum Apostoli testimonium evincat gratiam interiorem intrinsece efficacem non persuadet omnem interiorem gratiam hoc in statu efficacem esse: 1. Angeli Sancti, qui filij Dei permanserunt acti fuerunt spiritu Dei, & tamen interiorem gratiam inconnexam cum opere salutari obtinuerunt: ergo licet in statu collapsæ naturæ spiritu Dei agantur filij Dei gratiam sufficientem, seu inconnexam obtinere possunt: Antecedens quoad 1. secundam partem est adhuc Iansenio certum, in statu enim sanitatis auxilia sufficientia profitetur: quoad 1. probatur ex Augustin. asserente: *Constitutum est igitur cum debita laude creatoris non ad solos homines pertinere, verum etiam de Sanctis Angelis posse dici, quod charitas Dei diffusa sit in eis, per Spiritum Sanctum, qui datus est eis.* Sed ex eodem Augustin. *Qui cum spiritu Dei aguntur charitate aguntur. Charitas enim Dei diffusa est in cordibus vestris per Spiritum Sanctum, qui datus est: ergo si in Sanctis Angelis charitas* fuit

*August. lib.
12. de Civ.
Dei c. 9*

*August. ser.
13. de verb.
bis Apost.*

fuit per Spiritum sanctum in uita, confitendum est cum debita laude creatoris Spiritu Dei, seu charitatis actus fuisse.

¶ 2. Iansenius admisit debiliorem quaudam gratiam dumtaxat imperfectum consentum exprimentem: ergo ea gratia non agimur ut mortificando facta carnis agamus: ergo licet Spiritus quo iuxta Apostolum quotquot aguntur filij Dei sunt, & vivunt facta carnis mortificando sit intrinsece connexus cum opere salutari mortificandi carnem inepte deducitur omnia interioris gratie Spiritum esse connexum ut Spiritus, quem hic describit Apostolus.

¶ 115. Operosius in verbis Apostoli adductis utramque interiorem gratiam sufficientem, & efficacem investigemus, & per scrutemur: Paulus ait: *Debites sumus, ut non secundum carnem uiuamus, si enim secundum carnem uixeritis moriemini; si spiritu facta carnis mortificaveritis uiuetis.* Nos ergo exhortatur spiritu facta carnis mortificare ut uiuamus; sed inepta, & importuna esset exhortatio ut spiritu connexo, aut insufficiente facta carnis mortificaremur: ergo Paulus verbis in ijs edocet Spiritum sufficientem, & inconnexum cum carnis mortificatione. Probo min. de spiritu connexo; inutiliter exhortatur quis ad agendum spiritu inseparabiliter ab actione, seu dum infallibiliter agit, sicut ineptum esset exhortare aliquem, ut si currit moueatur. ¶ De spiritu insufficiente eque efficaciter, Probo min. Inepta est exhortatio ut faciam, quod facere non possum, seu dum ad id agendum insufficientiam habeo; unde stultum esset exorare catenis victum ut curreret; iam enim olim aiebat D. Hieronimus: *Festeamur possibilia Deum dedisse mandata, ne ipse author iniustitie sit, si exigat fieri, quod fieri non potest: Si ergo, debites sumus non secundum carnem uiuere.* Spiritum

Iansen. lib.
2. d. gratia
Christi cap.
27.

S. Hier. lib.
1. aduersus
Pelag.

sup.

supponit Paulus, quod possit per facta carnis mortificari. ¶ Adde; quod quia Deus homini ab initio à se contulit o adiecit mandata sua dicens: *Si volueris mandata servare conservabunt te; evincitur* (vt nec lansensium post Calvium latet) in homine integro spiritus gratiæ sufficientis, & inconnexæ ad mandata servanda: Cur igitur, si Apostolus eisdem fere verbis exponit debitum hominum in statu lapsus non vivendi secundum carnem, & quod *si spiritu facta carnis mortificent vivunt* in eis non exprimetur sufficientia in differens hominum in statu lapsus ad servandum debitum non vivendi secundum carnem?

116 ¶ Probo iam Apostol. etiam edocere spiritum gratiæ connexum cum carnis mortificatione, dum continuo ait: *Quicumque enim spiritu Dei aguntur filij Dei sunt*: Non dixit filios Dei esse, qui debent secundum carnem non vivere, & exhortantur, vt eo spiritu, quo possunt facta carnis mortificent, ij enim non sunt semper filij Dei, sed *quicumque spiritu Dei aguntur*: Cur autem ita intulit? Quia dixerat: *Si spiritu facta carnis mortificaveritis vivetis*: Sed (Augustin. ait) *quicumque spiritu Dei aguntur facta carnis mortificant spiritu ergo quicumque spiritu Dei aguntur spiritu vivunt, seu filij Dei sunt*. Ex hac Apostoli illatione ita colligo: illatio recta exigit antecedens esse connexum cum illato, & id formaliter non includere, sed ex hoc antecedenti *spiritu ei aguntur*, infertur hoc consequens *facta carnis mortificant, & filij Dei sunt*: ergo spiritus Dei actor est ex se ab intrinseco connexus cum carnis mortificatione, quia si eam inferret vt eam includit inepte eam intulisset; collectioque Augustin. ita exponeretur, *spiritu aguntur mortificando, ergo mortificant*. Que nihil absurdius: ergo cum Apostol. vnum exhortaretur, & alterum intulisset, vtrumque spiri-

*Eccles. 15.
v. 14.*

*Apost. ubi
sup.*

ritum gratiae edocuit, sufficientem, ne importuna ef-
set exhortatio; intrinsece connexus; ne inepta esset
illatio.

¶ Dices ex P. Antonio Perez: qui deter-
minatur nullo modo agit patiēdo praedetermina-
tionem. sed qui agitur à Deo aliquo modo agit: ait e-
nim Augustin. *Qui autem agitur agere aliquid vix in-*
telligitur, ubi notanda est illa vox vix; si enim agi non
esset agere aliqua ratione, qui agitur, ne vix quidem a-
geret: ergo spiritus actor, seu quo agimur non est in-
trinsece connexus, seu praedeterminans. **¶** Respon-
deo: Voluntatem in ipso praedeterminari, seu agi non
agere formaliter; hoc enim esset intelligibile; cum
praedetermin. non sit voluntatis actio; seu Dei efficax
motio; & ideo dixit Doctor Sanctus; *in eā operatione*
qua Deus operatur movendo causam non operatur natura;
At vero in ipso agi, seu praedeterminari voluntate
agere connexive, seu applicative; quia voluntatem agi
connectitur cum ipsam agere, & per agi applicatur ut
agat; *agimur enim ut agamus* (ait Augustin.) *spiritus enim*
qui nos agit agentibus est adiutor, & hoc est, quod vix
intelligibile affirmat Augustin. licet verum sit; agi ve-
libere agamus, praedeterminari; ut ex nobis determi-
nemur.

Antonio Perez de Troa
vid. disp. ult.
tm. sect.

12.

D. Th. q. 31
de Potentia
art. 7. ad 3

Aug. ubi su-
pra

¶ Annectamus iam Ianseniani argu-
menti filum praecium; & ad secundam probationem
intendentes ex testimonio illo Christi; *omnes qui au-*
diunt, & didicunt à Patre, venit ad me: iuxta Augustin. ex
planationem colligi ex defectu operis salutaris absen-
tiam gratiae; omnes Orthodoxi uniformiter occurrunt
ex defectu operis colligi defectum gratiae efficacis, non
vero omnis interioris gratiae; quia non omnis inte-
rior gratia est, ut ea, quae ab Augustin. ex verbis Christi
describitur; quod ex eo deducitur, quod Christus non

Ioan. 6.

di-

dixit : Omnis , qui audiuit à Patre venit : sed qui
audiuit , & didicit : ergo supponitur posse audiri vo-
cationem Patris , & ad Christum non venire:ergo ad
venire alia gratia exigitur præter vocationem, quæ au-
ditur.

Decamps
lib. 1. disp.
8. c. 3.
Calvin. in
Antidoto s.
6. c. 6.

119 In huiusque indubie veritatis con-
firmationem addo 1. Calvinum, vt annotat P. De-
camps, eo ex testimonio aduersus Tridentinos Patres
disputasse: ita enim eum ait : *Dico aperte repugnare,*
quod hic pronunciant Tridentini Patres cum illa Christi
sententia; quæ quis audiuit, &c. Nam vt prudenter ani-
madvertit Augustinus, inde sequitur, nullum à Deo au-
dire, & discere, quin simul in Christum credat, motum-
que Spiritus Sancti, sic esse efficacem, vt fidem semper
gignat. Sed huic fallacie iam olim doctrina; adducta
responsum præbuit nobilis veritatis Catholicæ pro-
pugnator. Ruardus Tapperus, asserens: *Et nos docemus*
motum Spiritus Sancti sic esse efficacem vt in electis fidem
gignat, sed non semper; nec in omnibus, quia sacra scrip-
tura testatur multos resistere Spiritui Sancto; multosque
Spiritum extinguere, gratiam Dei in vacuum recipere, gra-
tia Dei quosdam deesse.

Ruard. Tap-
per. apud De-
camps ubi
supra.

120 2. Addo 2. præiactam distinctionem vo-
cationum gratiæ seorsus edocuisse SS. Augustinum, &
Thomam, quorum testimonia alibi expensa consu-
le, eis superaddendo non fuisse oblitum huius distin-
ctionis M. Parentem versando sententiam Christi,
quæ exponitur ita enim ait eam exponens; sic do-
cet Deus eos, qui secundum propositum vocati sunt, simul
donans, & quid agant scire, & quod sciunt agere: Imo eo-
dem in capite, ubi nobis opponi existimat Iansenius,
eandem diueritatem vocationum gratiæ accurate ex-
plicuit, ait enim: *Quando Pater intus auditur, & dacet,*
ut veniat ad filium auferi ser lapideum, & das cor car-

T. 1. disp.
2. q. 4. sect.
2.
August. de
gratia Chri-
sti c. 3.
Aug. de v. e.
dest. Sanct.

ne miseric quippe facit filios promissionis, & vasa misericordiae, quae preparavit in gloriam: ergo loquitur de gratia inter a electorum vocatorum secundum propositum, quos Deus facit vasa misericordiae ad gloriam preparata.

Nec obstant illa Augustini verba: *Qui non credunt intus non audiunt, quia intelligenda sunt; non audiunt intus secundum propositum: hic enim non audire, multo minus sumitur pro vocanti non amovere, aut eius voci non obedire; ut in illo: Non audiunt populus meus vocem meam: sicut audire eo in Psalmo accipitur pro acceptare, aut obedire, in verbis illis: Israel, si audieritis me non erit in te Deus recens: Audire vero vocantem, non dicit ex se obedire, aut acceptare; alias inepta esset illa exhortatio: Hodie, si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra.*

Psalm. 80.

Psalm. 94.

Cum ergo omnes Christi verba iuxta Augustin. exponamus de gratia efficaci, restat examinare, qualiter sit efficax ea gratia, qua Pater intus auditur, & docet venire ad Christum? An sit efficax ab intrinseco, vel ab extrinseco? Si autem est ab extrinseco efficax, a quo? A cooperatione arbitrij, a scientia consensus sub ea gratia, vel a praedestinatione consensus per gratiam? Sustinet, Christum loqui de gratia, qua Pater docet venire ad Christum intrinsece efficaci, seu connexa, iuxta M. Augustini mentem: & primo Christum non loqui de gratia intus docente efficaci a cooperatione arbitrij, ita ut sensus sententiae Christi sit (ut suspicatur Ripa, & communiter P. Societatis) *Quicumque a Patre intus audierit, & simul consentiendo didicerit veniet ad me credendo.* Probo efficaciter, ni fallor: 1. nam ut ait Augustin. *Quid est ad me veniet: nisi credet in me?* Ergo sensus sententiae Christi recidit ita ineptus: *Qui audierit, & crediderit*

Ripa dabit

supra num.

3 19.

Aug. de Prae

dest. sanct.

(hoc c. 8.)

(hoc enim est consentiendo dicere) *credet*, quia *venire* et idem est, ac *credet*.

*Avendaño
disp. 23
cap. 1. Inf.
6.
August. ibi
August. ibi*

122 2. Non solum audire, sed etiam discere iuxta Augustin. prævenit credere, ut falsus fuit P. Avendaño; ait enim Augustin. *Pater auditur, & docet, ut veniatur ad filium*; doceri ergo non est venire, & credere, sed ut veniatur: quis enim inspicens Augustin. expresse distinguentem, discere à Patre, & venire ad Filium, hæc confundere, audebit? Ita sator: *Multos venire videmus, quia multos credere videmus in Christum: sed ubi, & quomodo à Patre audierint hoc, & didicerint, non videmus: Nam gratia ista secreta est, gratiam vero esse, quis ambigit?*

123 3. Si discere esset credere, & non gratia ipsum credere præveniens, huic interrogationi: *Cur ergo non omnes docet, ut veniant ad Christum? Si dixerimus, quia nolunt discere, quos non docet esset recta responsio, quia ut fatetur Augustin. Qui audiunt non credunt quia nolunt; sed hanc responsionem refutat, & rejicit Augustin. ergo August. per discere non intellexit ipsum credere, sed gratiam id prævenientem.* ¶ Clarius: August. causalem ita affirmat, audientes non credunt, quia nolunt, sed hanc rejicit, non discunt, quia nolunt: ergo ex Augustin. discere non est credere.

*Aug. de Prædest. Sanct. e 6.
Aug. de Prædest. Sanct. cap. 8.*

Avendaño. ubi supra.

124 Si autem hac doctrina non admittas afferas cum P. Avendaño; per audire, & discere intelligi gratiam prævenientem concessam a Patre, ut veniatur ad filium, connexamque cum venire, & credere; non autem ab intrinseco, quia importet quidquam prædeterminans, sed decretum præparativum vocationis congrue præsupponens scientiam mediam de fide Christi futura sub illa.

125 Contra probō, connexionem inter audire, & credere.

dicere, & discere cum venire ad Christum, seu in eum credere non provenire à præscientia conditionata fidei sub illa vocatione, 1. quia si ab ea præscientia esset illa connexio, possent coniungi audire, & discere à Patre cum non venire; tum quia audiens, & discens posset præsciri non credens: Tum quia cum conditionalis sit contingenter vera, quia conditio, seu vocatio est intrinsece inconnexa cum conditionato poterit conditionatum deficere pro casu conditionis; Sed *Abfit* (Augustinus ait) *ut quisquam non veniat, qui à Patre audit, & didicit: ergo audire, & discere à Patre non connectuntur cum venire ad Christum ab extrinseca præscientia, sed ab intrinseco.*

Aug. de Prædest. Sanct. cap. 8.

I 2 6? 2. quia ita concludit M. Pater: *Ergo trahi à Patre ad Christum, & audire, & discere à Patre ut veniat ad Christum, nihil aliud est, quam donum accipere à Patre, quo credat in Christum, neque enim audientes Evangelium à non audientibus, sed credentes à non credentibus discernerebat, qui dicebat, nemo venit ad me nisi fuerit ei datum à Patre meo: Sed accipere donum à Patre, quo quis credat in Christum, & discernatur à non credente est obtinere donum ab ipso credere distinctum, & cum eo ex se connexum, & non à præscientia fidei sub illo: ergo ex Augustino. donum dans venire ad Christum ad eumque trahens est intrinsecè connexum, cum credere. Prob, minor. Quia si donum connexum cum credere ex præscientia fidei sub illo sufficeret ut credens discerneret eo dono à non credente possent Semipelagiani hanc discretionem ex Deo stabilire per dona naturæ accepta à Deo connexa cum credere à præscientia conditionata fidei sub illis; vnde discretio ex Deo non convinceret in creden-*

Aug. ibi.

dente donum distinctum à credere, & donis naturæ; sed solum præscientiam fidei conditionatam sub illis donis, quod est absurdum.

127

Postremo; quia nullibi M. P. expressius distinxit vocationem inefficacem: *Qua vocati sunt; qui noluerunt venire ad nuptias; à vocatione efficaci eorum; qui secundum Dei propositum vocati sunt; quam vocationem significans Apost. ait non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei; quia maior serviet minori; ex vocante non quacumque vocatione, sed qua vocatione sit credens, hanc etiam intuebatur, cum diceret; sine pœnitentia sunt dona, & vocatio Dei, idest sine mutatione stabiliter fixa sunt;* de qua vocatione inquit Mag. Pater: *Ad hanc vocationem, qui pertinent omnes sunt docibiles Dei, nec potest eorum quis dicere, credidi ut sic vocarer: prevenit eum quippe misericordia Dei, quia sic vocatus est ut crederet. Omnes enim docibiles Dei veniunt ad filium, quoniam audierunt, & didicerunt à Patre per Filium, qui evidentissime dicit; omnis, qui audit, &c. Ex quibus verbis ita colligo. 1. Vocatio secundum propositum, seu efficax consistit iuxta Augustin. in audire, & discere à Patre, sed efficacia constituta per scientiam conditionatam non consistit in audire, & discere, sed audienti, & discenti est extrinseca: ergo efficacia vocationis iuxta Augustin. non constituitur per conditionatam scientiam. 2. Non potest, quis dicere credidi, ut vocarer sic, idest efficaciter, & secundum propositum cum potius electus, sic vocatus est ut crederet: Vocatio enim ut efficax prevenit credere, & à credere non prævenitur: Sed si vocatio secundum propositum obtineret efficaciam à præscientia conditionata fidei sub illa, posset quis dicere credidi ut sic vocarer, sicut potest quis dicere, credidi ut sic Deus præsciret, cum res, quia futuræ adstruantur à Deo scitæ; & sicut cre-*

Aug. de Pre
dest. Sanct.
cap. 16.

Ad Roman.

9.

Roman. II



dere prævenit prævenire à quo non prævenitur, ita præveniret sic vocari à quo non præveniretur : ergo vocatio secundum propositum ab intrinseco efficaciam habet, non a scientia mea, seu conditionata fidei sub illa.

128 Sed ingeniose infurges cum P. Antonio Perez, & alijs; Audire, & discere à Patre est gratia efficax ad credere in Christum; sed audire, & discere includit nostrum consensum liberum: ergo gratia est efficax à consensu libero, & non est prædeterminans. Prob. min. 1. ex Div. Thoma exponente testimonium Ioannis his verbis: *Attractio Patris efficacissima est, quia omnis, qui audit à Patre, & didicit, venit ad me: ubi duo ponit, unum scilicet, quod pertinet ad donum Dei; cum dicit audit, scilicet Deo revelante; aliud, quod pertinet ad liberum arbitrium, cum dicit, & didicit, scilicet per assensum, & ista duo necessaria sunt in omni doctrina fidei.* Ergo discere à Patre iuxta D. Thom. ad liberum pertinet arbitrium, assensumque nobis liberum includit. ¶ 2. quod præcipitur nobis, liberum est; sed intus audire, & intus discere nobis præcipitur; Christus enim dicit in Evangelio, *qui habet aures audiendi, audiat.* Ergo interior auditio nobis libera est.

129 Respondeo negando min. & ad eius 1. probat. D. Th. solum velle *discere* pertinere ad liberum arbitrium *connexive*, seu *applicativè* non formaliter; quatenus *discere* nobis non liberum connectitur cum assensu nobis libero: quod colligo 1. quia Doct. Sanctus minime recedit ab Augustino, ex cuius mente haud inefficaciter fundavi discere non esse credere, sed gratiam ipsam credere prævenientem. ¶ 2. quia gratia docens est gratia trahens ad credendum, & efficax; sed iuxta Div. Thom. gratia efficaciter trahens ad credendum operatur, & prævenit credere, ita enim ait Doctor

P. Anton.
Perez de
Provid d.
ult. sect. 9.

D. Th. lect.
5 in cap. 6
Ioannis.

Matth
11.

Supra d. n.
121.

T 2 Sanj

D. Th. ibi
lect. 5. lit.
C.

Sancit. exponendo præter luadendo, & excitando efficiacem tractum Patris ad Christum: Sed quia non solum reuelatio exterior, vel obiectum virtutem, attrahendi habet; Enã moralem tractum, sed etiam interior instinctus impellens, & movens ad credendum, præuenit ergo credere ad quod impellit; Ideo trahit multos Pater ad Filium per instinctum divinæ operationis moventis interioris cor hominis ad credendum: Quam efficientiam physicam probat ex sacris litteris: Quia Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere; & quia est cor Regis in manu Domini quocumque voluerit inclinabit illud.

Ossee. 11.

Supra. n.
120.

Ad 2. probat. min. neg. min. Quia audire non præcipitur nobis, nisi prout significat annuere, aut obedire, interdum enim audire est postulata petenti concedere, aut præcipienti parere; vt superius dixi; in illis vero verbis, Qui habet aures audiendi audiat: Audire sumitur pro intelligere, quod præterquam quod ex contextu constat, ita exponitur à Diuo Thoma aientē. Idest; qui habet aures spiritualiter audiat, & intelligat, & alibi ex Remigio: Ac si diceret: Qui habet aures cordis audiendi, idest; intelligendi, audiat, idest; intelligat; Cum Christus dixit Ioannem esse Heliam: Quia non dixit Ioannem Heliam esse in persona, sed in spiritu.

D. Th. ad
illa verba
Math. 18
D. Th. ad ea
verba in Ca
tena.

Joan. 2.
Joan. 6.

130 Tertiæ probationi minoris, principalis Iansenij argumenti desumptæ ex modo loquendi Sacræ Scripturæ, Conciliorum, & SS. Patrum de gratia efficaci Respondeo vere dici, Neminem posse venire ad Christum nisi Pater eum trahat; & nisi fuerit ei datum à Patre; sed non quia gratia efficax, & trahens, seu donans venire sit exacta ad posse venire; sed quia est necessaria ad ipsum venire; cui expositioni
fa

favēnt plura scripturæ & sacræ testimonia eodem in sensu accipienda : Paulus enim ait: *Qui autem in carne sunt Deo placere non possunt. & alibi: Qui in carne vivit non potest placere Deo.* Quia non possunt coniungi in carne, id est secundum carnem vivere, & Deo placere, quia non vivere secundum carnem exigitur ad actu placeadum Deo; sed non quia necessarium sit ad posse placere Deo, quia secundum carnem vivens habet potestatem Deo placendi, quia, & tunc potest facta carnis spiritu mortificare; & Deo vivere. ¶ Simili in sensu dixerunt Laban, & Bathuel: *A Domino egressus est sermo, non possumus extra placitum eius quidquam aliud loqui tecum.* Et tamen est indubium, quod habebant posse loqui extra placitum Dei, alias non libere loquerentur: ergo solum erat impossibile hæc duo componere, Deum id decernere, & illos aliud loqui; vnde Deum id non decernere erat exactum, ut aliud loquerentur, non autem ut aliud loqui possent. ¶ Nec dissimiliter, asserit scriptura: *Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere;* Cum definitum sit in Tridentino, *Iustum, seu arborem bonam posse peccare, seu malos fructus facere;* Qualiter hæc primo aspectu opposita compones? Nisi, quia iustus habet potestatem peccandi, sed amittendo esse iustum per peccatum, non enim possunt componi lethaliter peccare, & iustum esse; & quia non esse arborem bonam exigitur ad peccare, at non exigitur ad posse peccare, seu malos fructus facere, quia, & hoc possunt arbores bonæ, *Possunt enim transgredi; & non sunt transgressæ facere mala, & non fecerunt;* Ita nemo potest venire ad Christum nisi Pater eum traxerit, seu id donet per gratiam, non quia ad posse venire exacta sit gratia efficaciter trahens, & venire donans, sed quia venire nequit esse sine gratia trahente, aut id ipsam donante; quo in sensu dicitur: *Nemo potest currere nisi mor-*

Ad Rom. 8.

Ad Corin.

Genes. 27.

Math. 7.

Trid.

atur, non quia motus constituat posse currere, sed quia implicat cursum exire sine motu. Sed ingeniose iustes: sicut scriptura affirmat neminem posse venire ad Christum sine interiori gratia, ita asserit neminem posse venire ad Christum sine gratia trahente, & id donante; sed testimonia affirmativa nemi nem posse venire ad Christum sine interiori gratia inepte exponerentur si diceretur tantum asserere ipsam venire non posse esse sine interiori gratia, non vero eam gratiam exactam esse ad posse venire: ergo similiter non recte exponuntur testimonia asserentia neminem posse venire ad Christum sine gratia trahente, & id donante quia hæc gratia sit exacta ad venire, non ad posse.

132 Respondeo: Plurima esse testimonia sacra experientia neminem posse venire ad Christum sine interiori gratia, non solum, quia exacta sit ad venire, sed quia necessaria ad id posse: ut sunt. *Sine me nihil potestis facere*, scilicet, prout ad salutem oportet. *Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto*: Et clarius dum fatemur. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*: Vbi apperte affirmatur non esse in nobis sufficientem potentiam ad cogitandum opera salutaria, sed sufficientiam nostram esse ex gratia Dei.

133 Ad id, quo augeatur difficultas ex modo loquendi, cum Concilij Africani, tum Arausiaci, cum illud decernit: *Gratia est et per Christum nos adiuvant, quia sine illa nihil vera pietatis valemus*; & illud definit, *Dei adiutorium sanctis esse implorandum, ut possint perseverare*: eadem doctrina satisfacit, quia in eodem sensu intelliguntur: in quo similiter exponitur Tridentini Canon statuens; *Si quis dixerit iustificatum, vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseverare posse, vel cum eo non posse*.

Trid. Sess.
6. de Iustificatione. Can.
22.

posse; Anathema sit. Vbi sensus est non posse simul componi hæc duo iustificatum finaliter perseverare, & non habere speciale, & efficax perseverantiae donum; quod non exigitur ad potestatem proximam perseverandi, cum iustum posse perseverare, seu habere potestatem proximam perseverandi sine speciali auxilio ratione gratiae habitualis, & donorum ei gratiae debitorum, ut communis Theologorum sententia, cui favet Augustinus dum ait, quod *homo in primo statu, scilicet, & originalis iustitiae accepit donum per quod perseverare posset, non autem accepit, ut perseveraret.* Et haud obscure colligitur ex SS. Innocentio X. in Iansenium definiente: *Homini iustificato numquam deesse auxilia, quibus possibilis sunt praecepta Dei.* Iusto igitur temperi adest auxilium praestans posse perseverare, eo enim fit possibile perseverantiae praeceptum.

August. de
Corrept. &
gratia. c.
12.

Innoc. X. in
1. proposit.
adversus
Iansenii
definita

134 Ad probationem ex verbis D. Thomae de promptam asserentis, quod *homo sine motione Dei nequit aliquid velle.* Et quod *nulla creatura potest in suum actum prodire, nisi moveatur à Deo:* Similiter dicimus Doct. Sanct. debere intelligi in sensu composito, quatenus est impossibile hominem velle, & agere nisi moveatur à Deo: Non autem, quia motio Dei sit exacta ad posse velle, & agere: Hancque fuisse D. Thomae mentem probant Docti Thomistae: quia Sanct. Doctor loquitur de omni natura tam corporali, quam spirituali quaecumque perfecta; sed certum est plures causas secundas naturales priusquam moveantur à Deo habere potentiam sufficientem ad operationes sibi correspondentes: ergo Div. Thom. motionem Dei non exposcit ad posse sufficienter agere, & velle, sed ad agere, & velle.

Gonet disp.
4. de Volun-
tat. sect. 3.
Salmanti-
cens. disp. 6
de gratia
efficaci du-
b. 1. sess 4.

135 Vrgentius id in Iansenium evincit M. Goet: quia Doctor Sanctus de quacumque natura crea-

D. Thom.
1.2.q.109
art. 1. in
corp.

ta quantumcumque perfecta statuit non posse in suum actum prodire, nisi moveatur à Deo: Ergo iuxta Sanctum naturam nostram adhuc sana, & integra non poterat in suum actum prodire nisi moveretur à Deo: sed adhuc non reuente Ianfenio motio Dei efficax non erat exacta in statu integritatis ad potentiam salutariter agendi, ergo loquutio illa Divi Thomae potest verificari in statu lapsus, licet motio efficax hoc in statu potentiam agendi non constituat. ¶ Si dicas Doctorem Sancti illis in verbis loqui de motione gratiae sufficientis. ¶ Intentum obtinui: quia iam ipsa ex verbis colligi non poterit motionem Dei efficacem constituere posse agere.

136 Adde: Denique aduersus P. Societatis: D. Thomam eo in loco ita scribere: *Quod homo convertatur ad Deum, hoc non potest esse, nisi Deo ipsum convertente: & tamen Deum nos convertere non exigitur ut possimus converti, quia dum Deus nos conuertit conuertimur, ex illo conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, & ut possimus converti non exigitur ut conuertamur: ergo licet Div. Thom. asserat, nos non posse agere nisi à Deo moueamur non infertur hanc motionem praedeterminantem constituere posse agere, sed solum colligitur esse exactam ad agendum.*

137 Secundo opponit Ianfenius ex M. P. Augustino; Pelagius nullam veram gratiam per Christum admisit, ut constat ex Concilijs, qui eum damnarunt: sed Pelagius ultro admisit auxilium gratiae, quod vocatur sufficientis, & id reiecit S. August. ergo gratia sufficientis, nec est vera gratia per Christum, & est de mente Pelagij contra S. August. Prob. min. gratia sufficientis est adiutorium possibilitatis à Pelagio concessum, sed adiutorium possibilitatis à Pelagio admissum reiecit August. ergo. Discursus rectus. Maior. Probat Ianfenius plurimis testimonijs ex libro August. de gratia Christi;

D. Th. 2.2
q. 109. ar-
tic. 6. incor-
pore.

sufficiat adducere verba Pelagij apud S. Augustin. aie-
 tis: *Quod possumus omnē bonum facere, dicere, cogitare, il-
 lius est, qui hoc posse donavit, qui hoc posse adiuvat, Dei sci-
 licet quod vno bene, vel agimus, vel loquimur, vel cogita-
 mus, nostrum est, quia haec omnia vertere in malum possu-
 mus, ergo Pelagius agnovit adiutorium posse ad bo-
 num exhibens, & à nobis in malum vertibile, quod est
 auxilium possibilitatis, seu gratiae frustrabilis, & resistibi-
 lis. Min. autem prob. lanthenius ex S. Augustin. adducta
 Pelagij verba ita increpante: *Desinat ista dicere, non solum
 enim Deus posse nostrum donavit, atque adiuvat, sed etiam
 velle, & operari operatur in nobis.**

*Aug. de
 grat. (bris
 ti cap. 4.*

*Aug. de gra
 tia Christi
 cap. 25.*

138 Vrgentius confirmat assumptum Ian-
 senius: gratia sufficiens est adiutorium *sine quo*, sed Au-
 gust. non agnovit adiutorium *sine quo* in statu naturæ
 collapsæ; sed solum in statu naturæ integræ: ergo hoc in
 statu gratia pure sufficiens ignota fuit Augustino. Mai-
 omnes fateamur, divisionem auxiliij in sufficiens, & effi-
 cax colligentes ex partitione adiutorij in *sine quo*, &
quo, quam exponit Augustin. & 1. Adiutorium *sine quo*
 Adamo donatum ad perseverandum tale erat, quod de-
 fereret cum vellet, & in quo permaneret, si vellet, non quo fie-
 ret ut vellet, sed gratia sufficiens est gratia, quam defere-
 re possumus, non velle exhibens, sed posse permanere
 si velimus: ergo. ¶ 2. Adamo Deus dederat adiuto-
 rium per quod posset, & *sine quo* non posset perseveranter bo-
 num tenere, quod vellet: fuit enim ei datum adiutorium per-
 severantiae, non quo fieret ut perseveraret, sed *sine quo* per
 liberum arbitrium perseverare non posset: Sed gratia suffi-
 ciens ad perseverandum, est qua non fit ut perseverem-
 us, alias esset efficax, & *sine qua* per liberum arbitrium
 perseverare non possumus, cum sit exacta, posseque
 constituens: ergo gratia sufficiens erat id adiutorium *si-
 ne quo* Adamo ad perseverandum collatum.

*Aug. de
 Corrupt. &
 grat. cap.
 11.*

Min.

Aug. ubi c.
12.

139 Min. vero probat Iansenius ex Augusti-
de adiutorio gratiæ lapsis donato ita edocente: *Nunc
vero sanctis in Regnum Dei per gratiam Dei predestinatis,
non tantum tale adiutorium perseverantiæ datur, sed tale ut
eis perseverantiæ ipsa donetur, non solum ut sine isto do-
no perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc do-
num non nisi perseverantes sint: ergo ex Augustin. Sanctis
nunc non solum datur adiutorium sine quo perseveran-
tes esse non possent, verum etiam quo, seu per quod non
nisi perseverantes sint: Quia de ipsa perseverantiæ boni
non voluit Deus Sanctos in viribus suis, sed in ipso glo-
riari eis non solum dat adiutorium quale primo homini de-
dit, sine quo non possint perseverare si velint, sed in eis etiã
operatur, & velle, ut quoniam non perseverabunt, nisi, & possint,
& velint, perseverandi eis possibilitas, & voluntas di-
vine gratiæ largitate donetur. Unde ex ijs ita intulit S.
Pater: Subventum est ergo infirmitati voluntatis humanae,
ut divina gratia indeclinabiliter, & inseparabiliter agere-
tur, quia Deus Adamo fortissimo dimisit, facere, quod
vellet; infirmis servavit ut ipso donante invictissime, quod
bonum est vellent: ergo Sanct. August. in statu sanitate ag-
novit adiutorium sufficiens, seu sine quo non posset Ada-
mus perseverare; in nobis autem infirmis solum edo-
cuit gratiam donantem perseverandi possibilitatem, &
voluntatem, cum subventum sit infirmitati per gratiam
indeclinabiliter, & insuperabiliter agentem invictissime
donantem ipsum velle; quæ prædicata gratiæ solum ad-
iutorio quo, seu efficaci adaptari possunt.*

140 Hoc argumentum præcipuum est Ianseni-
seniani Dogmatis, ita ut Catholicos gratiæ sufficientiæ
defensores Pelagianæ erroris reos esse pronuntiet, & li-
cet ab instituto recedam, non sine fructu, evidenter e-
nim convincam ex libris Augustini de gratia Christi, &
de correptione, & gratia, ex quibus arma desumpsit
post

post Calvinum Iansenius, gratiam sufficientem nunquam admisit Pelagium, eam edocuisse Augustinum, quidque in his dubijs ut certum credi debet, quid vero inter Catholicos utriusque tenore acri contentione exagatur. Prætermittis que plurimis controversijs circa Pelagij errores ab Authoribus aprime, & operosius tractatis, dubium sitit: An Pelagius in aliquo sui erroris statu gratiam sufficientem admisserit?

141. Et præmoneo me non potuisse colligere ex libro profundo S. August. de Gratia Christi in qua siteret Pelagij error, usque dum animo, fuit cum non eruere ex Pelagij verbis ibi ab Augustin. adductis, quia eorum ambiguitate potius fallaciter se abscondebat, quam explicabat, sed potius ex sensu eis à SS. Patre exhibito, quem Hæretica astutia latere non potuit. Pelagius in Palestina Synodo: *Damnabit eos, qui dicunt, gratiam Dei, & adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege, atque doctrina; qua adiutorie S. P. putabit, omnes Pelagij tergiversationes; esse consumptas; similiter damnavit in illis Episcopalis gestis eos qui dicunt, gratiam Dei secundum meritum nostrum dari; & tamen in libris à Pelagio postea editis, memoratisque in Epistola, quam Romam missit, nihil aliud sentire monstravit, quam id, quod damnasse videbatur, seu fide, ne anathematizaretur in Synodo illa, reiecit; unde diversis verbis eandem rem dicebat ut non intelligeretur, & alijs, atque alijs locutionibus se latere putabat: ergo error quem Pelagius evomuit non ex eius ambiguis verbis agnoscendus est, quia varijs tergiversationibus eum obtegere ut impune grassaretur impie, & cavillose studuit; seu potius ex S. Augustino, qui eius insidias pandit.*

Aug. de gratia Christi cap. 3.

Aug. 101. cap. 9.

142. Duabus ex sententijs Pelagij tentat Iansenius colligere veram gratiam sufficientem agnovisse, cum quia ait, *Deus donavit posse bonum facere.* Tum, quia

af-

Aug. ibi.
cap. 4.

affirmat Deum hoc posse adiuuare. 1. conuincam Pelagium non tradidisse gratiam sufficientem, qua Deus donet posse. 2. Prob. quod nec quando fatetur Deum adiuuare posse.

Aug. ibi
cap. 3.

Aug. ibi c.
4.

Aug. ibi c.
5.

Aug. ibi c.
6.

Ad Philipp.
2.

Aug. ibi c.
6. & 9. &
25. & 33.
& 41.

143. Primum assumptum demonstro: Pelagius solum asseruit Deum posse donare donando naturam: ergo dum fatetur Deum donare posse non agnoscit veram gratiam. Prob. antec. 1. Augustino testante Pelagius possibilitatem, qua potest homo esse iustus datam confitetur à creatore naturæ: Ergo ex Pelagio Deus donat homini posse esse iustum per creationem naturæ, non per gratiam. ¶ 2. August. hæc Pelagij verba transcribit: Tria ita distinguimus; Primo loco posse statuimus; secundo velle; tertio esse, posse in natura, Quid expressius? Velle in arbitrio; esse in effectum locamus; posse ad Deum proprie pertinet, qui illud creatura sue contulit: ergo ex Pelagio Deus contulit posse locatum in natura vt creator, non vt Redemptor. ¶ 3. quia Augustin. sæpius monet, vt sciamus, quod Pelagius loquitur; Nec erremus aliter eum intelligendo, quam sentit affirmare solam possibilitatem esse ex Deo, quia eam in natura possuit: Et ideo dixisse in opere bono esse laudem Dei, qui ipsius voluntatis, & operis possibilitatem dedit: hanc autem possibilitatem in natura eum ponere, de verbis eius superioribus clarum est. Et in tanta claritate non videt Iansenius? Adiunxit enim Pelagius ad laudem operis boni Deum, illudendo illud Apostoli testimonium; Deus est, qui operatur in vobis velle: quia nisi natura esset, in qua nos condidit, qua velle possumus; (En posse in natura condita;) non vellemus: Consequenterque, dum gratiam adiuuantem in voce, vt invidiam Catholicorum effugeret, fatebatur, possibilitatem naturalem ea asserere adiuuari: ergo ex Pelagio Deus non donat posse per gratiam naturæ exhibitam, vt reparetur; sed per donum creationis dum conditur.

144 2. alio nprum difficultus est, specialiter
 cum verissimum iudicem cum communi Theologo-
 rum sententia Pelagium interiorem gratiam agnovisse,
 quæ esset sapientiz revelatio intellectum illustrans, &
 suscitans voluntatem ut faciat bonum, & de-
 clinet a malo, eam vero adstruebat *meritis* compa-
 ratam, & ut *facilius nequam spiritui, Spiritus Sancti au-
 xilio resisteremus*. Numquam autem gratiam sufficien-
 tem confessus fuit, ut inter Thomistas affirmat P. Go-
 net, & P. Lemos. Imò nec veram gratiam sufficientem
 fateretur, licet prædictam revelationem sapientiz illus-
 trantem, & suscitantem omnino *gratis* donatam, & sim-
 pliciter exactam agnosceret.

145 Probo simul omnes assumpti partes: val-
 de diversa sunt *dare possibilitatem, & adiuvere possibi-
 litatem*; Gratia sufficiens *posse donat* ad salutariter agen-
 dum, quia non est verum posse sine illa; non est gratia,
 seu auxilium quo agimus, sed est quo possumus, *submini-
 stratione virtutis adiuvens*; unde non est gratia hæc adiu-
 torium *possibilitatis*, quasi potestati completæ accedat,
 sed adiutorium *voluntatis*, quia voluntatem supponit,
 cui virtutem ad salutariter agendum subministrat; Sed
 Pelagius in nullo statu sui perversi dogmatis agnovit
 adiutorium posse voluntati donans, & ei subministrans
 virtutem ad salutariter agendum. ergo Pelagius; licet in-
 ternam gratiam aliquando admisit, gratiam sufficien-
 tem numquam agnovit. Mai. continet primam notio-
 nem gratiæ sufficientis. Prob. min. Si tale adiutorium
 posse exhibens virtutem subministrando agnovisset ali-
 quando Pelagius esset dum dixit, *Deum adiuvere ut vel-
 le, & agere valeamus*; et inferi P. Contenson; sed in hoc
 adiutorio non est intelligenda gratia à lege, & doctrina
 distincta, ac perinde, nec posse exhibens, ita enim intel-
 lexit Augustin. prædicta Pelagij verba, ait enim: *Non
 est*

Gonet disp.
 1. de Here-
 resi Pelag.
 art. 2,
 P. Lemos
 tract. 1. c. 13.

Aug. ibi c. 2.

Aug. ibi c. 5.
 Contenson
 dissert. 3.
 historica.

est hic appertum, vel quam dicat gratiam, vel quatenus ea naturam sentiat adiuvari, sed sicut alijs locis, in quibus evidentijs loquitur intelligi potest non vult aliud accipi, quam legem, atque doctrinam, qua naturalis possibilitas adiuvetur. Ergo. ¶ Ita ergo collige: Pelagius semper, vel saltem in secundo sui erroris statu agnovit necessariam legem, & doctrinam ut declinemus à malo, & faciamus bonum; non tamen confessus fuit gratiam sufficientem; ut sentiunt Authores cum quibus disputo: Sed per adiutorium ut agere valeamus asserit S. Augustin. Non velle aliud accipi præter legem, & doctrinam: ergo per hoc adiutorium non intellexit Pelagius sufficientem gratiam.

146 Prob. min. 2. Si Pelagius agnovisset hanc gratiam saltem ad facilius esset dum dicebat: Deum gratia sue auxilium subministrare, ut quod per liberum homines facere inveniuntur arbitrium facilius possent implere per gratiam, quam non nos, ut tu putas, in lege tantum modo, sed in Dei esse adiutorio confitemur: Quod adiutorium videtur sufficiens, cum sit præter legem; sed Augustin. eadem expectatione suspensus animadvertit, quæ Pelagius subiunxit per hæc verba. Adiuvat enim nos Deus per doctrinam, & revelationem suam (En adiutorium Pelagij præter legem, doctrina interius revelata) dum cordis nostri oculos aperit, dum nobis ne presentibus occupemur, futura demonstrat; dum diaboli pandit insidias, dum nos multiformi, & ineffabili dono gratiæ celestis illuminat. In quibus omnibus gratiam Dei potuit in lege, & doctrina, ut affirmat, & convincit Augustin. quia solum diversa munera doctrinæ revelatæ exposuit, ut divina præcepta, & promissa discamus. Si autem per hæc verba: A commendatione legis, & doctrina non recessit, non in eis sufficientem gratiam expressit. ¶ Unde (ut tacitæ obiectioni occurram) nota, quod quando Augustinus dixit: Venire posse in

Apud August. ibi c.

4.

Aug. ibi.

Aug. ibi c.

14.

natura ponit Pelagius, vel etiam ut modo dicere cepit in gratia. Non fuit, quia variaret errores, sed voces, quia cepit vocare gratiam, quam prius nominavit doctrinam, dum eam deputabit gratiam, qua iuamur ad operandam iustitiam; gratiae vocabulo frangens invidiam, offensionemque declinans.

Aug. ibi c. 9.

Aug. ibi c. 37.

147 Prob. min. tertio: Expendendo praecipuum Pelagij testimonium, quod gratiam sufficientem videtur exprimere: Aiebat etenim: *Deus operatur in nobis velle, quod bonum est, velle, quod sanctum est, dum nos terrenis cupiditatibus deditos, mutorum more animalium tantummodo praesentia diligentes, futura gloria magnitudine, & premiorum pollicitatione succendit, dum revelatione sapientiae in desiderium Dei stupentem suscitatur voluntatem, dum nobis suadet omne, quod bonum est.* Unde insurgit P. Contenson ad versus P. Gonet. Per gratiam sufficientem intelligitur gratia interior, qua illustratur intellectus, & excitatur affectus; sed expresse fatetur Pelagius gratiam interiorem succendentem intellectum, suadentem bonum, & suscitantem voluntatem in affectum desiderij Dei: ergo Pelagius gratiam sufficientem agnovit: ergo tamen efficacius, ni fallor insurgo ad versus ipsum, & alios, pro P. Gonet: Nihil certius, quam gratiam sufficientem non sistere in lege, & doctrina; ut est principium sanctum: assumo pro minori, quod continuo subiungit Augustinus. ad praedicta Pelagij verba: *Quid manifestius nihil aliud Pelagium dicere gratiam, qua Deus in nobis operatur velle, quod bonum est, quam legem, atque doctrinam?* Ergo nil manifestius, quam Pelagium in his verbis non agnovisse sufficientem gratiam. Min. ex professo convincit S. Augustinus: *Quia doctrina Sanctarum Scripturarum futura gloria, atque premiorum promittitur magnitudo; ad doctrinam etiam pertinet, quod sapientia revelatur, cum suadetur omne, quod bonum est.* Non ergo qualibet illumina-

Pelag. apud Aug. ibi c. 10.

P. Contenson ubi supra.

tio

tio est gratia sufficiens, sed ea quæ sit *auxilium virtutis Christi vires voluntati præstans, quam numquam Pelagius admisit.* ¶ Nec iudices in consequenter nos procedere, quia superius diximus doctrinam esse efficacem gratiam, & nunc nec esse sufficientem edocemus: quia hanc dubitationem iam olim abstulit Augustin. asserens, quod dum Deus docet secundum *spiritus gratiam* efficaciter adiuvat; dum autem docet secundum *legis literam*, nec sufficienter.

Supra à n. 121.

Aug. ibi c. 13.

Pelag. apud S. August. ibi c. 22.

Aug. ibi cap. 3.

Aug. ibi c. 28.

Contenson ibi cap. 3.

Aug. ibi c. 23.

S. Aug. ibi cap. 30.

Aug. ibi c. 12.

148 4. quia cum Augustin. hanc Pelagij assertionem erroribus plenam versaret: *Subditi simus Deo, eiusque faciendo voluntatem divinam mereamur gratiam, & facilius nequam spiritui auxilio sancti spiritus resistamus; in quibus verbis sugillabit mereamus gratiam: quia si redditur debita non est gratuita, ac per hoc iam nec gratia.* Et similiter damnabit, quod *facilius Spiritus Sancti auxilio nequam spiritui resistamus quia etsi minus facile, tamen putat fieri præter gratiam.* Hoc tamen auxilium Spiritus Sancti iuicarunt plurimi esse auxilium efficax, quod tandem, licet ex meritis, & ad facilius Pelagius concessit argumentis Catholicorum convictus, fundaturque in eo, quod id auxilium vocabit S. August. *Magnum profecto adiutorium divina gratia.* Ego tamen specialiter, tale auxilium Spiritus Sancti, licet ex meritis, & ad facilius, quod Pelagius concessit non solum non esse efficax, sed nec sufficiens, ex S. Augustino efficacissime convinco; ita enim Sanct. Pater loquitur versans hæc Pelagij verba: *Quod tamen qualecumque, & quantulumcumque adiutorium, eum credibile est in hoc constituere, quod nobis additur scientia, revelante spiritu per doctrinam, quam vel non possumus, vel difficile habere possumus per naturam; Sed doctrina, licet revelante spiritu comparata non est verum adiutorium sufficiens, cum solum sit scientia ut facienda noscimus non subministratio virtutis infir-*

firmitatem perficiens, ut cognita faciamus: ergo illud
 auxiliū n Spiritus Sancti, quod ex meritis, & ad fa-
 cilis concessit Pelagius in ultimo, ut vocant, suæ
 perfidie statu non fuit verum auxiliū sufficiens.

149 Denique: vaferrimus hæreticus, licet
 varijs verborum involuctis errorem suum obtegens la-
 tere non potuit Sanct. Augustinu, pandit enim; que
 pro suo merifico captu intelligere potuit in Pelagij scrip-
 tis, quando nominavit gratiam; Sed S. August. nunquam
 intellexit in Pelagij gratiam sufficientem: ergo nec eam
 admisit. Prob. min. adducendo Sanct. August. Pela-
 gianū dogmatis latebras proferentem per hæc verba:
*Quæcumque pro gratia videtur dicere Pelagius, qua iuva-
 mus ut declinemus à malo, bonumque faciamus, ita di-
 cit, ut nullo modo à verborum ambiguitate discedat,
 quam discipulis sic possit exponere, ut nullum auxiliū
 gratiæ credant, qua naturæ possibilitas adiuvetur, nisi in
 lege, atque doctrina, ita ut ipsas quoque orationes, ut
 in scriptis suis appertissime affirmat, ad nihil aliud ad-
 hibendas opiaetur, nisi ut nobis doctrina etiam di-
 vina revelatione apperiat, non ut adiuvetur mens
 hominis, ut id quod faciendum esse didicerit, etiam
 dilectione, & actione perficiat, ab illo enim suo ma-
 nifestissimo dogmate non recedit, omnino, ubi tria il-
 la constituit, possibilitatem, voluntatem, actionem, &
 solam possibilitatem dicit divino semper adiuvari au-
 xilio: voluntatem autem, & actionem, nullo Dei ad-
 iutorio existimat indigere. Ipsum vero auxiliū, quo
 possibilitatem naturalem perhibet adiuvari, in lege
 constituit, atque doctrina, quam nobis fatetur etiam
 Sancto Spiritu revelari, propter quod, & adorandum
 esse concedit. Sed hoc adiutorium legis, atque do-
 ctriinæ etiam Prophetis fuisse temporibus, adiutorium
 autem gratiæ, quæ propriæ gratiæ nuncupatur in*

Aug. ibi
 c. 42.

S. August.
 ibi c. 41,

Critici esse arbitratu exemplo. Quod nihilominus ad doctrinam pertinere perspicitis, quæ nobis Evangelica prædicatur, ut videlicet tamquam via demonstrata, qua ambulare debeamus, iam viribus liberi arbitrii adiutorio nullo alterius indigentes, sufficimus nobis, ne deficiamus in via, quamvis, & ipsam viam contendat etiam sola inveniri posse natura, seu facilius, si *adiuvers gratis.*

150 Hæc verba manifestant Pelagij perversum dogma, quoad varios erroris status, in quibus non tam errores, quam eiusdem erroris verba, & voces variabit; semper enim per *verba*, ita *ambigua* loquebatur, ut discipulis possent exponi, ut *nullum auxilium gratiæ crederent, quæ naturæ possibilitas adiuvetur, nisi in lege, atque doctrina.* Cum enim argumento ex necessitate orationis desumpto præmeretur à Catholicis, ut gratiam veram ad huc præter legem, & doctrinam admitteret apertissime affirmavit orationes non adhiberi pro gratia à lege, & doctrina distincta, sed *ut nobis doctrina etiam diuinæ revelatione aperiat*; Numquam enim omnino recessit ab illo suo manifestissimo dogmate, *Solam possibilitatem diuinam semper adiuvari auxilio affirmando, voluntatem autem, & actionem nullo Dei adiutorio indigere.* Non solum autem manifeste erravit negando adiutorium diuinum voluntatis, & actionis, sed perverse constituendo id adiutorium possibilitatis, quod affirmabat, quia *illud constituebat in lege, atque doctrina*; Nec enim ita contra lumen rationis pugnabit astutus Hæresiarcha lumine, licet fidei orbatus; ut diceret legem iuuare incognitam ad operandum bonum, aut doctrinam non propositam iuuare ad credendum, voluntas enim ab incognito moveri non potest, ut signato super nos, lumine omnes noscimus, sed prius dicebat legem iuuare ut cognitam per cognitionem naturaliter ortam ab eius ostensione, & si-

mi-

militer doctrinam, quod autem pouca fatebatur erat etiam doctrinam nobis Sancto Spiritu reuelari. Cum vero premeretur Catholicorum argumentis, ut iniuicis gratiæ Christi, cum adiutorium legis, & doctrinæ etiam Prophetis fuisset temporibus; *Si enim per legem iustitia, gratis Christus mortuus est; ut hæc euidencia illuderet argumenta legi, & doctrinæ gratiam Christi post eius aduentum superadebat, quam in Christi esse arbitrabatur exemplo; quatenus Christus imitatione sui ad perfectam incitat sanctitatem, & vitiorum consuetudinem virtutum vincit exemplo; ita intelligebat eos qui sub lege peccant adiuuari ut per gratiam Christi liberentur, quia eis non sufficiebat sola lex propter nimiam peccandi consuetudinem, nisi Christi accederet intuendum, & imitandum in doctrina Evangelica virtutis eius exemplum: & cum quilibet perspicat exempla virtutis Christi, ad doctrinam, quæ nobis Evangelicam predicatur pertinere: Perspicere omnes debent Pelagium ad iuvandam possibilitatem naturæ numquam gratiam edocuisse supra legem, & doctrinam, sed solum superadisse, ut fugerët Catholicorum tela, vel doctrinam novo modo propositam, scilicet Spiritu Sancto reuelante, vel nouam doctrinam in exemplo virtutum Christi. Hanc vero internam gratiam solum arbitrabatur demonstrare viam, qua ambulare debemus. Quod est munus reuelationis ostendentis, & suadentis; non tamen vires arbitrio exhibentis, eo quod semel via demonstrata iam viribus liberis arbitrij adiutorio nullo alterius indigentes sufficiamus nobis, ne deficiamus in via; Vnde gratia illa edoctrinx, & Magistra erat, non arbitrij virtus adiuuans: Concludit Sanct. August. Pelagij cavillationem his verbis: *Quamvis, & ipsam viam contendat etiam sola inueniri posse natura, sed facilius si adiuuet gratia.* Quæ verba*

Apost. ad Gal. 2.

Aug. ibi c. 39.

nullum alium sensum obtinere possunt; nisi, quod in-
venire viam salutis posset natura comparari, per cog-
nitionem, scilicet naturalem boni prosequendi, & ma-
li fugiendi consequutam ad legem, seu doctrinam pro-
positam, facilius verò inveniri viam salutis, si *doctrina
divina revelatione aperiatur*, ut mens hominis quid fa-
ciendum sit discat; revelationem, ergo illam interio-
rem, nec necessariam exigebat Pelagius, ut *viam salutis
demonstraret*, & nullo modo asserbat esse virtutem arbi-
trio vires exhibentem, ut non deficeret ambulando in
via semel inventa.

15 I. Exemplum sit ob oculos ponens per-
versum Pelagij dogma; sit homo dormiens, vulnera-
tus; aut pedibus læsus, in magno constitus periculo,
nisi velociter fugeret; accedat aliquis imperans ei fu-
gam, ostendens viam per quam ambulare debet, ut im-
minens malum caueat, stupentem suscitans, magnis mo-
tivis docens, & suadens, quam bonum sit fugere exēpla
magna, quæ allicerent adducēs; & licet fingeres doctrinā
istam Spiritu Sancto revelatam: Diceret nemo illum
hominem esse sufficienter adiuutum ut malum per fu-
gam vitaret? Minime, quia si claudus est, & læthaliter
vulneratus post tot excitationes, & suasiones impo-
tens erit ad fugam arripiendam; si autem homo ille
sanus esset, & viribus robustus à somno excitatus, per
legem exhortatus, & suasionibus incitatus, à bonita-
te fugæ motus expedite posset fugere: Ita erat arbitrium
ut cuomuit Pelagius, quod *creator generaliter humane
nature inseruit; forte, & firmum ad non peccandum*; Vn-
de solum suscitari, doceri, exigebat ut declinaret à ma-
lo: lege, & doctrina vnice adiuvari, & pro *inesti-
mabili benignitate Dei quotidiano muniri auxilio ut fa-
cilis per id fiat, quod fieri poterat, licet minus fa-
cile præter eam gratiam deliravit*; Arbitrium Ca-

Pelag. ad
pud S. Au-
gust. ibi c.
28.

etholicum infirmum est, licet non extirpatum; originali culpa lathaliter vulneratum, licet non amissum; unde non solum excitatione, suasione, & doctrina indiget, sed *subministratone virtutis Spiritus Sancti, & auxillo virtutis Christi, adiuuante infirmitatem suam.* Sana te, & vires exhibente, vt à malo declinet, & bonum salutare prosequatur.

152. Unde intelligo plane excidisse Recentiore, alias Doctum, & valde ingeniosum, affirmantem absolute, quod S. Augustin. *supponere videtur posse consistere in natura, & doctrina,* August. enim æque à præiacto errore distat, ac à Pelagiana Hæresi, posse enim arbitrium salutariter agere per naturæ vires, & doctrinam, fuit hæresis damnata ab omnibus Concilijs in Pelagium congregatis, & postremo à Tridentina Synodo sub anathematis fulmine proscripita; unde illæ propositiones sunt omnino falsæ: *Dummodo iota gratia à contrarijs assignata constituat posse non assignatur gratia formaliter distincta à gratia legis, & doctrina... Quia omnis gratia constituens posse includitur in gratia legis, & doctrina, illamque non excedit.* Quia gratia constituens posse non Pelagianum, sed Catholicum est distincta à lege, & doctrina: *Lex enim iubet magis quam iuvat.* Doctrina credenda proponit, vires ad credendum non exhibet; Deus non solum est legislator, & Magister, seu Doctor noster, sed etiam adiutor, quia *nostra sufficientia ex Deo est.*

153. Nec sufficit recurrere vt præiactæ propositiones exponantur, ad hoc, quod licet auxilium sufficiens ut gratia distincta à lege absolute sumpta, non ab ea vt obligante, quia supposita obligatione legis est ita debitum id auxilium, vt à Deo negari non possit.

Non iamquam sufficit, quia inter duos errores extremos media incedit Catholica veritas. *Legem obligare ad impossibilia est Calvini Hæresis: Per legem fieri nobis pos-*

Palanco de Providentia
9. 13. sect.
2. n. 26

Tridentina
Sess. 6. de
Iust. 6. Ca.
non. 1.
Palanco ubi
sup. n.
13.

Aug. de
grat. Christi
c. 8.

Trid. Sess.
6. cap. 11.

Ioan. 6.

Pelag. a-
pud S. Au-
gust. de gra-
tia Christi
cap. 7.

*fibilia opera salutaria est Heretis Pelagij: Orthodoxi fa-
tenuit: Deum impossibilia non iubere, non quia iubendo
iuvat, sed quia iubendo monet, & facere, quod possumus, &
petere, quod non possumus, & adiuvat ut possimus, non per
legem iubendo monentem, sed per subministrationem
virtutis Spiritus Sancti, & gratiae Christi, sine quo nihil pos-
sumus facere ut oportet.*

154 Non me lateat Theologos aliquos affir-
mare Pelagium aliquando admisisse auxilium gratiae
sufficientis, quod licet sit falsum, improbabile minime
exitianum, fundantur enim in eo, quod Pelagius tandem
concessit adiutorium à lege distinctum, quia aliquando
sic fatur: *Quam gratiam nos non ut tu putas in lege tantum-
modo, sed in Dei esse adiutorio confitemur: Quod iudico im-
probabile est affirmare: in gratia legis, & doctrinae esse
auxilium sufficiens ut possimus salutariet operari, &
quod Pelagius admisit verum adiutorium possibilita-
tis, nil doctrinae, & legi superaddendo.*

155 Hucusque convenimus adversus Pela-
gium, & Iansenium; gravissima enim concertatio Ange-
licae Praedicatorum Scholae cum P. Societatis, non stat
in natura adiutorij possibilitatis, omnes enim una voce
fatemur, tale adiutorium distinctum à lege iubente, &
doctrina proponente per subministrationem virtutis
Spiritus Sancti exhibentis vires arbitrio ad declinan-
dum à malo, & prosequendum bonum. Dissidium sistit
An S. Augustinus praeter id adiutorium possibilitatis,
exigeret aliud adiutorium voluntatis, & actionis ei pra-
vium, & cum ea connexum, quod etiam negavit Pe-
lagius? Affirmat Schola Angelica, negant P. Socie-
tatis.

156 Affirmativam vero sententiam ex eo
libro de Gratia Christi attente inspecto haud inefficaci-
ter colligo: Supponendo indubium esse, esse manifestissi-

num Dogma Pelagij à quo omnino non recessit, voluntatem, id est volitione u, & actionem nullo Dei adiutorio indigere, solam possibilitatem divino adiuvari auxilio; quod in lege & doctrina constituebat; Vnde non solum erravit, quia non constituebat auxilium possibilitatis in subministrat'one virtutis Spiritus Sancti, sed quia nec voluntatem nostram, nec actionem divino adiuvari credebatur auxilio. Ex diversis principijs iatulit, Perfidus Hæresiarcha adduc- tos errores (quod præ oculis habet) negare auxilium possibilitatis in subministrat'one virtutis Spiritus Sancti, nitebatur, ut superius indicavi, Quia forte, & fir- mum ad non peccandum liberum in nobis habemus arbit- rium, quod generaliter naturæ humanæ creator inseruit. Quam ita argueret, liberum arbitrium est forte, & fir- mum ad non peccandum, non originali vulnere le- sum: ergo solum indiget, quod ei manifestetur via per quam ambulare debet, non subministrat'one virtutis ut sit sufficiens ut in ea non deficiat. Vbi ex antecedenti Hæ- retico (forte per rectam consequentiam) inferebat con- sequens Hæreticum: Negare autem Deum adiuvari ut velimus, & ut agamus fundabat, quia voluntas, & actio nostra esse assererat, & ad nos esse referentia, quia de arbi- trij fonte descendunt. Hanc ergo differentiam inter posse, seu possibilitatem, & velle, & esse, seu voluntatem, & actio- nem subtilitate curavit assignare: Quod posse erat à Deo, nec esse in nostra potestate, sed possibilitatem nos habere et- iam si nollimus; vnde, quod homo possit bonum velle; atque perficere solius Dei erat. Quæ potestas potest esse, etiam, si nec velimus, nec agamus, duo vero ista sine illa esse non possunt; Velle vero, & agere in nostra potestate sunt; li- berum enim est mihi, nec voluntatem bonam habere, nec actio- nem, nullo autem modo possum non habere possibilitatem bo- ni, inest enim mihi etiam si noluerò. Ex quâ differentia ita Generaliter loquebatur: Quod possumus omne bonum face-

Aug. ibi c.

41.

Aug. ibi

c. 5.

Aug. ibi c.

28.

Aug. ibi

c. 41.

Aug. ibi c.

5.

Aug. ibi c.

3.

Aug. ibi c.

4.

Aug. ibi c.

3.

Aug. ibi c.

4.

re, dicere, & cogitare Dei est, qui hoc posse donavit, qui hoc posse adiuvat; quod vero bene agimus, vel loquimur, vel cogitamus nostrum est, quia hac omnia vertere in malum possumus: Unde negare verum auxilium possibilitatis, quod subministraret virtutem, non erat ex conceptu libertatis, Quia posse non esse nobis liberum, nec in nostra potestate, sed solius Dei, nec Pelagium latebat, sed quia volebat tanta esse nature vires, quas extollendo precipitabat, ut auxilio virtutis Spiritus sancti non indigerent: negare adiutorium voluntatis, & actionis erat ex libertatis conceptu, & dubium diversum à recta constitutione adiutorij possibilitatis, & ideo monet S. Pater: *Vt non erremus intelligendo Pelagium, aliter quam sentit, quod quomodocumque legimus, vel audimus divina gratia adiutorium confiteri, ut à malo declinemus, bonumque faciamus, siue in lege, atque doctrina, siue ubi libet constituat, quia quomodocumque id adstruat, nec voluntatem, nec actionem divino adiuvant credit auxilio, sed solam possibilitatem voluntatis, atque operis.* Ita enim arguebat Pelagius: bene velle est nobis liberum, & in nostra potestate, quia id vertere in malum possumus: ergo arbitrium non indiget Dei auxilio ut bene vellimus, sed tantummodo ut bene velle valeamus: ubi ex antecedenti Catholico per ineptam consequentiam inferebat consequens hæreticum; & ideo fuit propositio illa Pelagij damnata: *Non est liberum arbitrium si Dei indiget auxilio, quia in propria voluntate uniuscuiusque est aliquid facere, vel non facere.* Unde auxilium actionis negavit propter libertatem: Hoc ergo adiutorium actionis, & voluntatis, quod S. Augustin. in libro illo adversus Pelagium probavit, suadere intendo esse adiutorium prævium, & connexum, & exinde prædeterminans. 1. Probo esse prævium, postea probaturus esse connexum.

*Aug. ibi
27.*

*Aug. ibi
cap. 5.*

*Aug. de
gestis Pe-
lagij, 18.*

157

1. Assumptum ostendo: 1. Augustin. in-

161

Intendit adversum Pelagium, quod Deus non adiuvet tantummodo, ut velle, & agere valeamus, sed etiam, quod adiuvet ut vellimus, & agamus; Huiusque adiutorij gratia agi non solum ut facienda noverimus, verumetiam ut cognita faciamus; non solum ut diligenda credamus, verum etiam ut credita diligamus. Sed Deus per adiutorium simultaneum non adiuvat ut velimus, & agamus, sed cum volumus, & agimus; nec eo adiutorio agitur, ut cognita faciamus, & ut credita diligamus, cum simultaneum sit, quia non praevient velle, facere, & diligere: ergo Sanct. Augustin. non loquebatur de adiutorio simultaneo voluntatis, & actionis. ¶ 2. quia S. Pater probat contra Pelagium Deum adiuvere voluntatem, & actionem, quia Deus operatur in nobis; non solum posse, sed etiam velle, & perficere, seu operari, operatur enim omnia in omnibus; & ideo increpat Pelagium stolidè asserentem, quod loqui possumus Dei est, quod bene loquimur nostrum est; ex eo, quod hoc non docet, qui loquitur bene, sed potius inquit, non vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Sed haec non possunt intelligi de adiutorio simultaneo, quia per id Deus non operatur in nobis velle, sed nobiscum, nec in nobis loquitur, sed nobiscum: ergo Augustin. intendit adiutorium voluntatis, & actionis non solum simultaneum, sed praevium.

¶ 158. ¶ 2. Assumptum, scilicet, Sanct. Augustin. intendere probare adiutorium praevium voluntatis, & actionis, quod sit connexum, & non ex se indifferens, ut existimant adversarij. probo 1. adiutorium praevium indifferens est ut agere valeamus, & exinde est adiutorium possibilitatis, quo Deus libertatem donat, sed adiutorium actionis, quod August. exposcit est ut bene agamus: ergo non est id adiutorium indifferens.

2. Argumento mihi efficacissimo: cum Pelagius dicebat, Non adiutorio Dei, sed ex nobis ipsis in nobis efficit voluntatem.

Aug. ibi c. 5.

Aug. ibi c. 22.

Aug. ibi c. 5. Philip. 2

Aug. ibi c. 16

Math. 10

Vide Aug. ibi c. 5. & 6.

Aug. ibi c. 10.

Verba Pe-
lagij vide
n. 147.

Math. II

Joan. 6.

luntatem bonam: Videns huic dogmati valde contrariam sententiam illam Apostoli aientis Deus operatur in nobis velle, veluti soluendo adiunxit: Deum in nobis operari velle, quod bonum est succedendo præmijs, suscitando voluntatem, & suadendo bonum: Sanct. Pater, tamen cum oppugnat probando nihil aliud Pelagium dicere gratiam, qua Deus in nobis operatur velle, quod bonum est quam legem, & doctrinam: & quod si vult esse Christianus, debet fateri gratiam, qua gloriæ magnitudo creditur, & speratur, amatur sapientia, & bonum persuadetur: Vnde tamen probat S. Augustin, quod non potest gloriâ credi, & persuaderi bonum gratia succedente gloriæ pollicitatione, aut suscitante boni suassione? Ratione, quam continuo adiunxit, dicens: Non enim omnium est fides, qui audiunt per scripturas Dominum Regnum Cælorum pollicentem, aut omnibus persuadetur, quibuscumque suadetur ut veniant ad eum, qui dicit, venite ad me omnes, qui laboratis: ergo ex S. P. gratia pollicitatione, & suassione non efficit ut gloria credatur, & bonum persuadetur, quia pollicitatio gloriæ non est connexa cum fide, nec vocatio suadens cum persuassione; ergo pariter auxilium prærium, licet sit subministratio virtutis Spiritus Sancti, dum modo sit indifferens, & inconnexum est insufficiens, ut per id Deus operetur gloriæ fidem, & boni persuassionem. Prob. conseq. Quia sicut non est omnium fides, qui audiunt Deum pollicentem, nec bonum persuadetur quibuscumque suadetur, ita nec omnium est fides, qui sufficienter adiuvantur, nec bonum persuadetur quibuscumque auxilium virtutis Spiritus Sancti subministratur: ergo ex eodem principio ex quo intulit Sanct. Augustin. non sufficere ut Deus in nobis operetur velle bonum, gratiâ pollicitatione succedentē, & suassione suscitantē infertur, nec sufficere gratiam virtutem subministrantem indifferentem, sed gratiam exigi trahentem ad Christum, & donantem ve-

ni-

nire ad ipsum, quia omnium est fides, qui trahuntur, & quibus donatur.

159 Dices: Deum operari in nobis velle, per vocationem sufficientem connexam cum fide, non ab intrinseco, sed ab extrinseco, scilicet à præscientia fidei sub illa; quia omnium est fides, qui ita vocatur qualiter Deus scit eis congruere, ut vocante non respuant. ¶ Sed contra: ergo si Pelagius gratiæ, seu doctrinæ suadenti bonum, & promittenti gloriam superadderet præscientiam fidei, & persuasioneis sub illa (quam non differetur inefficax reduceret, & evidenter solveret S. Augustini argumentum? ¶ 2. ergo ratio Sancti Augustini non evincit veritatem Catholicam, scilicet, ut Deus in nobis operetur velle, gratiam trahentem, & donantem distinctam à doctrina promittente, & suadente: Probo sequelam; quia rationem Augustini efficacia destitueret audacter affirmando per doctrinam illam Deum operari velle, non superaddendo gratiam præviam, sed præscientia fidei sub illa, quia sic suaderet qualiter sciret eis congruere ut persuadeantur.

160 3. Nam S. Pater alloquitur Pelagium per hæc verba *Cogitationem, & electionem, sicut sunt discernenda discernat... Et cum sit utrumque donum Dei, sed vnum minus cogitatio scilicet; alterum maius, electio quidem; Non hic iustitiam nostram super laudem iustificatoris nostri extollat, ut horum duorum, quod minus est, divino tribuat adiutorio, quod autem maius est humano usurpet arbitrio: ergo pariter cogitatio, & electio, sicut sunt discernenda non discernuntur, & iustitia nostra super laudem iustificato ris nostri extollitur, si cogitatio, quæ est minus donum divinæ tribuitur determinationi, & electio, quæ est maius donum usurpatur humani arbitrij determinatione: ergo intendit Sanct. August. ex determinatione Dei nos gratia accipere charitatem, seu electionem; sicut*

Aug. ibi
c. 26.

cut ex Dei determinatione accipimus scientiam, seu cogitationem.

161 Accedamus iam ad Iansenij confirmationem ex libro S. Augustini de correptione, & gratia depromptam, in quo invidiosissime stabilire stolidè existimavit Iansenius sententiam suam agnoscentem differentiam statuum integritatis, & lapsus humanæ naturæ, quia in natura sana solum fuit adiutorium *sine quo*, & sufficiens spectans ad bonitatem conditoris; in natura autem lapsa iam succurrat adiutorium *quo*, seu efficax spectans ad gratiam medicinalemi Christi Redemptoris liberantis nos à corpore mortis huius; vnde negare S. Augustin. lapsis adiutorium *sine quo*, seu sufficiens totis viribus contendit.

162 Sed Discrimen id inter utrumque statum naturæ integræ, & lapsæ, quod post Calvinum finxit Iansenius longissime, sicut à veritate à mente S. Augustini distat, ex utraque parte, ex eo quod in hoc statu negat adiutorium *sine quo*, seu sufficiens; ut demonstratum superius: Tum, dum esse de fide, & de S. Augustino mente gratiam interiorem reutilibilem in statu naturæ collapsæ convinci; & ex eo etiam, quod naturæ integræ negat adiutorium *quo*, seu efficax. quod nunc breviter, & solide probabo. Si quis tamen plura alia desideret consulat P. Decamps. Emin. Aguirre. RR. Tyrso; aliosque ab eis relatos.

Ita probatur: Sanct. August. non negavit Angelis sanctis adiutorium *quo*: ergo tale adiutorium non est proprium naturæ lapsæ. Prob. antec. primo. Gratia discernens bonos Angelos à malis non est adiutorium *sine quo* commune bonis, & malis; sed Deus per suæ gratiæ adiutorium discrevit bonos Angelos à malis, ut alibi in Aug. fundavi ergo Deus donavit adiutoriū *quo* Angelis bonis. ¶ 2. *Charitas Dei diffusa fuit* (Augustin. ait)

Sup. sect. 1

Tit. 1. dis.

2. q. 4. sect.

2

Decamps.

lib. 3. disp.

3. à cap. 8.

Aguir. di.

13. 2. sect.

6.

Tyrso tom.

4. disp. vl.

ima.

Tit. 1. dis.

2. q. 1. sec.

2.

In Sanctis Angelis per Spiritum Sanctum, qui datus fuit eis: Quod, & dixit de charitate actuali, cum eam vocet amorem, cum quo facti sunt Angeli, in quaque voluntate bona asserit bonos mansisse: Similiter iuxta Augustinum. Dedit Deus homini primo bonam voluntatem; in ea quippe eum fecerat, qui fecerat rectum; sed amor castus, seu bona voluntas, nec donatur, nec diffunditur per adiutorium sine quo; hoc enim fuit in Angelis desertoribus dum peccarunt, & in bona voluntate non permanserunt, alias non peccarent, quia ut Augustinus ait: *Adiutorium quippe defuisset sine quo manere non possent*: ergo amor castus fuit diffusus in Angelis Sanctis per adiutorium quo, & per id fuit bona voluntas primo homini donata. ¶ 3. adiutorium quo, seu efficax gratia habet suam efficaciam ab omnipotentia Dei, & à Domino, quod divina Maiestas habet in voluntates hominum, sicut, & in cetera omnia, que sub celo sunt; secundum S. Augustinum: ut multis testimonijs probat Clemens VIII. in suo doctissimo rescripto, sed divina Maiestas eque est omnipotens in sua ditione, suo que dominio continens voluntatem in statu lapsus, ac sanitatis; Deus enim est (August. ait) *cui omnia equaliter subiacent*: Ergo voluntas nostra utroque in statu eque est subdita Omnipotenti Domino, equeque ab eius adiutorio pendens: ergo eque indigent adiutorio quo Angeli, & homo primus, sicut nos lapsi.

163. Ut ergo reiecto Iansenio ad expositionem illius per difficilis Sancti Augustini capitis accedamus. Primo occurrit solutio P. Vincentij Contempson ex Sacra Dominicana Familia eloquentissimi, & eruditissimi scriptoris; asserentis S. Augustini eo in capite comparasse gratiam per se ad utrumque statum sanitatis, & infirmitatis ex proprijs eorum meritis necessariam, hocque in sensu verum dixisse Sancti Augustini, quod licet homo lapsus ob concupiscentiæ pugnam indigeat invictissimo

Aug. lib. 12. de Civitate Dei cap. 9,

Aug. de Corrept. & grat. cap. 11.

Aug. ibi.

Clemens 8. Prop. 6. apud Lemos tit. 1. in principio.

Aug. lib. 1. de Trinit. c. 10,

Contemp. tit. 3. dissert. 1. cap. 2.

mo adiutorio quo, ne infirmitate sua voluntas succumbat; homo autem sanus tali adiutorio per se non indigebat, sed solum sufficienti, seu *sine quo*, quia cum in bonis esset summa cum facilitate perseverare poterat.

164

R. Tyrso 1.
4. disp. 5.
sect. 5. ff.
29

Sed cum huius Authoris in sectione aliqua R. Tyrso mentionem faciat eam ita subscribit: *Vincencius Contempson cum Lovaniensibus sentit, cuius sententia impugnatur. Incunctanterque asserit: Atque dubio hac in parte Iansenicare: & à Fansenio non recedere.* Cur ita censet? Nescio, quia eque hic Doctissimus Scriptor distat à Iansenio, quam quod maxime.

165

Nec licet affirmaret Contempson (à quo distat, ut iam expono) in statu sanitatis non exigi gratiam ex se efficacem, & exigi in statu lapsus Iansenismi notam incurreret; Nec Illust. Doctor D. Michael Perez, Scholasticus, & Canonicus meæ Magistralis Ecclesiæ, qui eiusdem Abbas, & Chancellarius Universitatis Electus desiderium sui relinquit, iuste tam acri præmeretur censura, licet differentiam statuùm, ita exponeret in suis manuscriptis iam prælo paratis (quæ non vidi) ut refert R. Tyrso: Qui enim in statu innocentiae defenderet auxilia solum intrinsece indifferentia, sicut P. Societatis, quin concederet inconvenientia erroris Pelagij, & Baij eo in statu, quæ colligi ex ea doctrina intendunt Thomistæ, negant colligi P. Societatis, & inepte, & audacter Iansenius concessit; Nil eo in statu ab Ecclesia damnatum defenderet: Similiter si in statu lapsus defenderet auxilia intrinsece efficacia, sicut Thomistæ, quin inconvenientia erroris Calviniani eo in statu, quæ colligi ex ea doctrina intendunt P. Societatis, negant colligi Thomistæ, & Hæretice Iansenius concessit, nil ab Ecclesia damnatum sustineret: Sed utriusque sententiæ argumentis præmeretur, tele superaddito ex comparatione vnius status

Tyrs. 1. 4.
disp. 4. per
votam

ad

ad alterum, cum in differentia naturæ talis auxiliorum
diversitas fundari minime possit. Nec liber quidam à Su-
premo Hispaniarum fidei Concilio, iustissima censura
proscriptus, damnationem invenit, quia (licet in utro-
que statu prædeterminationem agnosceret) in statu inte-
gritatis negavit gratiam intrinsece efficacem, quam ad-
missit in statu lapsus ad sanandam naturæ egritudinem;
sed prohibitus fuit, quia in statu integritatis ex negata gra-
tiæ intrinseca efficacia in errores Baianos cecidit; & in
statu lapsus, quia gratiam intrinsece efficacem per mo-
dum virtutis exactæ ad posse sustinuit, in errores Iansen-
ianos tandem incidit.

Vide num.
22.

166 Sed Doctus Dominicanus Contempson
à Iansenio summe recedit, cum nec diversitatem sta-
tuum inferre in vno gratiam intrinsece efficacem, &
non in alio, sentiat: Solum enim ait in statu integritatis
esse necessariam gratiam ex se efficacem ex divina scien-
tia, & voluntatis causalitate, ex omnipotentissima potestate,
& Supremo Dei dominio, in causas liberas, & ex scientia
media impossibilitate. In statu vero lapsus esse exactam
gratiam, ita efficacem novo etiam titulo, quo non exige-
batur in statu integro, ex infirmitate, scilicet, naturæ per
peccatum originale contracta, qualiter victrix medici-
nali vi efficacia gratiæ constituitur. Unde summa solutio
nis prædicti Authoris sistit in hac conditionali. Si per pos-
sibile, vel impossibile non esset auxilium illud quo, seu effi-
cax necessarium ratione subordinationis, illud integritas pri-
mi hominis minime desideraret, & tamen eo egeret homo in-
firmus, tamen si ratione subordinationis cause secunda ad pri-
mam non exigeretur; Quid hic cum Iansenio commercij?

Contempson
ibid.

Addit autem Tyrso: Vincentij Contempson sententia dif-
filior est, quam sententia prædeterminatorum, nam dupli-
cem gratiam per se efficacem prærequirit in statu lapsus ad
aeternam salutarem; Sed ubi asseruit Contempson in statu
lap-

Tyrso ibi
disp. 5. sec.
5. 2.

lapsus duplicem gratiam ex se efficacem esse necessariam? In ipso lego in statu lapsus esse gratiam ex se efficacem exactam, & titulo subordinationis ad Deum, & titulo corruptionis naturæ: Esse tamen exactam gratiam duplici ex titulo; unde est duplicem exigi gratiam?

167

Et ideo Emin. (purpura, & modestia)

Aguirre, non infamem Iansenismi maculam, sed inconfiam Vincentio Contempson imputat, quia cum in speculatione prima probaret necessitatem motionis prædeterminantis, in secunda negat dependentiam naturæ integræ à gratia ex se efficaci. ¶ Sed nec adductam inconstantiam, seu inconsequentiam inter primam, & secundam speculationem reperio; Non enim prælaudatus Author motionem prædetermin. distinguit à gratia ex se efficaci, quia prædetermin. ad actum salutarem ex terminis est gratia ex se efficax; nec gratiæ ex se efficaci necessitatem negat in natura integra; solum enim edocet non esse necessariam ex peculiari differentia illius status ut distincti à statu lapsus, hoc autem in statu esse exactam ex propria differentia illius ut distincti à statu integritatis.

168

Tantumque distare à Iansenio sentio solutionem P. Contempson, ut eam probabilem inter Thomistas iudicem, in SS. PP. August. & Thoma haud leviter innixam. Ut Primum evincam sufficiat adducere Gonet, cuius solutionem ibi Contempson impugnavit hanc statuente conclusionem: *Homo in statu innocentie indigebat efficaci motione ad singulos actus, sicut in statu nature lapsæ; licet tunc ea solum operet, ratione subordinationis, quam qualibet creatura habet ad Deum in operando, nunc vero ulterius indigeat ea ob nature corruptionem, & debilitatem.* Est ne hoc gratias, & motiones efficaces in statu lapsus multiplicare? Minime, sed capita indigentia vnius est

Aguir. dis.

p. 132. sec.

2.

Gonet disp.

5. de Nat.

reparat. s.

3.

efficacis gratiae; unde Gonet indubie fatebitur conditionalem illam in qua nititur Contempton: Si ratione subordinationis motio efficax non esset exacta, homo factus ea non indigeret, *Quia solum eget ea ratione subordinationis; homo vero lapsus motione efficaci indigeret, licet ratione subordinationis non esset exacta, quia ea indiget ob naturae corruptionem, & debilitatem.*

169 2. Probo: Nam Sanct. Augustin. ait: *Si in tanta infirmitate vita huius ipsis, id est, lapsis relinqueretur voluntas sua, ut in adiutorio Dei sine quo perseverare non possent manerent, si vellent, nec Deus in eis operaretur ut vellet inter tot, & tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet: Ergo ex Augustin. si voluntas lapsi relinqueretur adiutorio sine quo, quin Deus adiutorio quo, seu efficaci operaretur ut vellet, infirmitate succumberet; ergo adiutorium quo, seu efficax non solum exigitur, ut Deus operetur, omnia in omnibus, in statu lapsus, sed etiam ut voluntas inter tantas tentationes infirmitate non deficiat.*

August. de
Corrupt. &
grat. c. 129

120 Probo iam tertium: Nam S. Doctor, de hominiae iusto lapsu, haec scribit: *In statu naturae corruptae homo etiam in gratia existens indiget praedicta motione propter duos; primo quidem ratione generali, propter hoc, quod nulla res creata potest in quemcumque actum prodire nisi virtute motionis divinae: Ea rationem indigentiae motionis efficacis communem naturae integrae: Secundo ratione speciali (addit Sanct. Doctor) propter conditionem status humanae naturae, quae quidem licet per gratiam sanetur quantum ad mentem, remanet tamen in ea corruptio, & infectio quantum ad carnem, Indigentia ergo motionis Dei efficacis in statu lapsus provenit sufficienter, licet non vnicè ex corruptione, & infectione naturae quantum ad carnem; ergo ex hac ratione speciali status esset necessaria motio efficax, licet ratione illa generali non exigeretur.*

D. Th. 1. 2. 1
q. 102.

171

Sed licet praevicta solutio probabilis sit inter Thomistas ei non assentior, ex duplici principio: 1. quia si differentia statuum apud Sanctum Augustinum. sistingeret, in eo quod gratia efficax in statu lapsus exigitur duplici ex causa, & in statu integro unico ex principio, Augustinus minime solueret argumentum propter quod differentiam statuum edocuit. 2. quia falsum est, quod si gratia ex se efficax non exigeretur in statu lapsus ratione subordinationis, esset exacta ex corruptione, debilitate, & infirmitate naturae; unde illae conditionales non substituant, in quibus Contemplationem fundat differentiam statuum ut exponat Augustinus.

Contemplationem
add. s. 165

& 66.

172

Primum probo; Sanctus Augustinus operosius tractat; & quaerit: *Quomodo respondeamus eis, qui dicunt, se in illa rectitudine in qua sine vitio factus est Adamus habuit perseverantiam proculdubio perseveravit in ea. & si perseveravit utique non peccavit, nec illam suam rectitudinem, Deumque deservit. Eum autem peccasse, & desertorem boni fuisse veritas clamat. Non ergo habuit in illo bono perseverantiam, & si non habuit non utique accepit. Quomodo enim, & accepisset perseverantiam, & non peccasset? Parro, si propterea non habuit, quia non accepit, quid ipse non perseverando peccavit, qui perseverantiam non accepit? Neque enim dici potest, ideo non accepisse, quia non est discretus à massa perditionis gratiae largitate. Non dum quippe erat in genere humano perditionis massa antequam peccasset, ex quo tracta est origo vitiosa: Argumento vero cum summa ista difficultate proposito intendit respondere Augustinus. differentiam statuum exponendo, (ut ait iste Author) consistentem in eo, quod ut Adamus perseveraret non erat exactum adiutorium quo perseverantiam acciperet ratione infirmitatis, sicut nunc sed solum ratione subordinationis; sed ad minuendam difficultatem huius interrogationis: *Quid ad hunc usque**

per-

perseverando peccavit, qui perseverantiam non accepit?
 Quid conducit, quod adiutorium quo accipitur perse-
 verantia, & non habuit Adamus fuerit exactum vnico
 tantum titulo, non duplici? Eque enim praemittit argu-
 mentum, dum adiutorium ad perseverandum deficit,
 quod erat omnino exactum, licet vnica ratione: *Quid*
non perseverando peccavit? Omnino enim imperti-
 nens est ad imputabilitatem dum exactum deficit,
 quod rationes exigentiae multiplicentur, aut non.

173

Secundum assumptum, scilicet ex so-
 la infirmitate naturae non esse exactam ad actus salu-
 tates gratiam efficacem intrinsece connexam, quam
 plurimis rationibus exactam sustineo: Probo: vt ho-
 mo lapsus possit vincere legem illam, quam sentit in
 membris suis, seu pondus concupiscentiae ad pecca-
 tum vehementer inclinans sufficit inspiratio Spiritus
 Sancti, seu delectatio caelestis ad bonum salutare ve-
 hementer alliciens: ergo tunc voluntas lapsi in ra-
 tione equilibrij simillima erit voluntati hominis in-
 tegri: Quid enim ad hanc indifferentiam interest,
 quod nullum in vtraque parte pondus sit, aut quod
 in vtraque paria sint pondera? Et vt exemplo bi-
 lancis vtar, eque in medio sistit, dum pondus est in
 vtraque parte equale, aut dum nullum adest pondus.
 Pergo: sed vt inspiratio caelestis sursum rapiens equet
 pondus concupiscentiae deorsum trahentis non exigitur
 connexa cum opere salutari, sed sufficit quod ad id in-
 clinet; concupiscentia enim non est connexa cum ope-
 re deliberato pravo, sed ad id allicit: vt omnes Catho-
 lici aduersus Calvinum sustinemus: ergo ex corrup-
 tione naturae, seu concupiscentia rebeli auxilium quo, seu
 intrinsece connexum natura lapsa non desideraret; si
 aliunde non exposceret. ¶ Explicatur: De fide est pec-
 catum non esse sentire motus concupiscentiae, D. enim

Paulus eos sentiebat, solum est peccatum post concupiscentias ire: ergo motus concupiscentiæ non solum ad peccatum non necessitat ut Lutherus, Calvinus, & similes pestes delirarunt, verum etiam nec intrinsece conneditur cum peccato, quia separabilitas eque pugnat cū connexionē, ac cū necessitate: Pergo: ergo potest ad trui motus indeliberatus cęlestis inspirationis equans concupiscentiæ motum, & voluntatem in perfecto equilibrio relinquens absque connexionē cum opere salutari. ¶ Authoritates SS. Augustin. & Thom. probant ex corruptione naturæ esse necessariam specialem gratiam, ut inferius exponam non vero colligi eam esse prædeterminantem, & intrinsece connexionam.

174 Unde ad Iansenij argumentum ex illis S. Augustin. capitibus de correptione, & gratia desumptum respond. communi ea solutione, quam tradunt, Gonet, Emin. Aguirre, & Alij: negando S. Aug. ibi comparasse vniuersaliter gratiam naturæ integræ, cum gratia naturæ lapsæ, quia in hac vniuersalitate adiutorium quo, & efficax fuit in natura integræ; & adiutorium sine quo, seu sufficiens in natura lapsa. Sanct. enim August. solum comparauit in ordine ad perseverandum gratiam Adam cum gratia Sanctorum prædestinatorum; qua in cōparatione asseruit Adamum habuisse adiutorium sine quo, seu sufficiens per illa verba: *Primo itaque homini datum est adiutorium perseverantia non quo fieret ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset*: Quid obstat hoc, ut Sanctis Angelis fuisset donatum adiutorium quo fieret ut perseverarent? Sanctos vero Prædestinatos habere adiutorium quo, seu efficax ad perseverandum asseruit per hæc verba: *Nunc vero Sanctis in Regnum Dei per gratiam Dei prædestinatis* (de ijs. er-

Infra à n.
122

Gonet disp.
3. sect. 4.
Aguir. dis.
132. sect.
7.

Aug. ibi c.
123

go solum loquitur) Non tantum tale adiutorium perseverantiae datur, sed tale ut eis perseverantia ipsa donetur, non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint. Quid exinde ut nunc Sanctis non praedelinatis tantum tale adiutorium perseverantiae detur sine quo perseverantes esse non possint? Imo hoc expressit Augustin. dicens reprobos aientes: Non accepimus perseverantiam non iuste excusari Quoniam potest dici in eo, quod audieras, & tenueras in eo perseverares, si velles; Quae phrasis in Augustin. significat potentiam proximam perseverandi, ea enim expressit adiutorium sufficiens Adami.

Aug.

175 Sed contra hanc solutionem plura difficulta opponuntur: 1. quia cum August. objectionem superius adductam ex Adversarijs concinnaret statim ita incipit Respondere: Quapropter saluberrime confitemur Deum, sic ordinasse Angelorum, & hominum vitam, ut in ea prius, in statu, scilicet, sanitatis, ostenderet quid posset eorum liberum arbitrium. Deinde, id est, in statu infirmitatis, quid posset sua gratiae beneficium; Sed si utroque in statu exigeretur adiutorium quo, seu efficax donans voluntati velle, & perseverare, aut in utroque ostenderetur quid posset gratiae beneficium; aut in neutro quid posset liberum arbitrium. Inintelligibilis, ergo redditur contrapositio Augustin. nisi asseratur prius non fuisse exactum adiutorium quo velle donans, nunc vero exactum esse.

Supra 172.

Aug. 26. c. 10.

176 2. Augustinus enim prosequitur: Angeli quidam per liberum arbitrium à Domino Deo refuga facti sunt. Cateri autem per ipsum liberum arbitrium in veritate steterunt. Stare in veritate est perseverare: ergo sicut desertores per liberum arbitrium à bono recesserunt, sancti per ipsum arbitrium in bono perseveraverunt; sed si ad perseverandum cum effectu exigeretur speciale adiutorium quo id donans, non vere dicerentur

Aug. ibid. 10.

cur per liberum arbitrium in veritate stetit, sicut nec nunc vere potest affirmari de sanctis lapsis prædestinatis ergo ex Augustina. in Sanctis Angelis non fuit exactum adiutorium quo ad perseverandum.

Aug. de dono Perseverantia c. 7.

177 3. August. asserit alibi. Qui non infertur in tentationem non discedit à Deo. Non est hoc omnino in viribus liberi arbitrij, quales nunc sunt, fuerat in homine antequam caderet: Cur autem in viribus arbitrij primi hominis erat non discedere à Deo, si hoc non est omnino in viribus arbitrij, quales nunc sunt? Rationem continuo subdit SS. Pater per hæc verba: Quæ tamen libertas voluntatis in illius primæ conditionis præstantia quantum valuerit, apparuit in Angelis, qui Diabolo cum suis cadente in veritate steterunt in perseverantia igitur: Sanctorum Angelorum præstantia libertatis integræ apparuit, non gratiæ beneficium: Post casum autem hominis, prosequitur Sanctus, non nisi ad gratiam suam Deus voluit pertinere, ut homo accedat ad Deum; neque nisi ad gratiam suam voluit pertinere, ut homo non recedat ab eo: Si ergo non antequam caderet, sed post casum hominis pertinet ad gratiam non recedere à Deo, ad perseverandum non erat ante casum exactum adiutorium gratiæ efficax, quod est necessarium post casum.

Aug. ibi c. 11.

178 Ultimo denique opponunt August. difficillima verba asserentis; arbitrium in innocentia statu ita liberum erat, ut velle bene posset, & male, nunc autem per peccatum perditio bono merito; in his, qui liberantur factum est donum gratiæ, quæ merces meriti futura erat in arbitrio, scilicet, sano: Nulla tamen adhiberi potest ratio, cur nunc sanctis gloria donum gratiæ sit, quæ Adæ merces meriti futura erat si perseveraret? Nisi quia nunc sancti ex dono efficaci gratiæ perseverant, cum Adamus adiutorio sine quo, absque efficaci perseverantiæ dono libertatis suæ præstantia posset perseverare, & gloriam obtine-

re,

Ad

179

Ad 10, & vrge: ex Augustin. sine vlla
dubitatione confitendum est, ideo gratiam vitam eternam vo-
cari, quia his meritis redditur, quæ gratis contulit homini.
Recte quippe ipsa intelligitur, quæ gratia in Evangelio legi-
tur, gratiam pro gratia, id est, pro his meritis, quæ contulit
gratia: Sed vita æterna SS. Angelorum non fuit gratia;
sed merces meriti, & talis futura erat vita æterna Adami
si perseverasset; vt ex Augustin. vidimus: ergo vita æter-
na, nec fuit in Angelis, nec esset in Adamo reddita meri-
tis, quæ contulit, aut contulisset gratia: ergo in statu eo
non erat gratia efficax, seu adiutorium quo merita cum
effectu conferens.

August. de
Correp. c.
13.

180. Hæc sunt difficillima Augustin. testimo-
nia, quæ post Calvinum adduxit Iansenius, vt gratiam
necessitatem in statu lapsus sustineret, quam negavit in
integro: Alijque Doctores ea produxerunt, vt proba-
rent gratiam hominis lapsi esse intrinsece efficacem, se-
cus hominis integri: vnde necesse est ad plenam Sancti
Augustini intelligentiam discrimen inter vtriusque status
gratiam exponere adiutorio Domini in cuius manu sunt, &
nos, & sermones nostri.

Aug. ibi.

Cum SS. Pater asseruisset, quod in Adamo fuit
manifestum, quid posset liberum arbitrium: & quod si sine
vicio per liberum arbitrium manere voluisset acciperet me-
rito permansionis beatitudinis plenitudinem. Statim subdu-
bitavit: Quid ergo? Adam non habuit Dei gratiam? Quasi
hoc consequeretur ex eo, quod per liberum arbitrium
potuit sine vicio manere. & ex eo, quod in eo fuit of-
tensum quid liberum arbitrium posset: sed continuo sa-
tisfacit Augustin, Imo vero habuit magnam Dei gratiam
Adam, sed disparem. Cui? Gratia, scilicet, liberationis
collatae sanctis post lapsum: quam gratiarum disparita-
tem, ita exponit August. Ille (loquitur de Adamo) in bonis
erat, quæ bonitate sui conditoris acceperat. Accepit enim

August. de
Corrept. c.
10.

Aug. ibi

c. 11.

*Aug. lib.**12. de Ci-**uit. cap. 5.*

ab initio iustitiae, & sanctitatis gratiam, non ex dono creationis, ut impudenter asseruit Baius, sed cum dono creationis, erat enim Deus simul *condens naturam*; ut creator, largiens gratiam, ut iustificator: Sancti vero (Sanctus ait) *in hac vita ad quod pertinet liberationis hac gratia in malis sunt, ex quibus clamant ad Deum, libera nos a malo.* Hæc est prima differentia; seu disparitas gratiarum; quod gratia Adami fuit: ut esset in bonis, gratia Sanctorum est, ut liberet eos à malis in quibus sunt.

Ille in illis bonis (adiexit Sanctus) *Christi morte non egunt;* ut medici, non enim est opus valentibus Medico: *Istos a reatu, & hereditario, & proprio, illius agni sanguis absoluit, ut mundi sint, & liberati a peccato serui fiant iustitiae.* Ille (Pergit Sanctus Adamum delinquendo) *non opus habebat eo adiutoris, quod implorant isti cum dicunt; video aliam legem, &c. Quis me liberabit, &c. Gratia Dei per Christum; quoniam in eis caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, atque in tali certamine laborantes, & periclitantes dari sibi pugnandi vincendique virtutem per Christi gratiam poscunt.* Ille vero à nulla tali rivalia à se ipso adversus se ipsum tentatus, atque turbatus, in illo beatitudinis loco, sua secum pace fruebatur. Quæ differentia gratiæ lapsus vincens concupiscentiam rebellem, à gratia integritatis, in qua non pugnavit adversus rationem, satis apperta est, ex ea tamen ultimam earum gratiarum disparitatem eruit SS. Pater aiens: *Proinde et si non interim latiore nunc, verum tamen potentiore gratia indigent isti.* Illa lætior, ubi nulla anxietas, & pugna; hæc potentior, ut rebellem appetitum compescat: Has differentias gratiarum utriusque status cum August. fatemur, ubi nec levissime indicatur, quam Iansenius somniavit.

*Rom. 5.**Gal. 5.*

181 Vnde ad 1. Augustin. testimonium communiter responderetur: Quod prius fuit ostensum posse

arbitrij, dum cum eilet in bonis ubi nullum patiebatur ma-
lum in bono non permanfit. Deinde fuit monstratum gra-
tia beneficium, quia dum est captivum in lege peccati gra-
tia per Christum liberatur à corpore mortis huius.

Sed ut radicatus Iansenij argumentum conte-
ram, sentio Augustin. in illa contrapositione per prius, &
deinde non comparalle statum integritatis cum statu lap-
sus; sed potius statum via, cum statu termini beatitudinis,
& pena; ineptissime ergo ex hac contrapositione Aug.
firmari poterit differentia Ianseniana status integritatis,
à statu lapsus.

182. Probo Assumptum. 1. August. ita ait: *Se-
luberrime confitemur, quod rectissime credimus* (ergo loqui-
tur de ijs, quæ necessario ad salutem fide divina credi de-
bent. Tale ne erit discrimen gratiarum à Iansenistis pro-
clamatum?) *Deum sic ordinasse Angelorum, & hominum,
& vitam, ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum libe-
rum arbitrium merendo, scilicet, aut peccando; Deinde
quid posset sua gratia beneficium, iustitiaeque iudicium: be-
neficium præmiando merita, iudicium puniendo deme-
rita, hic enim est sensus verborum August. Quia cum
indiscriminatim loquatur de ordinatione vite Angelo-
rum, & hominum non debet intelligi de discrimine status
integritatis à statu lapsus, cum hæc statuum differentia
non sit in Angelis, quia statim, vel ex merito pervene-
runt ad beatitudinem, vel ex peccato in damnatio-
nem.*

Aug. lib. 6.
10.

183. 2. me convincit contextus; quia S. Pater
Eam sententiam probat prius in Angelis, quam homini-
bus continuo enim ait: *Angeli quidam per liberum arbi-
trium à Domino Deo refuga facti sunt. (En prius ostensum
quid potuit liberum arbitrium peccando) refugientes ta-
men eius bonitatem non potuerunt effugere iudicium, per quod
miserrimi effecti sunt. (En deinde ostensum iustitiae iudi-
cium*

tium in miseria, & poena Daemonum) ceteri autem Angeli per ipsum liberum arbitrium in veritate steterunt (En prius ostensum quid potuit liberum arbitrium merendo) eamque de suo casu numquam futuro certissimam scire meruerunt... Quia summae beatitudinis plenitudinem, tanquam premium permansionis acceperunt. En deinde ostensum in premio beatitudinis beneficium gratiae: quid illustrius pro nostra expositione?

284

Ultimo, quia idem probat SS. Pater in hominibus, in quibus prius etiam manifestavit Deus quid posset liberum arbitrium deinde quid posset gratiae beneficium, iustitiaeque iudicium. Prosequitur enim Sanctus: Sic, id est, sicut Angelos, & hominem fecit cum libero arbitrio, ideoque beatum, quia, & non mori, & non miserum esse in sua potestate esse sentiebat. In quo statu recto, ac sine vitio, si per ipsum liberum arbitrium manere voluisset acciperet merito permansionis beatitudinis plenitudinem, qua, & Sancti Angeli sunt beati. (En expressum, quod si homo prius manifestaret arbitrium merendo Deinde Deus ostenderet gratiae beneficium eum, sicut Sanctos Angelos premiando) Quia vero per liberum arbitrium Deum deseruit. (En quomodo prius homo monstravit posse arbitrij peccando) iustum iudicium Dei expertus est, ut cum tota sua stirpe, quae in illo adhuc possita, tota cum illo peccaverat damnaretur: En quomodo deinde Deus manifestavit suae iustitiae iudicium: ergo est evidens, illam Aug. contrapositionem per prius, & deinde non versari inter statum integritatis, & statum lapsus; sed ly prius referri ad merita, aut demerita arbitrij, in Angelis, & hominibus: ly deinde ad beneficium gratiae in premio meritorum, & ad iustitiae iudicium in poena demeritorum.

185

Ad 2. Respond. August. asseruisse Sanctos Angelos per liberum arbitrium in veritate stetisse, quia in eorum perseverantiae merito fuit monstrata liberi arbitrij

trij potentia, nisi ut vero, quia non obtinuerunt auxi-
lium sufficiens, & efficax ut perseverarent: Adiutorium
sufficiens, nec lausivius negat, cum S. Pater ij, & Ange-
lis desertoribus, & Adamo expressè concedat. Probo er-
go non denegasse Sanctum Sanctis Angelis adiutorium
quo, seu efficax ut in veritate staret, licet affirmet per li-
beram arbitrium in veritate stetit. ¶ 1. rationibus
adductis supra, illustratisque ex eo, quod nunquam in-
venies Sanct. August. contraponere Angelos Sanctos
Prædestinatis, ut ij habeant auxilium *quo*, quod illi non
obtinuerunt; semper comparavit Sanctos nunc prædes-
tinatos Adamo non perseveranti, & huic negat auxi-
lium *quo*, quod illis concedit, ut ex verbis Augustin. ma-
nifestum feci. ¶ 2. August. ait: *Angelos Sanctos amplius
adiutos ad beatitudinem pervenisse: ergo amplius adiuti,
quam desertores perseverarunt, quia perseverando ad
beatitudinem pervenerunt: ergo non solum adiuti adiu-
torio sine quo Angelis desertoribus commune.* ¶ Di-
cere hoc amplius adiutorium non esse præveniens bea-
titudinem, sed esse ipsam beatitudinem iam alibi impug-
navi, & auxilium efficax Sanct. Angelorum evinci, ex
eo, quod Deus eos discrevit ab Angelis pravis, & quia
ipsi Coronas victoriæ suæ offerunt Deo; consule si
placet.

186 Nunc addo ad illustrandam eandem
veritatem SS. Ecclesiæ Patres eam nos edocentes. I. D.
Fulgentium auxilium efficax sanctis Angelis tribuen-
tem, & eius discrimen à gratia Sanctorum nunc prædes-
tinatorum exponentem per hæc verba: *Ipsa igitur (vir-
tus divina) etiam homini reparando fuit necessaria, quia non
alia stantem Angelum à ruina potuit custodire, nisi ipsa,
quæ lapsum hominem post ruinam potuit reparare. Vna est in
utroque operata, in hoc ut surgeret, in illo, ne caderet; in illo
ne vinceretur; in isto ut sanaretur ab hoc infirmitatem*

Aug. lib. 6.

10. c. 11.

Supr. num.

162.

Supr. num.

174.

Aug. lib.

12. de Civitate Dei c.

9.

To. 1. disp.

2. q. 2. sect.

3. n. 37.

T. 1. disp.

2. q. 1. sec.

2.

D. Fulgent.

lib. 2. ad

Trasimundum Reg.

cap. 3.

D. Gregor.
hom. 14 in
Ezechiele.

D. Bernar-
dus.

Aug. Epist.
106.
Aranf. Ca
2. 14.

Aug. Epist.
107.

repullit; illum infirmari non sinit; il'ius esca; istius medicina
Nil Illustrius! ¶ 2. adducit D. Gregoriura aientem;
Unigenitus Patris, qui sursum est firmitas Angelorum; ipse
deorsum factus redemptio hominum illis fortitudo ne cadant;
nobis adiutorium ut surgamus. Quid clarius? ¶ Aditio
D. Bernardum, dum inquit: Qui erexit hominem lapsu,
dedit stanti Angelo ne laboretur; sic illum de captivitate e-
ruens; sic istum de Captivitate defendens; & hac ratione
equa; utrique redemptio communis, solvens illum, & servans
istum. Hanc differentiam gratiarum ex August. eru-
runt Ecclesie PP. in statibus integritatis; & lapsus; non
quam duce Calvino somniauit Iansenius.

187

Vnde simul confirmatur præiacta so-
lutio Respond. ad 3. difficile August. testimonium, cuius
sensus esse nequit, quod Angelus, aut homo sanus non
indiguerint gratia efficaci ut non discederent à Deo;
quia est sententia Augustini in Concilio Arausicano con-
fectata. *Natura humana etiam si in illa integritate, in qua
est cognita, permaneret, nullo modo se ipsam creatore suo non
adiuvante servaret; unde cum sine gratia Dei salutem non
posset custodire; quem accepit, quomodo sine gratia Dei p-
rit reparare, quod perdidit?* Ex eo ergo Augustinus dixit
*Non discedere à Deo non esse in viribus liberi arbitrij, qua-
les nunc sunt, fuisse in homine antequam caderet; quia in
eo fuit habitualis gratia; cum cæteris donis, & virtuti-
bus, quibus poterat, & liber erat ad non discedendum
à Deo in quo apparet libertatis illius prima conditionis
præstantia.* Hæc autem libertas non est in homine post
casum, sed per peccatum amissa, & ideo dixit Sanctus.
*Liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati gra-
ditate perdidimus;* Quia eo amissimus habitualem gra-
tiam, & virtutes; quibus Adami arbitrium vires habe-
bat ad diligendum Deum; non ergo illa comparatio Au-
gustini fuit in gratia efficaci, quæ non exhibet arbitrio

vires, imo eas supponit; sed fuit in habitu gratiae, & virtutibus vires exhibentibus arbitrio.

188 Dices: Quomodo Sanctus potuit vocare vires arbitrij gratiam, & virtutes vt absolute affirmet, quod homo in prima conditione poterat per arbitrium, id quod solum poterat per supernaturalem gratiam? Respond. esse hanc communem Augustini phrasim; & ideo Sanctus dixit; *Naturam totam perdidit in semetipso primus Adam, & asseruit, Sanctos Angelos per liberum arbitrium in veritate stetisse, & Adamum per liberij arbitrij vires potuisse in eo itatu recto, & sine vitio in quo conditus fuit, permanere; sicut enim ait Apostolus, natura esse filios irae; & Sanctus peccatum originale vocat peccatum natura, seu naturale, non quia peccatum id natura sit, sed quia simul cum natura contrahitur, seu à nativitate nobis inest: Vnde solet dici naturale (Divus Thomas ait) omne illud quod natura incipiens accepit. Ita August. dixit per peccatum Adamum amisisse posse natura, & possibilitatem naturalem. Imo, & Celestinus primus dicit homines prevaricatione Adæ naturalem possibilitatem perdidisse; Similiter Augustin. vocat naturalem possibilitatem Adæ ad non discedendum à Deo, & perseverandum, non quia gratia eam constituens sit naturæ debita, vt impudenter asseruit Baius, sed quia à nativitate in fuit Adæ simul cum natura donata, quæ incipiens eam accepit; in hocque sensu loquutos fuisse PP. ita verum est, quod nec Iansenium latuit.*

189 Ad 4. respond. S. August. non intendere vitam æternam non fuisse gratiam Angelis Sanctis, quia hoc est Baianum dogma ab Ecclesia sæpe proscriptum; In Angelis vocatur ab Augustin. gloria merces meriti, & in nobis donum gratiæ, licet vtriusque sint gratuita merita quibus gloria datur, propter differentiam superius ex PP. expositam: quia gratia in nobis liberat à

Aug. Epist. 107. Aug. de Corrupt. c. 10.

Ap. ad Ephes. 2. Aug. serm. 14. de Verbis Domini D. Th. in 2. dist. 19. q. 1. art. 4. Aug. lib. 11. de Genesi ad litteram.

Celest. 1. in Epist. ad Episcop. Gallie. Iansenius de Grat. primi hominis cap. 9.

Sup. num. 184.



damnatione, qua tenemur obstricti: Angelis licet donaret merita beatitudinis indebita, non eos liberavit à debita damnatione; illa gratia erigit prostratos; hæc elevat erectos; illa solvit malum: hæc donando bonum à malo non liberat; vnde cum gratia in Angelis dicatur naturalis, quia licet naturæ indebita simul cum natura donata, ita gloria ei correspondens non tam gratiæ donum, quam merces meriti dicitur; in nobis gratia naturalis non dicitur, quia potius *natura sumus filij iræ*; Vnde gloria nostræ gratiæ correspondens potius dicitur gratiæ donum, quam merces meriti; quia omnino *gratis dantur merita, quibus datur.* ¶ Per quod ad id quod vrgetur Respond. gratiam in utroque statu donare merita; in sano donans indebitum bonum in lapsu liberans à debito malo: ibi bonum servans; hic malum solvens; ibi vulnus impediens, hic sanans; quia sani esca, lapsi medicina.

190 Hucusque amico federe Angelica Schola, & P. Societatis pugnant, vel contra Hæreticos debilitantes gratiam lapsum ne cessitare non sanum, vel adversum alios asserentes, gratiam sanitatis solum esse intrinsece indifferentem, lapsus autem esse intrinsece efficacem: In se tamen arma vertunt, dum P. Societatis intendunt, Deum in utroque statu solum prævenire merita per gratiam intrinsece indifferentem; Schola Angelica pugnat, Deum utroque in statu prævenire merita per gratiam intrinsece efficacem: & ex capitibus S. Augustini quæ versamur, ita efficaciter disputat: *Adiutorium quo Sancti nunc perseverant est efficax, cum eo non nisi perseverantes sint; non est indifferens, sed cum perseverantia connexum, quia eo invictissime volunt, indeclinabiliter, & insuperabiliter aguntur, quæ prædicata proculdubio exigunt connexionem; sed adiutorium efficax non indifferens, sed connexum est intrinsece efficax: ergo*

Aug.

Augustin. edocuit adiutorium intrinsece efficax ut nunc
Sancti perseverant: Cum igitur gratia efficax utroque in
statu sit eiusdem speciei, gratia in statu sanitatis etiam
erit intrinsece efficax.

¶ 191. P. Societatis per oppositas semitas in-
tendunt praedicto fundamento satisfacere; cum enim
omnes conveniant adiutorium quo non esse praeve-
niens connexum; aliqui negant esse praeveniens perseve-
rantiam; sed esse asserunt, identice perseverantiam ip-
sam, qua perseverantes sumus in genere causae formalis.

¶ Hanc vero solutionem diffusse impugnaui alibi, &
eius Authores retuli.

¶ 192. Alij vero tam longe ab ista sententia sen-
tiunt, ut sustineant, adiutorium quo non solum non esse
perseverantiam ipsam, sed nec esse cum ea intrinsece con-
nexum, solumque esse indeclinabile, insuperabile, vel ut alij
legunt inseparabile, ab extrinseco, prout procedit ex
providentia Dei, & praedestinatione efficaci operis; Un-
de adiutorium quo nil intrinsecum includere praeter sine
quo, cui superaddit praescientiam consensus sub illo; ita
P. Henao cum alijs, nec hanc solutionem impugnant
Tyrso, & Decamps; licet primam ex professo fun-
dent.

¶ 193. Sed probo ex Augustin. adiutorium quo
esse intrinsece connexum indeclinabile, & insuperabile,
quia si intrinsece indifferens potius diceretur declina-
bile, & superabile, quia ab intrinseco, & non ab extrin-
seco denominari deberet. ¶ 194. adiutorium id defini-
tur ab August. Quo fit ut homo vellit, & quo efficitur ut vel-
lit: Sed inepte definiretur per extrinsecum; cuius oppo-
situm permitteret: ergo ab intrinseco habet donare, &
efficere velle. ¶ 195. si adiutorium quo esset extrinseco
efficax non esset entitative distinctum à sine quo, ei enim
solum superadderet praescientiam consensus; sed August.

T. 1. disp.
2. 9. 3. sect.
5.

Henao sect.
254.
Tyrso t. 4.
disp. 4. sec.
3. ff. 21.
Decamps.

August. de
Correp. c.
11.



Aug. ibi
c. 12.

S. Hilarius
Ep. ad Au-
gust.

de hijs adiutorijs vt distinctis loquitur, ait enim: *Ipsa adiutoria distinguenda sunt, aliud est adiutorium sine quo aliquid non fit, & aliud est adiutorium quo aliquid fit: ergo*
¶ 4. Quia, vt testatur Sanct. Hilarius Massiliensis: *Moleste ferebant ita dividi gratiam, qua vel nunc primo homini data est, vel nunc omnibus datur, vt ille acceperit perseverantiam non qua fieret vt perseveraret, sed hinc qua per liberum arbitrium perseverare non possit. Nunc vero praedestinati tale adiutorium perseverantia donetur, non solum vt sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam vt per hoc donum non nisi perseverantes sint.* Cur autem moleste ferebant divisionem gratiae in adiutorium sine quo, & quo à Sanct. Augustin. edoc- tam? Quia (Sanct. Hilarius ait) dicebant quendam desperationem hominibus exhiberi, & ideo asseriebant: quidquidlibet donatum sit praedestinati id posse, & amittere, & retinere; quod falsum esset si verum putarent eam quosdam perseverantiam percepisse, vt nisi perseverantes esse non possint; Sed si Sanct. Augustin. per adiutorium quo intelligeret adiutorium à praescientia consensus efficax non possent Massilienses ex eo colligere desperationem hominibus exhiberi, nec falsum esse quidquidlibet donatum praedestinati id posse, & amittere, & retinere, si vera esset Augustini sententia: ergo Sanct. per adiutorium quo intellexit adiutorium ab intrinseco connexum, & efficax.

Henao sect.

234.

Respondet P. Henao ea inconuenientia intulisse Massilienses ex adiutorio intrinsece efficaci, quod decepti existimarunt edocuisse Augustin. ¶ Sed, Cur tanto- pere elaboravit Sanct. librum de dono perseverantiae, cum praecise se exponendo omnes Massiliensium quærelas de adiutorio quo praedestinatorum sopiret?

Expendendo integra verba Sanct. Augustini: sic enim factur: *Subventum est ergo infirmitati voluntatis humanae, ut divina gratia indeclinabiliter, & insuperabiliter ageretur, & ideo quamvis infirma non deficeret, neque adversitate aliqua vinceretur.* Voluntatem non deficere, nec adversitatibus vinci est in bono perseverare; Nunc præponde- ro illam August. causalem, *ideo voluntas non deficit, nec adversitate vincitur, hoc est, perseverat, quia ei subuen- tum est, ut divina gratia indeclinabiliter, & insuperabili- ter agatur, sed si gratia solum esset indeclinabilis, & insu- perabilis ab extrinseco, à perseverantia, scilicet, ipsa, vel à præscientia nobis libera perseverantiae causalis Augustini esset falsa; Voluntas perseverat, quia indeclinabiliter agit- ur; Causalis P. Societatis esset vera, ideo voluntas inde- clinabiliter agitur, quia perseverat: ergo August. non lo- quitur de adiutorio quo indeclinabili, & insuperabili ab extrinseco, sed ab intrinseco, & exiade intrinsece con- nexo, & efficaci.*

Aug. de
Corrept. &
grat. cap.
12.

195 PP. tamen Societatis sic ex adverso suam opinionem fundant: Gratia efficax in statu sanitatis est eiusdem speciei, ac in statu lapsus; ut supponimus, sed in statu sanitatis non erat intrinsece efficax: ergo, nec in statu lapsus. Prob. min. R. Tyrso post alios: vberior, po- tentior, & fortior gratia exigitur ad perseverandum in statu lapsus, ac sanitatis, ut expresse asseruit August. Sed si eo in statu esset exacta gratia intrinsece efficax, seu præ- determinans, nequit verificari gratiam lapsi esse robu- tior, & vberior, non enim est possibilis gratia ro- bustior prædeterminante, cum perseverantia essentiali- ter connexa, in quocumque subiecto etsi gravissime tentato victoriam obtinente, & omnem rebellionem ex- pugnante: ergo.

Tyrs. tomā
4. disp. 54
sect. 3.
Aug. ad-
ductus n.
180

196 R. Tyrso refert M. Alvarez, & P. Gonet. asseruisse non esse ex mente August. fortius auxilium

Tyrso ibi
sect. 4.

exactum ad perseverandum in statu lapsus, ac in statu san-
nitatis. ¶ Ego autem solum lego in his Doctis Thomis-
tis, quod indubium est, scilicet, Adamum indiguisse aliq-
speciali auxilio ad perseverandum præter auxilium *sine*
quo, & quod dum August. negavit adiutorium *quo* ad per-
severandum, nunc sanctis prædestinatis concessum, non
fuit, quia id non exigeretur eo in statu, ut Iansenius di-
xit; cum Sancti Angeli id obtinuissent; & Adamus ad plu-
ra opera salutaria; An vero sit concedenda lapsis nunc po-
tentior gratia, quam Angelis sanctis, aut Adæ, si actu per-
severaret? In Thomistis decisum non reperio; quid sen-
tiam iam expono.

197. Iudico esse ex genere in hoc statu potentio-
rem gratiam exactam, quam in statu sanitatis; exinde
que uberiorem gratiam esse nunc in prædestinatis, quam
fuit in bonis Angelis, & fuisset in Adamo, si perseveraf-
set. ¶ Non moveor ex illis Aug. verbis: *Hac est prima*
gratia, que data est primo Adam, sed hac potentior est in se-
cundo Adam, quia hæc comparatio August. non fuit abso-
luta ratione status; sed inter gratiam sufficientem, & effi-
cacem ad perseverantiæ effectum, ut constat ex his, que
continuo adiungit: Prima est enim, quæ fit, ut habeat ho-
mo iustitiam si velit; secunda ergo plus potest, quæ etiam fit
ut velit. ¶ Convincor vero ex Augustin. dum dif-
ferentias generales utriusque status agnoscens, ait: *Trois*
de, etsi non interim letiore nunc, verum tamen potentiore gra-
tia indigent isti, id est, lapsi; quod autem principium as-
sumpsit August. ut proinde potentiore gratia indigeant lapsi
si? Quia in lapsis caro concupiscit adversus spiritum, & spi-
ritus adversus carnem; Adamus vero nulla tamen rixa in se
ipso adversus se ipsum turbatus, sua secum pace fruebatur;
Sed hoc principium generale est utriusque status; ergo ab-
solutè potentiore gratia indigent lapsi.

198. Inefficaciter vero ita colligit P. Tyrso: *Gratia*

Aug. de Cor
sept. c. 11.

Aug. ibi
in princi-
pio.

in statu lapsus est potentior, & fortior: ergo in integro, & sano non est intrinsece efficax sicut in lapsio: sicut inepte ego ex eodē antecedenti deducere aduersus ipsum, ergo in statu lapsus non est solum extrinsece efficax, sicut in integro. Manifeste enim diceret, ex eo, quod utroque in statu gratia sit extrinsece efficax, non probari gratiam nō esse inaequalem, sed inaequalitatem non desumi ab extrinseca efficacia; sed ex eo, quod est activior, fortior, seu vivacior gratia, quae redditur extrinsece efficax in lapsio, ea, quae similiter redditur efficax in sano; ita, qui in utroque statu fatemur gratiam intrinsece efficacem, non cogimur ad negandam inaequalitatem in gratijs, sed solum ad eam nō inferre ex intrinseca efficacia, sed ex eo, quod est activior, fortior, & vivacior gratia, quae in lapsio coniungitur cum gratia intrinsece efficaci, quam ea quae similiter coniungitur in sano.

199. Vno verbo: Gratia potentior in lapsio non est auxilium quo, seu intrinsece efficax, sed auxilium sine quo sufficiens, & libertatem constituens: Vnde potentiore gratia indigent lapsi, licet gratia intrinsece efficaci indigeant, & innocentes: Duo firmare debeo vt solutio subsistat. 1. inaequalitatem gratiarum non desumi ex gratia mouente, & determinante, sed ex ea, quae confert virtutem, sufficientiam, & libertatem. 2. quid addit gratia sufficiens lapsi vt sit maior, & potentior gratia integri.

200. Primum 1. firmet D. Thomas differentiam statuum exponens per haec verba: Virtute gratuita superaddita virtuti naturae indiget homo in statu naturae integrae quantum ad vnum, id est, ad operandum, & volendum bonū supernaturale: sed in statu naturae corruptae, quantum ad duo, scilicet, vt sanetur, & ulterius vt bonum supernaturalis virtutis operetur, quod est meritorium. En diversitatem in virtute gratiae, quia virtus gratuita integrae naturae pure eleuat cōferendo posse, naturae autē corruptae eleuat, & sanat: Vt

D. Th. 1. 2d
q. 109. artic.
2. in corp.
por.

D. Thom.
ibi art. 1.
incorp.

Aug. de
Corrept. c.
11. in prin-
cip.

Aug. ibi c.
12.

Decamps l.
3. disp. 3.
c. 14.
Tyrso. disp.
3. sect. 9.
Aug. lib.
3. de libero
arbitrio c.
ultima.

rius autē (Sanctus adit) in utroque statu indiget homo auxilio divino, ut ab ipso moveatur ad bene agendum. En. omni-
modam similitudinem in auxilio divino ulterius exacto, seu virtuti superad-
dito, ut antea exposuit D. Th. quo Deus physicè mouet ad bene agendum.

201 2. idem expressit Aug. differentiam generalem gratiæ utriusque status ita edicens: Ille, idest Adamus non opus habebat eo adiutorio, quod implorant isti, idest, Sancti nunc, cum dicunt, video aliam legē, &c. Quale autē est hoc adiutorium, quod sancti nunc implorant, & quo opus non habebat Adamus? Statim resoluit Sāctus: Quoniam in eis caro concupiscit adversum spiritū dari sibi pugnandi vincendique virtutē per Christi gratiam pascunt: Proinde potētia re gratia indigent: ergo hæc Christi gratia potentior, qua indigent nunc sancti vincendi, pugnandique virtutē præstat: ergo gratia potentior ad sufficientiam virtutis, seu libertatem expectat: In hac ergo consistit inæqualitas gratiæ utriusque status; quia, ut Aug. dixit: Maior libertas (Pēde verbū) est necessaria adversus tot, & tātas tētationes.

202 Ad 2. Respondeo gratiam sufficientem esse potentiorē in lapsō, quam in integro; quia in isto præter iustitiæ gratiam, & virtutes solum includebat Spiritus S. illuminationē ostendentem viā, qua ambulare debebat. In lapsō autem præter habitum gratiæ, virtutes, & Spiritus S. illuminationem exigitur eiusdem Spiritus S. inspiratio, quæ ut cælestis delectatio voluntatē accendens, eiusque indeliberata motio ad supernaturale virtutis bonum alliciens: Huic, in qua sum, opinioni Theologi communiter subscribunt, eos citant, & sequuntur P. Decamps, & R. Tyrso. & 1. utroque in statu esse exactam illuminationem S. Spiritus est evidens, quia est exacta cognitio boni supernaturalis ut in id feratur voluntas impo-
nens in incognitum: Voluntatem enim (Aug. fatetur) non allicit ad faciendum quodlibet, nisi aliquid visum, idest alicuius rei visio, & intellectio: Quid autem quisque, vel sumat,

vel respicit est in hominis potestate. En indifferentia potestatis, seu libertatem a necessitate utroque in statu existant: Sed quo viso tangantur, nulla potestas est. Vnde vicio ad bonum salutare excitans gratia est, Quia nemo habet in potestate, quid ei veniat in mentem, ut alibi dixit Augustin.

Aug. de Spiritu, & libere
rec. 33

203

In statu vero lapsus, non in integro: Ille exactam caelestem illam delectationem, vnicui principio suadetur. Necessitas caelestis delectationis, seu inspirationis Spiritus Sancti in homine lapsio iustificato vnicui pro venit ex carnis concupiscentia ad malum alliciente, & adversum spiritum pugnante; sed in statu integro concupiscentia adversus spiritum non pugnabat, sicut nunc pugnat; ergo in statu integro non erat necessaria motio alliciens ad bonum, ut id voluntas prosequeretur. Mai. prob. ex August. saepius id inculcante sufficiat Sanctum adducere, dum inquit: *Quomodo te a te liberat Deus?* Id est, a certamine carnis, & spiritus, quod in Adamo non fuit, qui sua secum pace fruebatur: & Respondet: *Dando tibi vires pugnandi adversus concupiscentias tuas, inspirando virtutem, dando menti tuae caelestem delectationem:* ergo caelestis delectationis inspiratio exigitur ab Augusti. ut habeamus virtutem pugnandi adversus concupiscentias nostras. ¶ Hancque motionem exigit D. Thom. quia in homine lapsio iustificato manet infectio, & corruptio quantum ad carnem per quam servit legi peccati, ut dicitur ad Roman 7. Quia ibi Apost. in persona hominis reparati dicit, *ego ipse mente servito legi Dei, carne autem legi peccati.* Ergo auxilium actuale sanans animam quantum ad carnem exactum est propter corruptionem carnis: & ideo Caietanus exponens Sanctum dixit, quod homo in statu integro indigebat auxilio actuale ex vna parte tantum, scilicet ignorantia supervenientium, quae exigit illuminationem, non ex infirmitate carnis, quae exigit

Aust. hom. 29

D. Th. adductus n. 170.
D. Tho. ibi art. 8. in corpore.

Caiet. int. 2. q. 104. art. 90

Gonet disp.
3. sect. 4

inpirationem; ita sentit P. Gonet referens Soto, Curiel,
& Driedo.

Ianf. lib. 3.
de gratia
Christi c. 3

204 Ultimum Iansenianum argumentum à ra-
tione Theologica contra auxilium sufficiens gratiæ in
statu lapsus, ita procedit: Non est vera gratia, sed gratiæ
monstrum, quæ numquam ab initio lapsus humani, usque
ad iudicij diem, ullum in humana voluntate effectum ha-
buit, aut habitura est. Sed gratia sufficiens tunc efficaci
numquam habuit, aut habitura est pro effectu consen-
sum salutarem propter quem datur: ergo gratia suffi-
ciens vera gratia non est.

Proposito
5. damn. ab
Alex. 8.
7. Decemb.
Ann. 1690.

205 Confirm. i. nequit esse gratiæ donum,
quod melius est non habere, quam habere; utpote nul-
lam utilitatem afferens; sed melius est non habere, quam
habere auxilium sufficiens; qui enim id solum obtinet
non meretur, & qui eo caret non peccat: ergo auxilium
pure sufficiens non est gratiæ donum: quo argumento
convictus quidam Lovaniensis sustinuit hanc proposi-
tionem: *Gratia sufficiens statui nostro non tam utilis, quam
pernitiosa est; sic ut proinde merito possimus petere, à gratia
sufficiente libera nos Domine.* Quam novissime damnavit
S. Alexander Octavus.

Aug. de gra-
tia Christi
cap. 8.

206 Vrgentius opponens: ex August. *Vsque
adeo, aliud est lex, aliud est gratia, ut lex non solū nihil pro-
fit verum etiam obfit nisi adiuvetur gratia: ergo similiter
posset dici de gratia constitutē posse, quod non solum
non prodest, verum etiam obest, nisi adiuvetur alia gra-
tia. Prob. conseq. ideo primum dixit Aug. quia ex Apof-
tolo, ubi non est lex, nec pravaricatio, & concupiscentiam
nesciebam, nisi lex diceret non concupisces: Sed pariter ve-
rum est, quod ubi non est gratia sufficiens, seu constitutē
posse adimplere lege non est pravaricatio, nec pecca-
tum: ergo pariter, &c.*

Apof. ad
Roman. 7.

facile evidenter suadetur esse inefficax. Primo: quia eque suadet gratiam sufficientem Adæ innocentis non esse veram gratiam; quod negat Iansenius, & est August. oppositum asserenti, *Adam habuisse magnam Dei gratiam, licet disparem gratiæ prædestinatorum*. Probo sequelam. Medio argumenti: Melius esset Adæ adiutorium sufficiens non habere, quia si id non habuisset sua culpa non cecidisset, & id habendo peccavit, sed nequit esse donum id, quod melius est non habere, quam habere, cum nullam afferat utilitatem: ergo. ¶ Aliter: Angeli desertores habuerunt magnum gratiæ donum in adiutorio sine quo, licet caruissent eo gratiæ dono quò Sancti amplius adiuti ad beatitudinem pervenerunt; & tamen sine hoc ampliori adiutorio effectum perseverantiae, ad quem ordinatur adiutorium sine quo, non obtinerent. Qualiter ergo est beneficium id, quod utilius, & eligibilius est non accipere, quam accipere in circumstantiis defectus amplioris adiutorij? Ut hanc instantiam Iansenius effugeret in Pelagij pelagum demersus fuit, negando perseverantiam Sanctorum Angelorum fuisse donum Dei: quasi illud Apostoli, *Quid habes, quod non accepisti, solum bonis, & non Angelis posset dici.*

Aug. de Cor.
rept. & gra
t. c. II
Aug. ibid.

Apost. ep̄s
1. ad Cor.
4.
S. Anselm.
de casu Dia-
boli cap. I
& 2.

Matth.
26.

2. quia simili argumento probari posset creationem, & conservationem in reprobis, non esse Dei dona, cum de eis posset dici, quod Christus de Iudæis, *Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille*; Imò nec fides esset Dei donum in reprobis: *Quia melius esset eis, si viam veritatis per fidem non agnovissent.* ¶ Postremo: quia si esset recta argumenti illatio sequeretur contra omnium fidelium sensum, nunquam homines abuti donis Dei, quia cum illis abutuntur melius, & eligibilius esset ea non obtinere, desinerent igitur esse dona per abusum.

Vnde iustissima censura proscripsit Alexander 8. asserentes gratiam sufficientem statui nostro non tam utilem,

quam periculosam esse; necesse enim est ut incidant, vel in Pelagij errorem, vel in Lutheri, & Calvini Hæresim: iuxta enim Concilia, & PP. adversus Pelagium; natura sine vera Christi gratia non habet sufficientiam ad actus salutares, seu conducentes ad vitam æternam: dumque Deus hos actus iubet, & non implentur peccatur. Sed iuxta Concil. & PP. adversus Lutherum, & Calvium *Deus impossibilia non iubet*; unde non adimplendo non peccat, qui sufficientiam adimplendi non habet: ergo in peccante non adimplendo est vera Christi gratia præstans sufficientiam, & potestatem adimplendi, & salutariè operandi.

Trid.

208 Argumento ergo difficili, sed evidenter inefficaci. Respond. Gratiam sufficientem coniungi cum consensu salutari libero in omnibus rectè operantibus; quod vero, dum deficit efficax non coniungatur cum consensu libero est ex malitia eligentis, non ex gratiæ defectu, & adhuc tunc coniungitur cum motu: in delibere rata, seu dilectione boni salutaris ad id deliberate prosequendum vehementer alliciente: *Prævaricator enim idcirco dicitur non obedisse, quia noluit*; non quia Deus obedientiam non donat; *Non tamen est consequens ut fidelis quæque ab hoc devotus sit, quia voluit*; sed quia Deus obedientiam dedit: ut testatur S. Prosper. An vero etiam proveniat ex culpa sufficienter adiuti non solum non obedire, sed, & efficaciter non adiuvari? Infra decidam.

*S. Prosp.
Ep. ad Aug.
gust.
Infr. q. 6.*

209 Ad 1. confirm. Respond. duplicem posse fieri comparisonem, vel inter habere, & non habere donum: vel inter non habere donum, & id reiiciendo, & contemnendo habere. In prima melius, & eligibilius est habere gratiam sufficientem, quam non habere; quia melius est habere libertatem, & sufficientiam salutariè operandi, vitamque æternam promerendi, quam ea

non

non habere, quam abijciendo habere; ut de dono crea-
tionis in Iuda, & dono fidei in reprobis constat ex ver-
bis Christi superius adductis; sed ex hoc inepte colliges
eam gratiam donum non esse; sed esse, ita pravam illius
abulum, ut melius esset dono carere, quam eo abuti;
nec is abusus ita pravus esset, nisi esset contemptus vere
gratiae Dei.

Vide num.
207.

210 Ad id quod vrgentius opponitur, Do-
ctus Recentior absolute affirmat posse dici de gratia conf-
tituente posse, seu sufficiente, quod plus obest, quam pro-
dest nisi adiuvetur alia gratia: Nec exinde admittet pro-
positionem damnatam, quod *gratia sufficiens non est tam
utilis, quam perniosa*. Quia sicut non infertur ex senten-
tia Augustini. asserentis, quod *lex nisi adiuvetur gratia
plurimum obest* legem non tam esse utilem, quam perni-
tiosam; similiter posset affirmari de gratia sufficiente.

P. Palanco
de provid.
9. 13. sect.
2 num. 25.

211 Sed non intelligo; quomodo non sit ma-
gis perniciosum, quam utile, quod plus obest, quam pro-
dest? Quia quod prodest est utile; & quod obest est per-
niciosum: Quomodo non erit beneficus, qui veram gra-
tiam donat? & qui confert id, quod plus obest, quam
prodest, quomodo beneficus est? Non ergo stat gratiam
sufficientem veram gratiam esse, & plus obesse, quam
prodesse. ¶ Gratia est beneficium, & donum supra de-
bitum, materia orationis, & gratitudinis, gratiarum actio-
nem exoptans, sed quod plus obest, quam prodest bo-
num mihi non est, nec materia gratitudinis, & oratio-
nis, sed deprecationis, & quærelæ, nec ex tali donatio-
ne, quis expectaret seriam gratiarum actionem: ergo,
quod plus obest, quam prodest vera gratia non est.

Denique efficacissime redarguo: Augustinus. hæc sunt
verba: *Utrum adeo, aliud est lex, aliud est gratia, ut lex non
solum nihil prodest, verum etiam plurimum obest nisi adiuve-*

August. de
grat. Chri-
sti cap. 8.

iuuetur gratia, probat aliud esse legem, aliud gratiam, seu legem non esse gratiam: ergo, si gratia sufficiens obest nisi adiuuetur alia gratia, aliud erit gratia sufficiens, aliud gratia; & exinde vera gratia non erit; quod est Hæreticum.

212 Vnde respondeo, legem plurimum obesse nisi adiuuetur gratia, non quia non sit sancta, & bona; sed quia *inbet magis, quam iuvat, docet morbum esse non sanat, imo ab ea potius, quod non sanatur augetur, ut attentus, & sollicitus gratia medicina quaratur*: Vterius: *Nemo potest legem implere per legem, ac proinde per legem gratia demonstratur, ut lex per gratiam compleatur*. Auxilium sufficiens morbum non auget, imo vires ad sanitatem præstat, & per id possumus legem implere: ergo non possumus de auxilio sufficienti loqui, sicut S. Augustinus de lege.

213 Sed si inquiras, cur à lege sancta morbus, dum gratia non sanatur, augetur? Ut hanc difficultatem operosius contererem consului integrum Sancti Augustini librum de Spiritu, & litera, ubi apprime exponit, quod *litera legis occidit, & spiritus gratia uiuificat*; pertractando Apost. Epistolam ad Romanos, ex ea que id evidenter colligendo, dumque versat hanc Apostoli sententiam. *Occasione accepta peccatum per mandatum sefellit me, & per illud occidit*, ita edocet: *Vbi Sanctus non adiuuat spiritus charitatem diffundens in cordibus nostris, profecto illa lex, quamvis bona, auget prohibendo desiderium malum*. Legem autem bonam prohibendo augere desiderium malum eleganti simili Sanctissimus Pater declarans, ait: *Sicut aqua impetus si in eam partem non cesset influere, uehementior fit obice opposito, cuius molem cum euicerit maiori cumulo præcipitatus uolentius per prona proouultur*. Experientia id confirmat, aens: *Nescio, quo enim modo hoc ipsum, quod concupiscitur, sit incandius dum ueta-*

Aug. ibi

Aug. ibi c.

21

Apost. ad Rom. 7.

Aug. de Spiritu, & littera cap. 4.

Aug. ibi

tur: & ideo peccatum per mandatum fallit, & occidit: Quia legis litera, si spiritus vivificans desit, sciri facti peccatum potius quam caveri, & ideo magis augetur, quam minui. Quid simile evenit in gratia sufficiente? Imo in omnibus differat: quia ea non tantum peccatorem, verum etiam adiutorem Deum habemus; Non solum ostendit, quid faciendum sit, sicut lex, sed adiuvat etiam ut fieri possit, quod ostenderit; eius enim gratia inspirata suavitate per Spiritum Sanctum, non solum, quod iubet agnoscitur, sed delectat, licet in deliberate, quod praecipit.

214 Adde ulterius: Cum August. dixit, quod lex plurimum obest, nisi adiuvetur gratia: quod legis litera occidit, si spiritus vivificans desit, loquitur de lege operum, seu factorum, ut ait Apostolus; haec est enim, quae auget in olita concupiscentiae morbum incentivo prohibitionis, & cumulo peccationis; quae etiam minando imperat: & qua dicit Deus fac, quod iubeo; fuitque digito Dei, seu Spiritu Sancto in tabulis lapideis scripta; Minime vero loquitur (ut ipse August. à cap. 13. se exposuit dilucidans Apostoli expressa testimonia) de lege fidei, per quam exclusa est gloriatio nostra: Ipsa enim est, quae credendo impetrat, quod lex minando imperat: & qua Deo dicitur da, quod iubes; etque scripta digito Dei, seu Spiritu Sancto in tabulis cordis carnalibus, per quem charitas, seu plenitudo legis diffunditur in cordibus nostris. Gratia autem sufficiens ad legem fidei expectat, qua scimus quo donante possimus, quod lex iubet obedienter facere; quia per legem fidei dicit Dominus; Sine me nihil potestis facere. Et quod lege in tabulis scripta

forinsecus terret vivificante spiritu in cordibus scripto intrinsecus delectet.

Aug. ibi c.

5.

Aug. ibi c.

6.

Aug. ibi

c. 35.

Aug. ibi c.

29.

Aug. ad Ro-

m. 3.

Aug. ibi c.

10.

Aug. ibi

cap. 13

Luca II.

Apost. ad

Rom. 5.

August. ibi

cap. 13.

Aug. ibi.

Aug. ibi c.

25.

SECTIO OCTAVA.

*Soluntur argumenta, quae intendunt auxilium identice
efficax in salutariter operante constituere pos-
sibilitatem agendi.*

215 **T** Homine superius relati conveniunt cum
P. Societatis in hac mai. *Gratia efficax in
consentiente constituit posse agere.* Thomis-
tae autem illi ita ex illa discurrunt; sed

gratia in consentiente efficax est praedeterminans: ergo
gratia identice praedeterminans in consentiente conti-
tuit posse agere; Nos autem cum consequentiam nege-
mus, & min. fateamur convincimur ad negandam mai.
PP. vero Societatis illam mai. statuunt ex sine toto coe-
lo distincto, ut scilicet probent gratiam efficacem non
esse praedeterminantem; ita enim cum mai. illa subsu-
munt, sed gratia praedeterminans aequit constituere pos-
se agere: ergo gratia efficax in consentiente non est pra-
determinans. Unde cum min. fateamur; & consequ. nege-
mus. Mai. falsam reputamus, cogimurque ad dissolven-
da utrorumque argumenta, quae ad eam probandam ad-
ducunt.

216 1. obijcies ex P. Salmantic. Parenthesis in
Scholis est, *Frustra fieri per plura, quae possunt fieri per pau-
ciora*; Sed idem auxilium potest esse sufficiens, ut vires
praestet, & efficax, quatenus ad agendum applicat, & de-
terminat: ergo idem auxilium erit in consentiente suffi-
ciens, & efficax; sed sufficiens constituit posse agere: er-
go, & efficax. ¶ 2. Augustin. asserit gratiam efficacem
prestare vires efficacissimas voluntati: ergo intendit ean-
dem gratiam coadunare sufficientiam vires praestando,
& efficaciam. ¶ 3. ex Alvarez: omne perfectum ali-

quod

Supr. sect.

2.

P. Salm.
disp. 7 dub.
6. n. 331.
August. de
gratia, &
lib. arbit.
c. 16.

eius generis eminenter continet quidquid perfectionis est in quolibet imperfecto eiusdem generis; sed auxilium efficax est perfectum: ergo eminenter continet quidquid perfectionis est in sufficiente; poterit igitur prestare vires voluntati ut eminenter sufficiens; specialiter dum peccator subito perfecte ad Deum convertitur, absque dispositionibus tempore precedentibus, ut non sit locus multiplicationi auxiliorum. ¶ Ultimo: Auxilium sufficiens defacto vires exhibet, & applicat ad actum indeliberatum, ut omnes Thomistae fatemur: ergo haec duo munia poterit obire auxilium efficax, quod est perfectius, eleuare, scilicet, & applicare ad actum liberum.

Vel Aliter: Idem auxilium, quod applicat ad actum indeliberatum est sufficiens respectu liberi, ut fatemur: ergo idem auxilium poterit esse sufficiens, & applicans ad actum deliberatum; cur enim non poterit idem auxilium haec duo munia obire respectu vnius actus liberi, si ea exhibet vnum in ordine ad actum indeliberatum, & alterum in ordine ad actum liberum?

217 Resp. absque illis gratijs non posse fieri consensus salutarem. Prater enim gratiam libertatem constituentem, & exhibentem voluntati vires, est necessaria gratia, quae sit motio, & determinatio causae primae; esseque gratias realiter distinctas ex Angelicae Scholae placitis praemuniui; duo tamen superaddere placet: 1. gratia praeveniens excitans est, quae sufficiens dicitur, sicut, & efficax, quae est adiuvens; sed ex Tridentino colligitur gratias istas realiter distingui; ut iam olim fundavi: ergo. ¶ Vnde dubia mihi valde est mens SS. Lemos adducti pro contraria sententia, ait enim: *Auxilium formaliter sufficiens, & formaliter efficax non realiter, sed formaliter tantum distinguuntur, sicut formaliter solum distinguuntur gratia excitans, & gratia adiuvens.* Vnde distinctionem realem vtriusque auxiliij expresse videtur ne-
ga-

Alvarez
disp. 73. de
auxiliis. 4.

Supr. sect.

2.

7. 1. disp. 2.

9. 2.

Lemos lib.

4. p. 2. tra.

ct. 2. cap. 9.

n. 104. fol.

33.

gare; cum vero ex professo pertractat; *Quomodo gratia excitans, & adiuvans inter se distinguantur*; Postquam adduxit Authores, & rationes identitatis realis cum sola distinctione formali utriusque gratiæ, ita resoluit: *Quibus non obstantibus dicendum est gratiam adiuvantem, qua Deus efficaciter nos movet ad consentiendum realiter distinguere ab illa priorî gratia excitante, quam sententiam, sicut magis veram, magisque Sacris Concilijs consonam, ac magis inter Theologos communem amplectimur.* Vbi nostram expressè edocet sententiam. ¶ 2. Addo. Sanct. Cyrili Alexandrini aurea verba pro gratia præveniente intrinsece efficaci à PP. Salmant. adducta, ait enim: *(um humana natura non satis valida est, neque per se sufficit, ut malum effugere queat, una nobiscum quodammodo contendit Deus, duplicique beneficio afficere cognoscitur, ad instructionibus nimirum persuadens, & subsidium præstans fortius, quam ut ab impediente, aut imperante malo superari possit.* Quid expressius pro distinctione gratiæ tuæ à efficaci fortiori, & à malo insuperabili? Nequit enim esse duplex beneficium una realiter gratia, licet plura exhibens munera.

218 August. testimonium necesse est operosius pertractare, quia Doctus Recentior sæpius laudatus miratur; quam longe absint fere omnes Recentiores utriusque Scholæ à mente D. August. in explicando vires illas efficacissimas ab ipso traditas: Integram referamus Aug. sententiam: *Certum est (ait) nos velle, cum volumus, sed ille facit, ut vellimus bonum, de quo dictum est præparatur voluntas à Domino: de quo dictum est, Deus est, qui operatur in vobis velle, & operari. Certum est nos facere, cum factimus, sed ille facit ut faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati, qui dixit, faciã ut in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea observetis, & faciatis.* Hucusque August. ad cuius expositionem tria certa supponit

Lemos lib.

4. p. 1. n.

367. fol.

261.

S. Cyr. lib.

1. de ador.

& cultu.

Salmant. de

gratia effi-

caci dub. 4

n. 236.

P. Palanco

de Provid.

q. 14. sect.

1. n. 8. fol.

302.

Aug. de gra-

tia, & libe-

ro arbitrio

c. 16.

ait. 1. aliud esse nos tacere, aliud velle facere. 2. quod hæc vox *voluntas* apud Sanct. sæpius sumitur, non tam pro ipsa potentia, seu principio volitionis, quam pro ipsa actuali volitione. 3. voluntatem aliquando esse in nobis ita infirmam, & debilem, vt non sufficiat ad faciendum id ipsum, quod volumus, & ideo à Deo petendum esse, vt tantum vellimus, quantum sufficit vt volendo faciamus. Vnde Respondet mentem Sancti esse Deum facere vt vellimus pure operando in nobis velle non vires efficacissimas præstando principio vt velit; sed sua operatione immediata; & ideo hoc probat August. ex illo *Deus est, qui operatur in nobis velle.* Deum vero facere vt faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati, hoc est volitioni, quatenus in nobis operetur non volitionem parvam, & invalidam, sed magnam, & robustam, volitione enim ita forti vires efficacissimas Deus tribuit vt faciamus.

Aug. ibi.

Aug. ibi

Non diffiteor, voluntatem usurpari pro actu volendi ab Aug. nec volitionem boni posse esse inefficacem vt faciamus, imo infra ex professo hæc fundabo. Solum impugno esse necessarias vires efficacissimas nobis à Deo exhibitas in volitione vt faciamus, & similes vires non præstari nobis à Deo vt vellimus, vt non solum sit intrinseca nobis vis efficacissima vt faciamus iuxta August. sed etiam vt vellimus; vnde istæ vires efficacissimæ Augustin. non solum sunt in volitione vt impetret executionem (sicut iam olim dixerunt Ripalda, P. Antonius Perez, & alij) sed etiam in voluntate, seu principio vt se determinet ad electionem.

Infra num. 240.

Ripalda alatus num.

109.

P. Ant. Perez de Provid. disp. ult. sect. 11

219 Et 1, Si ob difficultatem exequendi Dei præcepta exigitur Deum conferre vires efficacissimas actui, seu volitioni vt executionem boni imperet; Cur propter terribiles & variasque passiones retardantes boni electionem non conferet Deus vires efficacissimas volun-

ta-

tati ut ad eligendum bonum se determinet? 2. quia August. in libro integro de gratia Christi, voluntatem, & actionem diuinæ gratiæ adiuuari auxilio, idest, velle, & facere, probat aduersus Pelagianum, exponitque *quemadmodum Deus adiuuando adest voluntatibus, & actionibus nostris; & demonstrat; voluntatem, & actionem subministratione S. Spiritus adiuuari, dum refutat, Deum non adiuuare ut velimus, non adiuuare ut agamus. Vbi ergo diuersitas ut dum affirmat nobis Deum donare vires efficacissimas ut agamus eas nobis donari neget ut velimus?* 3. Quia Deum eodem modo facere ut velimus, ac ut faciamus ex verbis ipsius August. ex quibus argumentum desumitur, manifestè, nisi fallor, deducitur; unde enim probat August. Deum *facere ut velimus bonum; quia dictum est Deus est, qui operatur in vobis, & velle* Non dixit amplius Sanctus ex Apostolo? Forte ex Bibliopolæ defectu deficit in testimonio ut adducto à præclaro isto Magistro, & *operari*, quod ex Apostolo August. transcripsit: Quia licet in vulgata sit *velle, & perficere*; iam alibi Sanctus dixit; *Vel sicut in alijs, & maxime Græcis codicibus legitur, & velle, & operari*. Si ergo Deus facit ut velimus bonum operando in nobis velle, qui nobis exhibeat vires efficacissimas ut velimus; cur Deus non faciat ut faciamus bonum operando, & in nobis operari, quia nobis exhibeat vires efficacissimas ut faciamus, & bonum operemur? Unde vero probat August. Deum *facere, ut faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati?* Ex illis verbis Ezechielis: *Faciam ut in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis, & factis.* Quod testimonium amplectitur velle, & operari, ita enim in vulgata legitur: *Et dabo vobis cor novum, & Spiritum novum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam, ut in præcep-*

Aug. de gratia Christi cap. 45.

Aug. ibi c.

34.

Aug. ibi c.

5.

Aug. de grat. & libere arbitrio c. 16.

Ad Philip.

2.

Aug. de gratia Christi. cap. 5.

Ezechiel. c.

36. v. 26.

in meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini Paulo que inferius. & displicebunt vobis iniquitates vestrae, & scelera vestra. Quis ex hoc testimonio inferat, Deum ponere in nobis spiritum vires efficacissimas exhibentem ut operemur, & non ut in praeceptis eius ambulemus, non corporis gressu, sed mentis affectu, iudicia Dei custodiamus, & displiceant nobis iniquitates nostrae? Quid enim amplius dicit, Deum prestare vires efficacissimas ut velimus, quam interna, atque occulta mirabili, ac ineffabili potentate operari Deum in cordibus hominum bonas voluntates?

220 Unde insisto in solutione, & expositione August. iam olim tradita; Deum tribuere vires efficacissimas voluntati ut velit, & ut exequatur duplici beneficio gratiae, dum enim admonitionibus suadet, auxilio virtutis Christi vires donat, & dum subsidium praestat fortius eas efficacissimas reddit, utroque autem beneficio nos afficere: Nec hanc sancti expositionem possunt refutare PP. Salmant. ita enim aliquando asserunt. *Si August. aliquando asserit auxilium efficax prestare vires, semper adiecit; efficacissimas, insuperabiles, vel quid simile: Per quod denotat auxilium efficax supponere posse ut cumque, & constituere illud posse in ratione efficacis, & invicti, hoc est cum opere infalibiliter coniuncti.*

221 Sed hanc expositionem oppugnat M. Palanco; quia August. ait Deum prestare vires efficacissimas voluntati, sed vires auxilij sufficientis non possunt dici efficacissimae adhuc ratione alterius auxilij efficacis: Ergo: Probat min. Vires auxilij sufficientis in praedicto casu solum esse efficaces ab extrinseco, & accidentaliter scilicet per auxiliu efficax ab extrinseco superadditu, sed vires ab extrinseco efficaces efficacissimae vocari non possunt; cum ideo asseramus, quod August. non vocare vires auxilij efficacissimas si essent efficaces a praescientia: ergo: ¶ Respondeo: Vires voluntati a Deo exhibitas

Aug. de gratia Christi c. 24.

T. I. disp. 2 q. 3. n. 66

S. Cyril. ubi supra

Salmantic. disp. 7. de grat. efficaci dub. 4. n. 247.

Palanco ubi supra

esse efficacissimas, ut est intrinsecum voluntati & sufficien-
ter adiutæ auxilium intrinsece eff. ca., non enim est ex-
trinsecum virtuti, quod intrinsece inest potentie cuius
est virtus; sicut iustus habet vires meritorias ad miseren-
dum, sicut misericordia, seu virtus miserendi sit distincta
à charitate, seu virtute merendi, quia utraque est iusto in-
trinseca; quid vero simile est dum efficacia auxilij detur
mitur à præscientia extrinseca potentie, & auxilio?

222 Potius, ni fallor, argumentum sumit effica-
cissimas vires in oppugnantem: vires efficacissimæ sunt
vires intrinsece, & metaphisice connexæ cum effectu; ut
supponit hic Author: sed volitio illa fortis, & robusta
nō habet connexionem metaphisicam cum facere; ut
est communis Theologorum sententia, à qua nec re-
cedit hic Author; Nec in actibus pure à voluntate im-
peratis negari potest; imò voli. tioni illi efficaci non vi-
deo Augustin. tribuere talem connexionem; solum enim
ait: *Tantum vellimus, quantum sufficit, ut volendo faciamus;*
& alibi: *Tantum quippe accenditur voluntas eorum, ut ideo
sic possint, quia sic volunt:* Ergo in illa volitione non sunt
vires efficacissimæ ut faciamus. ¶ Vel aliter: vel vires
sufficientes ad faciendum sunt sine volitione ita forti,
vel non? Si 1. & tamen August. dixit de volitione illa
præstare vires efficacissimas ut faciamus: ergo gratia
efficax poterit præstare vires efficacissimas ut velimus;
licet sine illa sint vires sufficientes ad velle: Si 2. ergo
numquam sumus sufficientes facere, quod non facimus;
Patet sequela; quia dum adsunt vires efficacissimæ ut fa-
ciamus faciamus; & dum absunt sufficientes facere non
possumus.

223 Ad 3. quod opponit M. Alvarez Resp.
Non omne perfectum in aliquo genere posse exhibere
effectum, quem præstat minus perfectum; sicut charitas
perfectior fide requirit munus fidei tribuere: Unde recte

*Talanc. q.
13. sect. 4.*

*Talanco q.
17. sect. 7.*

*Aug. 111.
Aug. de
Corrupt. &
grat. c. 12.*

impugnat M. Lemos prædictū Auth. assentem cōsēsū esse posse sine auxilio formaliter sufficiente per efficax, quod sit eminenter sufficiens; vnde quando peccator subito ad Deum convertitur exiit gratia sufficiens, seu excitans simul cum efficaci, quæ supponit illam in signo rationis; non enim video repugnantiam, quidquid dicat Gonet, in reali coexistentia actus indeliberati cum actu libero erga idem obiectum, vt cum plurimis Thomistis sentit M. S. Thoma: Ad vltimum recte Resp. Gonet. Quod licet auxilium sufficiens compleat potentiam, & ipsam applicet ad actum indeliberatum; & ad hunc applicando exhibeat vires ad actum liberum; auxilium tamen efficax non posse simul duo illa munia obire respectu actus liberi; rationemque differentie esse; quia auxilium sufficiens est prima dispositio ordinis supernaturalis, & ideo nequit supponere potentiam completam; vnde cum alias omne auxilium Dei sit alicuius actus prædeterminatio ex illo Isaia: *Quomodo descendit imber, & nix de Cælo, & illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram, & germinare eam facit; sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non revertetur ad me vacuum: Illud auxilium, & potentiam complet, & ad actus indeliberatos prædeterminat; auxilium verò efficax, cum sit secunda forma, seu dispositio supernaturalis debet potentiam completā, & elevatam supponere; sicut in dispositionibus naturalibus accidit. Ita etiam M. Ferre.*

224 Obi. 2. ex PP. Societatis: Nulla est in in consentiente gratia præveniens efficax à sufficienti distincta: ergo gratia, quæ est efficax in consentiente constituit actum primum, seu sufficientiam, ex quo non inferunt, vt Thomistæ relati, gratiam prædeterminantem constitutere actum primum; imo potius, cum vno ore fateantur gratiā prædeterminantem non posse actum primum constitutere, gratiā efficacem non esse prædeterminantem. incunctanter colligunt:

Lemos, lib. 4 p. 2. fol. 33.

Alvarez: disp. 11. n. 14.

Gonet disp. 6. de Voluntario art. 2. sect. 9.

Ioan. à S.

Thoma de Angelis

Gonet disp. 4. de Voluntate Dei, in fine.

Isaia 55.

Ferre de Volunt. q. 6. f. 7.

Ant. prob. Nulla est gratia efficax mortua, seu quæ non consistat in actibus vitalibus indeliberatis intellectus, & voluntatis, quæ à Conc. & PP. dicuntur, illuminatio, & inspiratio Spiritus S. Sed ij actus ad gratiam sufficientem, & actum primum consentiendi libere expectant: ergo: Min. certa: Mai. tamen probant. Duplici principio ex S. P. Aug. desumpto. 1. quatenus S. indicat his actibus Deum facere ut velimus: 2. quatenus nullam agnoscit gratiã mediantem inter actus indeliberatos, & consentum liberum.

1. principium prob. 1. quia August. ait: *Versorum suasionibus agit Deus, ut velimus; & ideo dixit Cælestinus Papa: Ideo aliquid instinctu Dei fit, quia preparatur voluntas à Domino, & ut aliquid agant paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda servorum & cum Sanct. August. tibi opponeret: Quid hic dicimus fratres, si trahimur ad Christum: ergo invicti credimus. ergo violentia adhibetur, non voluntas excitatur. Ita Respondet: Nolite cogitare invitum trahi, trahitur animus, & amore: Unde ait: Trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita. Et alibi ait SS. Pater: Qui aguntur ab spiritu, amore aguntur. Ex quibus ita inferes. Gratia efficax est, qua Deus agit ut velimus, qua preparatur à Domino voluntas, qua trahimur ad Christum, & aguntur filij Dei; sed versorum suasionibus agit Deus ut velimus; paternis inspirationibus preparatur voluntas à Domino; amore trahimur, & amore agimur: ergo gratia efficax in actibus indeliberatis suasionis, inspirationis, & amoris consistit.*

225 Huic tamen probationi omnes Thomistæ Resp. concludere, quod nã negant, fatentur enim Deum agere, ut velimus suasionibus: paternis inspirationibus trahi ad Christum, & agi homines amore; quibus loquutionibus

Aug. de Spiritu, & lib. 34.

Cælest. P.

in Epist. 1.

ad Episcop.

Gallie c.

8.

Aug. tract.

26. in Joan.

n. post in-

itium.

Aug. serm.

13. de ver-

bis Apost.



bus exponunt Sanct. August. & SS. PP. excitantem gratiam; non dari autem ut vellimus, & trahamur ad Christum aliam gratiam prævenientem adiuvantem, physice moventem, & connexam non asserunt PP. dum illam aliam edocent; unde abs re sunt omnia testimonia, in quibus exprimitur gratia excitans in actibus indeliberatis, quam vno ore Catholice profiteamur; ea, quæ excludant aliam physice prædeterminantem, & præveniendam connexam, quam nos defendimus, & illi diffitentur ad rem erunt, ex his vero nullum ex adductis est; unde nec expositione indigent. ¶ Explico assumptam 1. Gratiã legis, & doctrinæ plurimis testimonijs sacris fundavit Pelagius, ut videre est apud Augustin. in libro de gratia Christi, & quid ad ea August. probare quidem Deum suadere, docere, & præcipere ut bonum prosequamur, non vero excludere Deum etiam adiuuare per subministracionem virtutis Spiritus S. ut declinemus à malo; quam gratiam ex testimonijs Sacræ Paginæ possitive eam tradentibus Sanct. Pater demonstravit: Pariter nos procedimus, non negamus gratiam excitantem, quia orthodoxi sumus, dum aliam etiam gratiam ad salutariter operandum desideramus, unde nec nos oppugnant testimonia, quæ excitantem gratiam edocent; usque dum quæras authoritates, quæ prædeterminantem excludant in tuto erimus. ¶ 2. gratia præveniens excitans non solum includit illuminationem intellectus, sed inspirationem etiam voluntatis; & tamen veritas hæc minime impugnatur, ex testimonijs, in quibus sæpius Aug. solum asseruit necessariam illuminationem, aut solam inspirationem, quia ex eo quod vnam ex hijs gratijs exprimat perperam infertur, quod aliam excludat; similiter dicimus ex eo, quod mentionem solum faciat in aliquibus testimonijs gratiæ excitantis male infertur ipsum prædeterminantem negare.

verba illa Ioannis: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum dicendo: Hominem Deus multipliciter trahit revelatione interna veritatis, persuasione, operatione miraculorum, blanditijs, & admirabili delectatione, & amore veritatis. Ex quibus ita infurges. Si Pater traheret ad Christum per motionem physicam, & prædeterminantem dum Doct. Sanct. accurate exponit modos, quibus Pater trahit, eum ut principaliorum & præcipuum non prætermitteret: ergo eum modum trahendi non agnovit, dum non exposuit. Confirm. quia Doct. Sanct. ait: *Hæc vocatio in prædestinatis est efficax, quia eiusmodi vocatio**

Tyrso. t. 4.
fol. 37.

S. Aug.
lib. 2. de
peccatorum
meritis, c.
12.

Tyrso ubi
supra.
Joan. 6.
D. Tho. ibi
lect. 5.

D. Th. in c.
8. ep. ad Ro-
m. lect. 6.

tionem assentiunt. Sed si vocatio efficax non consisteret
vnicè in actibus moraliter mouentibus falsum esset voca-
tionem esse efficacem, quia prædestinatus ei consentit:
imo prædestinatus vocationi consentiret, quia vocatio
erat efficax: ergo Sanct. Doct. vocationem efficacem
vnicè constituit in actibus mouentibus moraliter, & actum
primum consentiendi constituentibus.

228

Ex 2. principio, scilicet Sanct. August.
non agnovisse gratiam medianam inter actus indelibe-
ratos actum primum constituentes, & ipsum consensum
liberum, insurgunt, plurima transcribendo Sanct. P. testi-
monia, in quibus exprimit nostrum esse velle, & Dei esse
vocare: i. ita ait: *Vt vellimus suum esse voluit, & nostrum,*
suum vocando, nostrum sequendo; vt vellimus Dei esse asse-
ruit non prædeterminando, sed vocando, & nostrum se-
quendo; non ergo agnovit gratiam medianam, vt vocati
sequamur, seu quæ post vocationem præcedat consen-
sus, quo vocationem sequimur. ¶ 2. quia ita fatur S.
August. *Vocare hoc, vel illo modo solius Dei est, venire autem*
semper est in voluntate, vel sola si non venit, vel adiuta si ve-
nit. Vbi inter Deum vocare, & venire nostrum nil
medians adstruit, imo satis dum contraponit vocare,
quod est Dei, cum venire, quod est in nostra voluntate,
exprimit venire à nulla Dei gratia dependere à vocatio-
ne distincta; imo *verissimum est Dei misericordis esse, quod*
bene vellimus, quia nec velle possumus nisi vocemur, Non er-
go quia post vocationem alia gratia, & nova misericor-
dia velle determinet, cum potius sæpissime edoceat de-
bere tribui nobis, non quod *vocati simus, sed quod voca-*
ti veniamus; quia vt acquiescamus salutarì inspirationi nos-
træ potestatis est; licet enim nemo habeat in potestate quid
ei veniat in mentem, consentire vocationi Dei, vel ab ea dis-
sentire propria voluntatis est.

229

Respond. neg. antec. & ad eius prob. ne-

Z 4

go

D. Aug.
9. 2. ad Sim-
plicianum.

S. Aug. de
Spiritu, &
littera cap.

34.

Aug. Ep.
ad Rom. c.
61.

Aug. lib.
83. quest.
9. 68.

Aug. de
Spiritu, &
littera cap.

34.

go mai. ad cuius probat. ex 1. principio, iam sæpe ex August. probavimus aliam gratiam agnovisse præter excitantem moraliter, & indifferentem; unde cum irrisorie eam vocant mortuam, serio dicimus ipsam non esse actum quo vivimus, sed esse spiritum Dei, quo eius filij aguntur ut agant, & vivant, quo Deus adiuvat infirmitatem voluntatis nostræ indeclinabiliter, & insuperabiliter agendo ut non deficiat: & si mortuum vocas, quod non est vita actualis nostra, mortui erunt habitus supernaturales gratiæ, & virtutum, sicut ergo illi exhibent posse vivere supernaturaliter licet mortui, ita gratia efficax licet mortua donat actualiter vivere; non ne non adstruunt communiter utriusque Scholæ Theologi qualitatem supernaturalem in peccatore virtutem conferentem ad actus supernaturales quibus suscitamur ad salutariter agendum: illa qualitas est mortua, vel viva? Si 1. ut gratia mea, sicut illa quæ fateris: Si 2. si illa viva, licet non sit actus vitalis, quia efficit, ut necessario vivamus: & nostra gratia viva erit, quia efficit ut libere vivamus. Hæc Tyronibus, ne horrore mortis prædeterminationem exhorreant.

230 Unde ad argum. recte ibi respond. & ad replicam solutionis, dicimus, *Delectationem victricem*, quam edocet August. ut Deus *suave faciat, quod non delectabat*, non esse solam motionem indeliberatam moraliter allicientem, sed præter eam includere motionem gratiæ physice determinantis; quia actus indeliberati ad actum liberum non sufficiunt, nisi eis addatur vis, ut infallibiter vincant, ut ex ipso Augustino erudite confirmant PP. Salmantic. & Mag. Ioan. à Sanct. Thom. & ex ipso Augustini contextu haud inefficaciter id colligunt; ita enim continuo ait: *Quia & hoc ab illo esse depravandum, eius gratis didicimus, dum antea lateret: eius gratia dileximus dum antea non delectaret, ut qui gloriatur, non*

Salmantic.
de grat. ef-
ficaci fol.

61.

M. Ioan. à

S. Th. in 1.

2. disp. 23.

f. 556.

In se, sed in Domino gloriatur: Extolli quippe in superbiam, propria voluntatis est hominum, non operis Dei. neque enim ad hoc eos compellit, aut adiuvat Deus. Ex quo 1. ita infero: Depracamur delectationem victricem, ut qui gloriatur non in se, sed in Domino gloriatur. Sed si delectatio esset victrix a nobis determinative, & non esset a Deo, nisi effective possent Sancti non tantum in Domino, sed etiam in se ipsis gloriari de suavitate qua dat fructum suum terra eorum, id est de ipsa delectatione ut victrici; ergo ex Augustin. victrix delectatio, seu effectrix est ex determinatione Dei per vim efficacem actui indeliberato superadditam. 2. Aug. ait esse propriae voluntatis nostrae extolli in superbiam, non operis Dei, quia ad hoc Deus nos non compellit: ergo ex August. ad opus Dei, licet propriae voluntatis compellit Deus; sed motio indeliberata non determinans ad summum potest vocari, alliciens non compellens, seu vim adhibens, cogens, aut impellens: ergo August. per delectationem victricem intelligit aliquam vim determinantem actui indeliberato superadditam.

231 Ad id, quod additur ex Div. Thom. facile Resp. textum integre non adduci, ut notavit P. Palanco, quia Sanct. omnibus illis modis tractendi moraliter ad Christum alium adiuvit per interiore[m] instinctum impellentem, & moventem cor hominis ad credendum, ut iam superius dixi. ¶ Difficilius sane est testimonium Angelicum ex Epistola ad Romanos desumptum, id exponunt P. Salvanticens. & P. Palanco asserendo Sanctum aientem: *Vocationem esse efficacem in praedestinis, quia ei assentiunt, sumere, ly quia non in sensu causali, sed illativo, quatenus ex contentu inferitur vocationis efficaciam ab eo non proveniens.* Qualiter exposuit Doctor Sanct. Origenem aientem: *Quia futurum est aliquid, ideo scitur a Deo;* ait enim: *Hoc intellegendum esse secundum causam*

Aug. de peccat. merit. cap. 19.

D. Thom. super Ioan. 6. lect. 5.

Palanco de Provid. 9. 10. f. 189. Sup. sect. 7 n. 129.

Salm. disp. 7. dub. 4. f. 121.

Pal. 9. 13. f. 299.

D. Thom. q.
2. de Verit.
art. 14.

Jam consequentia, non secundum causam essendi. Vel ly quia dicere rationem ostensivam, seu probandi ab indicio, seu effectu, non rationem essendi; sicut dum dicimus, ibi est ignis, quia egreditur fumus.

232

Hanc solutionem illustro eleganti M. P. testimonio dum expendit verba illa Christi de Angelo desertore: *Et in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Ita enim fatur: Subiecit indicium quasi quasissemus; unde ostendatur, quod in veritate non steterit, atque ait, quia non est veritas in eo. Esset autem in eo, si in illa stetisset. Locutione autem dictum est minus usitata. Sic enim videtur sonare, in veritate non stetit, quia non est veritas in eo tanquam sit causa, ut in veritate non steterit, quod in eo veritas non sit, cum potius ea sit causa, ut in eo veritas non sit, quod in veritate non stetit. Sed ista locutio est, & in Psalmo, ubi ait: Ego clamavi quoniam exaudisti me Deus. Cum dicendum videatur, exaudisti me Deus, quoniam clamaui. Sed cum dixisset, ego clamavi, tanquam ab eo quareretur; unde se clamasse monstraret ab effectu exauditionis Dei, clamoris sub ostendit affectum, tanquam diceret, hinc ostendo clamasse me quoniam exaudisti me.*

233

Sed insto, si ly quia in Scriptura, & PP. saepe exprimit indicium, aut effectum, & non causam, inefficaciter colligent Thomistae scientiam Dei esse causam rerum ex vulgari PP. loquutione: *Res sunt futurae, quia scitae*: facilis enim erit solutio, ly quia non causam, sed indicium, seu effectum saepe significare. Aliter: D. Thomas ait: Vocatio in praedestinati est efficax, quia ei assentiunt: Similiter ait: res sunt futurae, quia scitae a Deo, sed 1. testimonium exponitur, ita ut ly quia non significet causam, & rationem essendi, sed solum rationem probandi: ergo, & 2. similiter exponi potest.

Respondeo dupliciter: 1. quod ly quia dum significat rationem ostensivam, seu probandi debet exprimeri in-

Joan. 8. v.
44.
Aug. lib.
II. de Civ.
Dei 6. 14.

dicium magis notum, seu manifestum, ut in exemplis scripturae ab Augustin. adductis, & cum assensus in praedestinatis sit notior efficacia vocationis, congruentissime dixit Sanctus, vocatio est efficax, quia ei assentiunt; rationem ostensivam non causam efficaciam exprimens; non potuit tamen in eodem sensu asserere, res esse futuras, quia sciuntur à Deo; non enim est notior nobis scientia Dei de existentia futuri, quam futurum extitutum esse. ¶ 2. quia loquutiones PP. ex quibus colligimus scientiam visionis esse futurorum causam, sunt adversativae: ait enim August. adductus à D. Th. *Universas creaturas, & spirituales, & corporales, non quia sunt, ideo novit Deus, sed ideo sunt, quia novit*: Similiter D. Gregorius: *Quaecumque sunt non ideo ab aeternitate videntur quia sunt, sed ideo sunt, quia videntur*; & inepte intelligerentur secundum causam consequentiam, quia eo in sensu & que esset verum negatum quam assertum; recte enim infertur res suat: ergo sciuntur à Deo, ac è converso, sciuntur à Deo: ergo sunt. Loquutio Divi Thomae, quam versamus non est adversativa, unde congrue exponitur per causam consequentiam, non enim Divus Thomas negavit hanc causalem; assentiunt quia efficaciter vocantur, imò ut supra vidimus, eam edocuit Sanct. August. negando illam; vocantur efficaciter, quia credunt, ubi affirmavit efficaciam vocationis esse causam, & rationem essendi consensus.

Aug. apud Thom. 3. p. 9. 14. art. 8 D. Gregorius.

supra n. 127.

234 Ad 2. probat. ex 2. principio vna voce Respond. Thomistae illa, & alia testimonia, quae laboriose congerunt P. Societatis, solum suadere id, quod Sanctum est, nostrum esse sequere vocationem Dei, venire vocatos, acquiescere salutaris inspirationi, cum sit nostrae potestatis, & propriae voluntatis consentire vocationi Dei; haec enim sub dominio electivo, & determinativo nostro sunt, ut adversum Calvinum, & Iansenium divina fide credi

credimus: vt tamen excludatur gratia determinans voluntatem, vt consentiat vocationi, non sufficit ostendere consentire esse in nostro immediato dominio, necesse est simul probare non esse sub dominio immediato determinativo Dei, vsque dum exclusiua hæc probetur in tuto sumus, & Sanct. August. testimonia positiua solum edocent; vnde sententiam nostram nec leuissime attingunt. Explico hoc: *Consentire* vocationi Dei est meritum nostrum, vnde est in nostra potestate, & propriæ voluntatis, ideo nobis præcipitur, & obsequiosus Deo vocationibus suis consentiendo, & Patris inspirationibus acquiescendo; Nulli enim præcipitur nisi quod in potestate habet, & nemo obsequitur nisi dum confert, quod in suo obtinet dominio: Cum vero tanta sit erga omnes homines bonitas Dei, vt eorum velle esse merita, quæ sunt ipsius dona, ipsum consentire vocationi est Dei donum, quid enim habemus, quod non accepimus, ideoque deprecamur Deum; *Da quod inues;* Et vt Eccles. orat: *Fac nos amare quod præcipis.* Donum vero debet esse in potestate, & dominio immediate determinatiuo donantis, sicut meritum est sub dominio determinatiuo obsequentis; sicut enim nemo est obsequiosus nisi ex ijs, quæ in sua potestate obtinet, ita nemo est beneficus nisi ex ijs, quæ in potestate sua habet: Consentire igitur vocationi, & est in dominio determinatiuo nostro, vt Aug. ait in testimonijs obiectis; sed simul est in dominio determinatiuo Dei quod August. non negat, vnde Deus præuenire debet *consentire* per gratiam determinantem, & exinde à vocatione distinctam.

235 Instabis: M. P. contraponit; vocare, & vocatos esse, quod Dei esse affirmat; cum venire vocatos, inspirationi acquiescere, & vocationi consentire, quod voluntatis nostræ proprium esse testatur: ergo, quia venire vocatos, acquiescere, & consentire inspira-

tic

Trid. Sess.
6. c. 10.

Apost. 1. ad
Cor. 4.

Aug. de
peccat. me-
ritis lib. 2.

c. 3.

Eccles. in

Orat. Dom.

13. post Pen-

tec.

tionem est ex nostra determinatione, non Dei. ¶ Sed cur melius non dicitur esse ex determinatione Dei, & nostra? Contraponere enim August. hominem *vocari*, cum *vocatum venire*, et illud sit Dei, hoc nostrum; est; quia *vocatio est ex solius Dei determinatione*, *venire vero est ex determinatione Dei, sed non solius Dei, sed, etiam ex determinatione nostra.* Vno verbo: *Vocari* ita est ex determinatione Dei, ut excludat nostram; & ideo Sanctus dixit: *Vocare hoc, vel illo modo solius Dei est: venire, acquiescere, & consentire ex determinatione nostra est, sed non ita ut excludat determinationem Dei; & ideo Sanctus non hac ita tribuit nostrae potestati, ut apponat exclusivam solum esse voluntatis: imo potius dixit. Venire semper est in voluntate, vel sola, si non venit, vel adiuta, si venit.* Pende quaeso; quanta cura Augustin. ponit exclusivam *solius*, dum *vocari nos Deo* tribuit; & similiter ponit exclusivam *sola*, dum *non venire nobis* tribuit, eam non apponit dum *venire nobis* tribuit, imo ait *adiuta si venit*: Cur? Nisi quia *vocari ex sola Dei determinatione est, non venire ex sola nostra, venire autem ex determinatione Dei adiuvantis, & nostra.* Hanc veritatem illustro eleganti Sanct. August. doctrina, dum exponit haec sacra testimonia: Cum ad Moysen Deus dicit: *Ego aperiam os tuum, & instruam te*; & David hoc modo Deus loquitur: *Aperi os, & adimplebo illud*; ita enim factur Sanct. Pater. *In sententia illa ubi dicitur, aperi os, & adimplebo illud: Quasi unum videtur ad hominem pertinere, alterum ad Deum. In hac autem ubi dicitur, ego aperiam os tuum, & instruam te. Virumque ad Dominum: quare hoc? Nisi, quia in uno istorum cooperatur homini facienti, alterum solus facit. Quapropter multa Deus facit in homine loca, quae non facit homo: Nulla vero facit homo, quae non facit Deus, ut faciat homo. Non solum suadeo ex elegantissimi praedicti Augustin. testimonio, argumenta ex August.*

Aug. ubi supra num. 228.

Exod. 4.

Psalm. 80

Aug. lib. 2. cont. 2. Epist. Pelagias. cap. 8. in fine.

sententijs de sumpta esse inefficacia a paritate; quia sicut
 in testimonijs sacris *instruere* nos semper tribuitur Deo,
 & *aperire os nostrum* aliquando Deo, aliquando nobis,
 quia *instruere* est solius Dei, & *aperire Dei*, & nostri, quia
 ipse facit, ut nos faciamus, ita in Augustin. sententijs *vo-*
cari semper tribuitur Deo, *venire*, seu cōsentire, aliquando
 Deo, aliquando nobis, quia *vocari* nos est solius determi-
 nationis Dei, *venire*, & *consentire* est determinationis
 Dei, & nostræ, quia Deus determinat ut determinemur;
 Sed etiam à priori, quia *facere* in testimonio Augustini
 non sumitur pro efficere ut cumque, sed pro efficere de-
 terminando; unde in terminis Sanct. nos edocuit ipsum
 exponere. Assumptum probo: 1. August. ait *instruere*
 nos *Deus solus facit*; sed hæc sententia falsa est si *facere*
 sumitur pro efficere; solum est vera, si sumitur pro deter-
 minare: ergo ita accipitur in August. Prob. min. Deus nos
 instruit imbuendo doctrinis, nouitijs, & illustrationibus,
 & ita dixit Moyse, *instruam te, quæ debes loqui*: Sed noti-
 tiæ, & illustrationes, licet sint à Deo in nobis sine nobis
 eligentibus, & determinantibus, non sunt sine vobis ef-
 ficientibus, cum sint actus vitales nostri, ut est incubium;
 ergo non *solus Deus facit* instructionem nostram, si *face-*
re sumitur pro efficere. 2. si inquiri, Cur Deus solus
 facit instructionem nostram, & non solus facit apertio-
 nem oris nostri? Ibi respond. *Quia quamvis nisi adiu-*
vante Deo os non possumus aperire, tamen nos aperimus illius
adiumento, & opere nostro, implet autem illud Dominus sine
opere nostro. Sed non implet Dominus os sine opere nos-
 tro *effective*, sed solum sine opere nostro *determinative*,
 & *elective*: ergo Deum solum instruere, & non solum a-
 perire, est apud Augustin. ipsum solum determinare in-
 structionem, & non solum determinare apertionem, sed
cooperando homini facienti, seu determinanti, *cooperando*
 quidem per simultatem temporis, non natura; nec enim

Exod. 4

Aug. ibi

est determinatio, quæ non præcedat causalitate determinatum, & ideo statim cooperationem expolluit Sanct. per *facere Deum ut faciat homo*. Credere enim, & operari *utrumque nostrum est propter arbitrium voluntatis: Verumque tamen datum est à Deo per spiritum fidei, & charitatis.*

Aug. ibi

Aug. de Præ
uest. 3. anct.
ca. 32.

236 Tertio opponunt. Gratia efficax præstat vires voluntati ad consentiendum libere: ergo actum primum, seu potentiam consentiendi constituit, & cum gratia prædeterminans non possit continguere actum primum libere consentiendi, gratia efficax in prædetermin. non consistet. Antecedens prob. 1. Tyrso gratia efficax intel igitur in Concilijs nomine gratiæ adiuvantis; sed gratia adiuvans dat vires naturæ imbecilli, & infirmæ ad elicienda opera salutaria: ergo gratia efficax vires exhibet: vnde alter Recentior contra Thomistas esse conclusum Tridentinum non intellexisse nomine gratiæ adiuvantis prædeterminationem nimie confidenter existimavit, ita debili medio; gratia adiuvans dat posse, ait enim Concilium, & *Deus adiuvat ut possis*: sed prædetermin. iuxta nos non est ut possimus, sed applicat posse, quod supponit: ergo gratia adiuvans Concilij, quæ est indubie efficax non est prædeterminatio.

Tyrso t. 4.
fol. 95.

2. Gratia efficax est causa physica salutaris nostri consensus; ipsa enim est per nos (ait Recentior quidam) illa *vis effectrix nostræ voluntatis* ex August ipsa est per nos *vires illa efficacissima*, quæ iuxta ipsum August. dant nobis non solum *ipsum posse*, sed actum: ipsa est per nos *illud posse*, quod contra Pelagium contendebat August. ipsa est per nos in absentia habituum tota virtus agendi in ordine superno; sed hæc omnia manifeste significant vires physice causativas ergo. Alia huius Recentioris præmitto, quia iam diu sunt plene soluta, & difficiliter obiecta.

Idem

257 Idem assumptum urgentius probo: ad adiutorium quo predestinati perseverant est gratia efficax, sed adiutorium quo posse constituit, & vires exhibet voluntati ad perseverandum: ergo. Mai. nota, & prob. min. 1. quia ut refert Sanct. Hilarius ex mente Augustin. *Sanct. Hilari. ep. ad Aug.* Etis per gratiam predestinatis tale adiutorium datur, ut eis perseverantia ipsa donetur, non solum ut sine illo dono perseverantes esse non possint, verumetiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint: ergo non solum adiutorium quo est per quod predestinati non nisi perseverantes sunt, sed etiam est sine quo perseverantes esse non possunt; ergo ad posse perseverare exigitur. ¶ 2. adiutorium quo est quo subventum est infirmitati voluntatis humane, ut indeclinabiliter, & inseparabiliter agatur. Sed id cuius ope infirmitati subvenitur vires exhibet, solum enim conferendo virtutem adiutorium subvenit, succurrit, aut in subsidium venit: ergo. 3. August. ait: *Aug. de Corrupt. & grat. c. 12.* Tantum quippe Spiritum Sancto accenditur voluntas eorum, id est Sanctorum, ut ideo possint, quia sic volunt, ideo sic velint, quia Deus operatur ut velint; Ergo ideo possunt, quia Deus operatur ut velint; sed adiutorio quo Deus operatur ut velint, ergo quia adiuti eo adiutorio possunt; unde adiutorium quo posse constituet. *Aug. ibi.*

238 Respondeo? Nomen adiuvantis gratiæ non esse ita proprium gratiæ efficacis ut non applicetur sæpe gratiæ sufficienti, quæ vocatur adiutorium sine quo, quale fuit in Adamo ad perseverandum; nec in tituli ex Concilijs, & P.P. gratiam efficacem prædeterminant quia trahunt adiuvantem gratiam; sed quia eam edocent ab excitante distinctam, qualiter est prædeterminata quia non adiuvat ut possimus, quod est manus gratiæ excitantis, sed adiuvat ut agamus: Unde ad medium ex Tridentino desumptum dicimus, quod dum ait, *adiuvat ut possis*: Loquitur de adiutorio sine quo, seu sufficienti,

non de adiutorio, quo distincto à gratia excitante, unde nec de prædeterminatione: Assumptum constat. 1. quia Concilium intendit *Deum impossibilia non iuvare, quia iubendo monet, & facere, quod possumus, & petere, quod non possumus facere, & adiuvat ut possimus facere: sed Deum adiuuare sufficienter ad præcepta conuincit Deum impossibilia non iuvare, ergo.* ¶ 2. quia Concilium supponit, quod dum petimus, quod non possumus, Deus adiuvat, ut possimus; sed petitioni non semper adiungitur adiutorium efficax, sed solum sufficiens: ergo. ¶ Etsi Concilium loqueretur de gratia adiuvante sub munere distincto ab excitatione difficilius saluaretur loquutio illa *Deus adiuvat ut possis* in opposita sententia adstruente munus adiuvandi supponens posse a munere excitandi, & cõcomitans actum, quam in nostra asserente munus adiuvandi supponere posse, & præuenire actum.

Ad 2. Resp. quod *Dicitur una res esse causa actionis alterius in quantum movet eam ad agendum.* In quo non intelligitur collatio, aut conservatio virtutis activæ, sed applicatio virtutis ad agendum sicut homo est causa incisionis cultelli ex hoc ipso quod applicat acumen cultelli ad incidendum movendo ipsum: Hoc modo asserimus cum Nostro Doctore Sancto gratiam efficacem esse causam, & effectricem consensus salutaris; quin sit exacta ex parte actus primi, sed pura applicatio ad actum secundum: *Quid quid enim (iterum Sanct. ait) applicat virtutem activam ad agendum dicitur esse causa illius actionis.* Alia, quæ super adduntur in ea probatione falsa sunt; quia nec per nos gratia efficax est id posse ad versus Pelagium à S. August. demonstratum, nec est tota virtus agendi in absentia habituum.

239 Ad 3. probationem neg. min. quia Deus subuenit prædestinatis ut perseverent duplici adiutorio, scilicet *sine quo unum, & aliud quo; illo ut perseverare possint.*

T. idet. 11

D. Th. q. 3. de potet. art. 2. in corp.

S. Th. 3. contra g. cap. 67.

August. de
predest. &
grat. cap.
10.

Exod. 33

August. de
corrupt. &
gratia cap.
11.

August. de
corrupt. &
gratia cap.
12.

August. ibi
cap. 11.

isto ut perseverantes sint; duplicem enim gratiam, & misericordiam agnovit S. August. ut bona opera faciamus, quia *Homines* sufficienter vocatos ut boni aliquid operentur, Dei adminiculis indigere probat; quia sic Apost. intelligi voluit, quod Moyses dixerat Misereor, cuius miserebor, & misericordiam præstabo, cui misericors fuero, Ut primam misericordiam vocatione credamus hominibus prærogari, quæ sola (pende verbū) ad recte vivendum non sufficit, si deserat, qui vocavit; ideoque adlitum est, & misericordiam præstabo &c. Ut à Deo accipi manifestum sit, & ipsa misericordie opera: ¶ Ad 1. igitur probationem min. Respondeo August. non asseruisse, sanctis Non tale adiutorium perseverantiae dari sine quo per liberum arbitrium perseverare non possint; sed quod non solum assit sine quo perseverare non possumus, verumetiam tantum, ac tale sit, ut velimus, & ideo insistit, quod nunc Sanctis non tantum (non igitur excludit illius adiutorij existentiam, sed solitudinem) tale adiutorium perseverantiae datur id est, sine quo per liberū arbitrium perseverare non possent, sed tale ut eis perseverantia ipsa donetur, non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint verumetiam, ut per hoc donum non nisi perseverantes sint. Unde ut vides non negat Sanctis adiutorium sine quo, sed id tantum donari, & licet de adiutorio quo etiam affirmat esse sine quo perseverantes esse non possint est, quia sine illo perseverantia esse non potest, non quia sine illo potestas perseverandi non sit, alias sicut si Angelis, & primo homini defuisset adiutorium sine quo non sua culpa cecidissent, ita si sanctis nunc defuisset adiutorium quo non sua culpa cecidissent.

240 Ad 2. probationem min. Resp. adiutorio quo esse subventum infirmitati voluntatis humanæ non ut possit perseverare, sed ut non deficiat, nec adversitate vincatur itaque succurrit non virtutem, aut vires conferendo, sed invictissime velle donando; & si est difficile adiu-

torium quo subvenire infirmitati, ut supponit vires, & prevenit perseverantiam, difficilius erit, si est perseverantia ipsa, ut communiter Adversarij existimant. ¶ Ad 3. prob. R. August. non posse ita inepte intelligi ut dicat *Sanctos ideo posse velle, quia sic volunt*; sensus enim est, ideo posse facere, & perseverare, quia Spiritu sancto ita accendantur *ut sic velint*, id est, volitione ita intensa, & forti, ut possint superare difficultates perseverandi, quia Sanct. August. ita rationem suae sententiae continuo tradidit, *Nam si in tanta infirmitate vita huius ipsis relinqueretur voluntas sua: nec Deus in eis operaretur ut vellet, inter tot, & tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet, & ideo perseverare non possent*; (Pende rationem) *quia deficientes, nec vellet, aut non ita vellet ut possent*: ergo Sanctus exigit Deum operari velle non ut possint velle, sed ut ita velint ut inter tantas tentationes non succumbant, nec deficient; Eademque distinctionem voluntatis bonae parvae, & in valide à voluntate magna, & robusta, qua possumus implere mandata, saepius edocuit August. in libro de gratia, & libero arbitrio.

August. ibi
cap. 120.

Aug. de
grat. cap.
17. & 19.
& 9. 4.

SECTIO NONA.

Dissolvuntur argumenta, quae praedeterminantem constituentem posse agere non officere libertati, contendunt.

241 **P**raeiacti assumpti plura afferunt fundamenta a ratione, & exemplis Authores Superioris relati, cum tamen plura subvertere dum munivi, principium posse coniuvens connexum, & à libertate in essendo independens libertatem extinguere, & ad actum antecedenter necessitare, ne actum agam ibi intacta breuiter examinabo:

Oppon. 1. P. Salmantic. cum Deus confert vires ad actum, & ad ipsum praedeterminat duplici auxilio libertatem non laedit, ergo nec dum hac munia obicit id est

Sect. 3.

T. 1. disp.
1. 9. 8.

Salmant.
disp. 7. de
grat. dub.

6. n. 331.

auxiliū. ant. supponimus, & cōseq. Prob. quia quidam liber-
tatē interst, quod ea munera vnico, aut duplici auxilio
præstentur? specialiter cum id vnicum auxilium exhi-
beret id ipsum, quod nunc duplex. ¶ Confirm. prædeter-
min. actum primum cōstitueas illa. n. seruaret iudice-
rentiam iudicii, & proximam potentiam non operandi,
seu peccandi, quam ex se habet voluntas, sed prædeterm-
inationis cōiuncta cum potestate proxima non ope-
randi coniungitur cum libertate operandi; ergo.

Urgentius oppono: prædeterm. actus, licet intellec-
ta ex parte actus primi, cum nullo cōstitutio potestatis
proximæ non agendi pugnat: ergo, nec cum libertate a-
gendi; Probo ant. 1. quia assigna cōstitutio potesta-
tis proximæ non agendi, cum quō pugnet? ¶ 2. Prædeter-
min. actus solum potest pugnare cum prædeterm. ad o-
ppositum actui, seu ad carentiam actus, sed prædetermi-
natio ad carentiam actus, non est exacta; ut ad
eam sit potestas, sicut prædetermin. actus non est exac-
ta ut sit potestas ad actum, licet eam aliquando constitue-
re possit; ergo prædeterm. actus non pugnat cum consti-
tutivo necessario potestatis ad carentiam; licet pugnet
cum aliquo per quod ea potestas cōstitui possit, ergo
coexistet prædeterm. actus licet intellecta in signo potes-
tatis ad actum cum potestate proxima ad carentiam, li-
cet potestati ad carentiam cōstitutæ per prædeterm. carē-
tiæ coexistere non possit, ¶ 3. Prædeterm. existens post
potestatem actus, eoque in signo intellecta non intelli-
gitur auferens potestatem proximam ad carentiam; ergo
nec intellecta in signo actus primi, prob. cōseq. A so-
lum excludit B. quia cum eo opponitur; vnde si A cū
B opponitur pro quocumque signo intelligas A intelli-
ges excludere B; & si A non opponitur cum B in nullo
signo intelliges B exclusum ex eo, quod in illo intelligas.
¶ Ergo voluntariam est ponere prædeterm. intellectam

in vno signo excludere in eo potestatem ad oppositum
& eam non excludere intellectam in alio signo.

242 Respondeo; con. ant. neg. conseq. & inf.
co; Deus libertatem actus naturalis exstingueret, si eadem
entitate virtutem exhiberet, & ad eam determinaret; vo-
luntas enim libera non esset si identice esset determina-
ta ad vnum extremum; & tamen dum duplici entitate,
virtutem exhibet, & determinat actum naturalem, eius li-
bertatem non laedit; ergo similiter in libertate actus salu-
taris, ¶ Et ratio est; quia libertas exigit sufficientiam phy-
sice indifferentem, sicut, & indifferentiam physice suffi-
cientem; & si auxilium, quod est sufficientia est identice
prædeterm. nequit sufficientia esse identice indifferens;
quando vero sufficientia coniungitur cum auxilio alio
prædeterm. principium sua sufficientia est physice indi-
fferens, & ex inde liberum; quia indifferentia in sufficien-
tia non aufertur per determinationē adiunctam sufficien-
tiæ; sicut indifferentia sufficientiæ ad consensum non im-
petitur, quia coniungatur cum consensu, & esset chime-
ra, si esset identice consensus.

Ad 1. confirm. neg. mai. & pro nunc non decido
An indifferentia iudicii sufficiat ad potestatem proximā
non operandi? Solum enim assero, *Dominium per quod est
in potestate voluntatis velle, vel non velle excluder e determi-
nationem virtutis ad vnum; & solum cogor ad dicendum
determinationem, quæ sit identice virtus, vel auferre in-
differentiam iudicii, vel hanc indifferentiam solam insuf-
ficientem esse, licet existam ad dominium electivum vo-
luntatis; sicut dicitur de vnione hypostatica, vt se sola
pugnet cum potestate proxima peccandi. ¶ Nec inteligo
esse in voluntate potestatem proximam non operandi,
dum non operatio excluditur per ipsam potestatem ope-
randi, quia principium excludens non actionem ex eo,
quod possit agere, per posse agere necessitate simpliciter*

D. Thom. II
contra 3
cap. 28

ter ad agendum, solum enim principium potest excludere non actionem, vel quia applicatur ad agendum, vel quia impotens non agere, unde si excludit non agere antequam applicetur ad agendum non habet potestatem proximam non agendi.

Ad id, quod urgentius opponitur. neg. antec. quia cum potestate proxima non agendi potest pugnare, quod identice constituat actum primum operandi, licet eam potestatem non agendi minime oppugnet, dum non constituat actum primum agendi, ut patet in ipsa actione, quæ si identice constitueret actum primum agendi libertatem labefactaret, & potestatem non agendi excluderet; quam non tollit si actui primo agendi physice adæquate constituto adueniat; similiter dicimus de prædeterm. Unde ad 1. ant. probation. Respondeo, inquirendo, quod constitutum potestatis proxime non agendi toleret actio, si identice constitueret actum primum agendi? Quia id ipsum toleret prædeterm. quæ esset identice actus primus agendi. ¶ Vel aliter; si actio ex se non pugnant cum potestate proxima non agendi, cum ea pugnaret si esset identice potestas ad agendum, cur idem non est asseverandum de eius prædeterminatione? Eam igitur potestatem ut expeditam ad non agendum tolleretur quia ad id ex parte actus primi eam impediret, nequit enim in actu primo esse potestas expedita ad duo, si in ipso actu primo est identice metaphysica repugnantia unius ex illis duobus.

Ad 2. & 3. Prob. antec. simul respondeo, quod prædeterm. actus identice constituens potestatem agendi excluderet sufficientiam non agendi, eo ipso, quod in signo actus primi excluderet non actionem, & eius prædeterm. Sicut dicitur de actione si actum primum constitueret; & ratio est una, quia nequit esse sufficientia indifferens ad agendum, & non agendum, dum ipsa sufficientia

tia agendi non actionem, excludit: non igitur prædeterm. actus aliud excluderet præter non actum, & prædeterm. eius; libertatem tamen auferret, quia id excluderet, dum non debet excludi ut libertas sit. ¶ Si dicatur prædeterm. actus non formaliter constitutere potestatem agendi, sed solum identice, unde illam manere libertatem, quia in signo actus primi non intelligitur exclusio actio, si solum intelliguntur formalia eius constitutiva. ¶ Resp. potestatem agendi identice constitutam per prædeterm. posse ab ea prescindere, sed hoc ad libertatem non sufficere, quia de conceptu Domini electivi liberi est in differētia realis, & physica, non tantum logica, & præcisiva, & nequit esse indifferentia physica ad duo identice importans metaphysicam, & physicam exclusionem vnius ex illis.

243. 2. Difficilius oppono; si repugnet libertas identice per prædeterm. constituta esset, quia repugnat scientia condicionata consensus liberi sub conditione ad adequatam, & solius libertatis, quæ sit simpliciter Deo necessaria; sed hoc non repugnat, ergo nec consensus liber cuius libertas per prædeterm. constituitur: Prob. min. 1. Possibilis est consensus liber, cuius libertas sit constituta per principium cum eo connexum, & à voluntate auferibile, ut olim fundavi cum communi Thomistarum sententia; sed scientia condicionata talis consensus liberi sub conditione adequatæ, & solius libertatis est simpliciter necessaria; ergo; mai. supponitur; & min. constat; quia scientia consensus sub conditione cum eo connexa est scientia necessaria; quia ex terminis fatalitati repugnans; sed scientia consensus sub conditione talis libertatis est scientia consensus sub conditione cum eo connexa, cum libertas sit per aliquid cum consensu connexum constituta; ergo.

Nec difficultas minuitur (ut mihi publice disputan-



¶. 1. disp. 2

9. 90

ti dicebatur) allerendū conditionem talis libertatis esse
 conexam cum consensu per aliquid auferibile pro vo-
 luntatis nutu, & ita scientiam consensus sub conditione
 illius libertatis esse contingentem; qualis esse non potest
 sub conditione libertatis per prædeterm. constitutę, ¶
 Quia ut conditionalis ut necessaria sufficit conditio-
 nem esse conditionato conexam, siue conditio existat
 necessario, siue libere, & contingenter; sicut istę conditio-
 nales sunt simpliciter necessaria: *Si existit consensus liber
 existit prædeterm. Si Petrus currit mouetur*; Quia licet cō-
 ditiones à libertate dependeat in essendo sunt necessa-
 rio cum conditionatis conexam.

244. 2. Contra illam rationem infurgo; licet li-
 bertas consensus constitueretur per prædeterm. scien-
 tia consensus liberi, sub hypothesi libertatis nō esset sciē-
 tia conditionata simpliciter necessaria; ergo ex eo, quod
 refugnet scientia consensus liberi sub hypothesi libertatis
 simpliciter necessaria inefficaciter intuli non posse præ-
 det. constituere libertatem: Prob. ant. ut scientia cōditio-
 nata sit simpliciter necessaria non sufficit hypothesis
 esse conexam cum conditionato, dum modo à tali co-
 nnectione formaliter præscindat; sed licet hypothesis li-
 bertatis constitutę per prædeterm. esset cōnexa cum cō-
 sensu libero ab ea conconnectione formaliter præscinderet;
 ergo; mia. constat; quia in sententia contraria duę for-
 malitates distinguuntur in prædeterm. quarū vna consti-
 tuat libertatem, & non explicet conconnectionem cum con-
 sensu; altera autem exprimat conconnectionem, & nō conf-
 titutionem libertatis: Prob. mai. istę conditionales sunt
 contingentes; *Si Petrus operatur erga Deum amabit; Si
 Petrus amat Deum amabit naturali amore*; Sed in hijs cō-
 ditionalibus hypothesis est identice connexa cum condi-
 tionato, & ab ea conconnectione formaliter præscindit;

ergo

245 Respondeo esse chimericam scientiam
 divinam conditionatam simpliciter necessariam consen-
 sus liberi sub hypothesis libertatis; Nec in conveniens ta-
 lis scientiæ deductum ex prædeterm. hypothesis liber-
 tatis constituyente inferitur ex principio connexo auferi-
 bili constituyente libertatem: & ratio est; quia dum id
 principium connexum libertatem constituit. v.g. gratia
 habitualis respectu actus c. charitatis præcepti; conditiona-
 lis non debet ita efformari; *Si existit in instanti B. in
 quo urget dilectionis præceptum hac libertas, erit in B dilec-
 tio Dei.* Hac enim est necessaria, sicut & omnis, conditio-
 nalis, cuius conditionatum est exactum ut existat con-
 ditio; cum enim dilectio Dei debeat existere in B ut
 existat in B gratia exigitur ut existat in B illa libertas cōs-
 tituta per gratiam: unde conditionalis contingens sub
 hypothesis libertatis ita debet formari; *Si existit in A hac
 libertas ad diligendū Deū in B, erit in B dilectio Dei.* Oppo-
 sita enim potest esse vera; sub conditione enim existen-
 tiæ illius libertatis in A ad diligendum in B potest in B de-
 ficere dilectio, sicut, & illa libertas; libertas enim ita cōs-
 tituta non necessitat ut dilectio sit; quia licet non possit
 esse sine dilectione, potest non esse cum dilectione, cum
 possit pro nutu voluntatis non esse gratia habitualis, &
 quæ inadeguate constituit ipsam libertatem; Nil autem
 simile iuvenies in libertate per prædeterm. constituta; unde
 de eo solo titulo suadetur impossibilis; quod nulla potest
 esse conditionalis contingens de consensu libero sub hy-
 pothesis talis libertatis.

246 Ad 2. impugnationem nostræ rationis neg.
 ant. & ad eius probation. dist. mai. ut conditionalis non
 sit necessaria sufficit hypothesis formaliter præscindere
 à connexionem cum conditionato, ut non sit necessaria
 logice, conced. mai. ut non sit necessaria physice neg.
 mai; Quia ut sit physice necessaria, conditionalis parum

conducit præcisiō logica cōditionis à connexionē tūm conditionato, si phisice, & identice est cōditio cōnexa cum conditionato: Illæ conditionales, de quibus in argumento, assumentes pro hypothesi rationem aliquam genericam, & pro conditionato determinatam speciem suat conditionales contingentes logice respectu nostri intellectus, non contingētes phisice, nec respectu intellectus divini, culus scientia contingens est comprehensiva conditionis; vnde cum scientia divina consensus liberi sub hypothesi libertatis debeat esse phisice contingens, exinde intuli repugnare libertatem constitutam per prædeterm. & vt argumentum conuincatur inefficax sufficiat indicare, probare æque scientiam contingentem consensus sub hypothesi libertatis, licet libertas identificaretur cum consensu, dum modo hæc identitas non exprimeretur formaliter ex parte hypothesis; quod est euidenter falsum:

247. Ex dictis colligo: quod si prædeterm. esset dependens in existendo à voluntate, seu ab ipsa libertate auferibilis, licet actum primum constitueret, libertatem non extingueret; quia vt principium sit necessitans tria exigit prædicata, actum primum constituere, esse cōnexum cū vno extremo, & esse à libertate independens, vt olim diffuse firmaui: prædeterm. igitur libertatem nō læderet, licet duo ex hijs prædicatis haberet, si alterum ei deficeret.

248. Nec me terrent; opposita novissime cōtra hanc doctrinam à P. Palanco; 1. quod id principium antecederet necessitaret ad actum, quia necessitaret ad ipsum in signo actus primi; dicere autem non esse necessitatem antecedentem actus, quia est necessitas auferibilis per omissionem, est principium petere, quia eo medio quo probatur id principium esse necessitatem antecedentem actus probatur esse impossibilitatem antecedē



T. I. Disp. I. q. 9.

Palanco de provid. q. 15. sect. 7.

tem omissionis, & exinde non esse auferibile per omissionem.

Denique; quia necessitas illa est potestas proxima ad actum; sed potestas proxima nequit esse consequens, ergo nec illa necessitas: prob. min. illa potestas nequit esse consequens ad actum, quia implicat, quod posse agere sit consequens ad ipsum agere; nequit esse consequens ad omissionem, quia antecederet repugnat omissioni, sicut, & connectitur cum actu: ergo, ¶ Nec valet quod existentia illius potestatis conservetur in eo instanti independenter ab agere & actu ipso, ¶ Quia contra est: causam esse in instanti & nequit esse consequens ad causam agere, quia prius est esse, quam agere; sed prius est posse in aliquo instanti, quam agere in eo instanti; ergo implicat quod posse in aliquo instanti sit consequens ad agere in eo instanti.

249. Secundo: quod potestas sit libera ad agendum non consistit in eo quod eius existentia sit agenti libera, quia potestas libera non est, quae libere existit, sed quae libere agit; sicut potestas necessitata non est, quae necessario existit, sed quae necessario agit: unde potestas libera est, quae nullo vinculo necessariae connexionis, est obstricta ad agendum: sed potestas de qua loquimur, licet sit liberum voluntati quod existat, non est liberum, quod agat, cum existere non possit nisi actu agendo: ergo talis potestas non est libera, sed necessitata.

250. Respondeo; id principium non esse necessitatem ex parte actus primi, unde nullatenus esse necessitatem antecedentem actus, aut impossibilitatem antecedentem omissionis; quod efficaciter probatur, dum principium supponitur auferibile; quia si voluntas est expedite potens ad non coniungendum cum actu primo cum actu secundo, quomodo est in eo actu primo necessitas, ut coniungatur cum actu secundo?

Dum

Da u vero iustas, ne principium petere dum intendendo id principium non necessitare, quia auferibile, cum eadem ratio, quae probat ipsum necessitatem esse actus conuincat esse inauferibile per actus omissionem, ¶ Resp. hoc ita esse, u ex sola connexione principij cum actu probaretur principium esse necessitatem actus, cum uero ex sola connexione non probetur necessitas; principium titulo connexionis non pugnat cum auferibilitate: & ratio est; quia connectio principij v. g. gratiae cum actu charitatis in B. in quo urgeat charitatis praeceptum, solum suadet hanc conditionalem; *Si existit in B. gratia, actus charitatis existit in B.* In hoc enim sistit connexionis essentia, haec autem ueritas quid obstat, ut in B. nec gratia, nec actus charitatis existant, connecti enim unum cum alio non impedit utrumque pro uoluntate simul deficere, contingens etiam utriusque extremi defectus non pugnat cum necessitate conditionata existentiae unius sub hypothesis existentiae alterius.

Ad id quod urget; dicimus illam potestatem per tale principium constitutam antecedere actum, sed non esse actus necessitatem antecedentem, nec asserimus esse actus necessitatem consequentem, sed esse necessitatem conditionatam actus in aliquo precedente actum sub conditione mihi libera; unde ut in eodem exemplo insistant; est necessaria haec conditionalis, si existit gratia, existit dilectio Dei, sed conditio est mihi libera unde conditionatam non est impliciter necessarium; cum autem omititur dilectio deficit quae gratia, seu potestas dilectionis, & illius impossibilitas pure consequens; quia prouenit haec impossibilitas ab ipsa omissione, non enim uoluntas tunc dilectionem omitit, quia est impotens diligere, imo potius ideo amittendo gratiam fit impotens diligere, quia dilectionem omitit. Nec inconueniens est potestatem ad actum existere in B. dependenter ab actu ut

femouente prohibens: quia si deficeret actus potestas etiam deficeret: sic August. dixit Adamum *Per velle malum perdidisse posse bonum*: & alibi probauit plures potestates ad agendum esse in nostra potestate, cum potestates dependent in conseruari ab actionibus in nostra potestate existentibus; libertates enim sunt plures, quae inadequate deficiant dum exerceatur, libertas enim donandi aut retinendi librum, quem possideo, perit dum dono, quia per donationem iam non possideo id ipsum quod dono: & quae repugnantia in eo quod actus a potestate effectiue dependeat, & quod potestas dependeat ab actu ut a renouente omissionem pugnantem cum ipsa potestate?

251. Ad vltimum; fateor ad libertatem non attendi, An libertas, seu potestas libere existat, aut necessario, sed an principium libere, aut necessario agat; indifferentiam autem agendi, & non agendi non desideramus in principio actus liberi, sed in principio libero; non enim oppugnat libertatem agendi, quod potestas agendi sit connexa cum actione ita ut non possit existere in instanti determinato, quin in eo existat actio, si principium liberum est potens ut in eo instanti tam actio, quam potestas deficiant, quia indifferentiam ad actionem non exigimus in potestate ad libere agendum, sed in principio potente libere agere: consule superius dicta.

252. Haud facile est, ut existimo, libertatem ad meritum condignum vitae aeternae constitutam per Spiritum adoptionis in habitantem corda filiorum Dei (ut videtur colligi ex propositione in Baium proscripta) componere dum instaret praecipuum merendi sine recursum ad omissionem gratiae habitualis constituentis potestatem merendi per carentiam meriti, vel ad coniunctionem peccati lethalis omittendi meritum cum ipsa sanctificante gratia; quam coexistentiam, a sap. Lorca defensatam

nouit

Aug. lib 3.
His. gnost.
cont. Pelag.

Aug. de
nat. & grat.
cap. 47.

pro a. m.
46.

S. Pius 5.
& Greg. 13.
in prop. 14
in Baium
damnat.

Lorca I. 2.
disp. 40.
sect. 6.

nouissime ex libertate ad actum charitatis constituta per habitum firmabat Cisterciensis quidam Lector; & mihi publice disputanti concedebat, quod dum libertas contrarietatis ad assensum fidei divinæ constituitur per virtutem Thælogicam fidei, ipsa virtus fidei in dissentiente coexistit actui Hæretico; ita ut in instanti in quo quis blasphemè iudicaret Deum mentiri in Sacrosancto Trinitatis Misterio eo in instanti fidem divinā seruare, licet immediate post amittendam; quod semper inconueniens iudicabo. ¶ Nec facile erit inuenire rationem cur Hæresis Trinitatis non possit coniungi cum actu fidei Incarnationis? Actus enim ita diversa inspicientes obiecta solum opponi possunt, quia dissensus Hæreticus destruit adequatam fidei rationem, si vero cum ipsa virtute fidei coniungitur, cur cum actu fidei alterius obiecti coniungi non potest? Incōpossibilitas vero actus fidei cum actu Hæretico etiam erga obiecta distincta ex Aug. Probatur alloquente Manichæos per hæc verba; *Qui in Evangelio non nisi quod vultis creditis vobis potius, quam Evangelio creditis:*

Aug. aduer-
sus Faustū

Prop. 70.
ex damatis
in Baium à
S. Pio . 5.
& Greg.
13.
Lorca in 2.
2. sect. 3.
idisp. 22.
n. appendi-

Opponebam secundo contra dictam coexistentiā gratiæ, & charitatis constituentis libertatem cum peccato læthali; esse damnatam hanc Baij propositionem; *Homo existens in peccato mortali, siue in reatu eterne damnationis, potest habere veram charitatem, & hæc charitas etiā perfecta potest consistere cum reatu eterne damnationis:* Ergo est certum charitatem non posse consistere cum peccato mortali, seu reatu eterne damnationis. ¶ Respondebant ex M. Lorca, qui hanc oppositionem despicit, quod propositio expresse loquitur de habitu charitatis, & peccato habituali, declarando non posse consistere, minime vero de peccato actuali, non enim ait *peccans actualiter* non potest habere veram charitatem sed dicit, *homo existens in peccato, vbi peccatum habituale* clare signi-

nificatur. ¶ Initabam quia reprobata propositio duas
habet partes, in quarum prima loquitur de peccato ha-
bituali per illa verba *homo existens &c.* In secunda autem
damnat *Charitatem perfectam posse consistere cum*
reatu eterne damnationis Loquitur de peccato actuali,
inepta enim esset repetitio si de eodem peccato in vtra-
que parte loqueretur; ergo iuxta praedictam declaratio-
nem charitas non potest consistere cum peccato lethali
actuali. ¶ Vel aliter; *Charitas non potest consistere cum*
reatu eterne damnationis, Sed peccatum lethale consistit
cum reatu eterne damnationis; ergo charitas non po-
test consistere cum peccato lethali actuali; Imo cum peccatum
actuale solum in instanti existat si in eo charitati coexis-
teret, absolute esset verum consistere charitati: ne ergo
in hac incidamus asseramus istam libertatem constitui
per habitum auferibilem ab aliquo eiusdem libertatis ex-
tremo.

SECTIO DECIMA:

*Substernuntur argumenta conuicta praedeterm. cons-
tituere actum primum ex eo, quod intrinsece in
hæreat voluntati, praeueniendo actum
secundum.*

253

A

sumptum ita probat P. Palanco: actus volū-
tatis immediate antecedens eius actum se-
cundum comparatur tanquam actus pri-
mus ad actum secundum; sed praedeterm.
inhærens voluntati constituit voluntatem in actu imme-
diate antecedenti ad secundum, ergo constituit illam in
actu primo proximo ad secundum, ergo se tenet ex par-
te actus primi proximi, illumque constituit. ¶ Expli-
catur; praedeterm. actuat formaliter voluntatem pro prio-
ri nature ad actum liberum ipsius voluntatis: ergo est
for

Palanco de
Prou. 9. 15
sect. 2.

formaliter actus prior secundo, & constituit voluntatē in actu immediate priori ante secundum: sed ex terminis actus immediatus ante secundum est primus: ante secundum enim non antecedit nisi primum: ergo hæc prædeterm. constituit voluntatem formaliter in actu primo.

Si vero dicas prædeterm. non esse actum primum nec secundum, sed actualem applicationem primi ad secundum. ¶ Contra insurgit. Actus applicativus est formaliter actuativus, quia est intrinsecus voluntati, & formaliter eam informat, ergo quamvis applicet est actus primo actuans voluntatem, quam actus secundus: si enim ipsa applicatio actuat voluntatē propriam ad actum secundum, cur ipse actus applicativus non erit formaliter actus primus, seu prior secundo? Aliter hæc applicatio applicat actum primum secundo, inter quos actus mediat aliquis actus formalis ipsius voluntatis, scilicet applicatio ipsa: sed actus primus inter quem, & secundum mediat alter actus non est actus primus proximus, & immediatus, sed solum mediat: ergo hæc applicatio solum applicat actum primum mediatum: sed applicare actum primum mediatum non obstat, ut hæc applicatio constituat actum primum proximum, & immediatum: ergo applicatio, quæ sit actus voluntatis, constituit actum primum proximum. ¶ Aliter: actus primus operandi unitur operationi media qualitate prædeterm. sed actus unitus secundo medio, alio actu non est actus primus proximus, & immediatus; tum quia actus primus immediatus immediate unitur secundo: tum quia actus immediatus essendi nullo actu intermedio unitur existentia, seu actui secundo essendi; ergo hæc applicatio non est actus primi proximi, & immediati.

254 Hoc argumentum licet ingeniose formatum facile dissolvitur, si præ oculis duo habes: 1. esse hæc duo

duo valde diversa: *A* prius actuatur subiectum quam *B*, & *A* est actus primus ad *B*. Non enim per actum primum intelligimus, actum prius actuante, sed actum virtutem seu sufficientiam exhibentem ad actum secundum; prius actuatur intellectum intellectio, quam verbum, seu species expressa; non tamen dicemus intellectionem esse actum primum respectu qualitatis verbi: in sententia communi actionem transeuntem, passio inherenti docente; prius inheret ligno calefactio quam calor, quin exinde calefactio sit actus primus ad calorem, licet sit actus prior calore. ¶ 2. Nota in voluntate nostra duplicem distinguendam esse formalitatem, & principij se moventis, & principij moti: est potens se movere, & etiam potens moveri: solus enim Deus est movens immobile; voluntas ut potens se movere est potentia activa, ut potens moveri explicat munus potentiae passivae, quia operatur dum se movet, non autem operatur ut sit mota; cum in tantum sit mota in quantum recipit motionem à movente immobili cui subijcitur, & subordinatur; in operatione enim, qua Deus operatur movendo naturam, non operatur natura, ad eam enim passivè comparatur.

1255. His motuunculis facile est argumento in forma satisfacere: fateor praedeterminationem constituere voluntatem in actu, ipsamque actuare formaliter ut potentiam passivam; nego verò constituere voluntatem in actu; seu eam actuare ut formaliter operativam; unde solum constituit voluntatem in actu motam; quia motio correspondet voluntati formaliter ut mobili, minime verò reddit voluntatem agentem, aut activam; quia istae denominationes proveniunt ab actu intrinseco voluntati ut operativae; est enim voluntas movens, ab alio motum in ipsa habens principium sui motus, cum licet se ipsam moveat sit ab alio mota.

D. Thom.
q. 3. de pot.
art. 7. ad 3.

D. Thom. q.
24. de ve-
rit. arti. 1.
ad 3.
Apost. ad
Rom. 8.

D. Thom.
q. 3. de pot.
art. 2. in
Corp.

D. Thom.
ibi.

vt ait Doctor Sanctus: vnde motio qua à movente
mouetur, nec est principium motus, quod in se habe-
bat, nec est actio, quam à se habet, sed est forma à
mouente impressa vt principium motus se moueat,
seu est ad actus salutare *Spiritus quo aguntur filij Dei*, nō
quo agunt, aut possunt agere, sed *quo aguntur vt agant*:
per quod patet ad explicationem.

256 Ad impugnationem vero illius,
quod inter arguendum opponitur, fatemur præde-
terminationem esse *applicationem virtutis ad agendum*, &
exinde esse actum applicativum præcedentem actionem,
& priorem actione; diffitemur autem esse actum pri-
mum agendi; non enim intelligitur per actum primum
agendi actus actione prior, sed actus qui sit virtus
activa, vel qui eam expeditam, & sufficientem consti-
tuit, vt superius tradidi. ¶ Ad id quod aliter oppo-
nitur respondetur, verum esse applicationem media-
re inter actum primum agendi, & ipsam actionem:
cum applicet vt coniungat actum primum actioni; *nam
virtus inferior non coniungitur effectui nisi per virtutem Su-
perioris*; hoc tamen non obstat, vt actus primus, quem
applicat, sit actus proximus, & immediatus agendi.
Immediatus quidem immediatione *virtutis* licet non
immediatione *actualitatis*; quia licet inter eum ac-
tum primum, & actionem mediet actus applicatio-
nis, non mediat actus, qui sit virtus ad agendum;
sicut Thomistæ asserunt intellectum immediate effi-
cere visionem beatam immediatione potentia, non
virtutis; quia inter intellectum, & visionem mediat
lumen, quod est virtus, & non est potentia. ¶ Vel si
maius dic, actum primum, quem prædeterminatio ap-
plicat, esse actum immediatum, & proximum res-
pectu actionis licet inter ipsum, & actionem mediet
actus applicativus, quia hic actus est voluntatis vt
agi

agibilis, vñ sic loquar, non vt activæ, & agentis, & ideo S. Thomas dixit (si est illius opusculum id) quod Deus inclinando arbitrium ad hoc, vel ad illud, non proprie dicitur influere, sed magis movere ad actû. Vnde nullus actus mediat inter actû primû, & actione, qui ut proprius voluntatis vt activæ; actus igitur iste applicat actum primû proximum, quem non constituit, sed supponit. ¶ Alia quæ possunt opponi prætermitto, quia primo libro opere satis dissoluta.

D. Thom.
opusc. 2. q.
38.

257 Ex dictis colligo, recte me olim præmonuisse ad cognoscendum, quod ex adiutorijs constituat potentiam actus, aut non? Hanc esse rectam consequentiam, *Adiutorium A est sine quo non fit actus, & non est quo fit: ergo constituit posse: hanc vero esse malam consequentiam, adiutorium A. est quo fit actus, & sine quo non fit: ergo non constituit posse: Quia instatur in adiutorio necessitate, v. g. visionis Dei ad amorem eius beatificum, quod constituit posse, & est adiutorium quo fit actus, & ut sic quo non fit.*

Tom. I. d.
2. q. 3. sect.
8.

258 Nec valet si opponas cum Palanco, qui hanc secundam consequentiam reputat rectam; nullum adiutorium necessitas esse proprie quo fit actus, quia per adiutorium quo intellexit August. productionem activam actus, quia sola proprie est id quo fit res ipsam fieri rei; ¶ Non inquam obest; quia per adiutorium quo fit res, non intellexit August. ipsum fieri rei, sed adiutorium connexum cum re: 1. quia adiutorium quo ex polluit Sanctus exemplo beatitudinis, *quæ cum data homini fuerit continuò fit beatus, vt ex hoc inferat esse adiutorium quo fit propter quod datur: ergo ex connexionè infert, quod sit adiutorium quo.* 2. Quia alimentum non esse adiutorium quo fit vt vivamus, convincit sanctus; non ex eo quod non vivat ipsus

Palanc. q.
16. n. 97.
fol. 381.

August. de
correp. &
grat. c. 12.

fieri vitę sed quia, *nec cum affuerint alimenta eis fit ut vivat, qui mori noluerit; vel quia alimenta non consequenter faciunt ut homo vivat: ergo per adiutorium quo ad vitam intellexit August. adiutorium, quod cum affuerit, fit ut vivamus, & quod consequenter facit ut homo vivat, non ipsam fieri vitę.* 3. Quia ut probet nunc Sanctis prædestinatis dari adiutorium quo ad perseverandum, ait: *Nunc eis dari donum per quod non nisi perseverantes sint: ergo ex S. P. omne adiutorium conexum, licet non esset fieri perseverantię esset adiutorium quod.*

SECTIO XI.

Dissolvitur Capitale argumentum Societatis intendens prædeterminationem exactam ad consensum salutarem constituere posse, quia dum abest nulla adest potestas expedita consentiendi.

258 **I**nter plurima hoc grande certamen inter Theologica princeps invium, & abstrussum existentia, non minorem obtinet locum; quod sæpius eodem in luto hæremus, non enim est obiectio vna obiective cum sit, quę sedecies ad minus non inculcetur, ut autem dilucide obscura materia pro virili procedamus, observa: libertatem constitui per simultatem potestatum ad extrema opposita, quorum quodlibet suam prædeterminationem exposcit; vnde quatuor propositiones defendere cogimur, dum libertatem prædeterminatione non lædi, sustinemus: 1. *Prædeterminatus ad consensum potest dissentire.* 2. *Prædeterminatus ad dissensum potest con-*

consentire 3. inpraedeterminatus ad consensum potest consentire. 4. inpraedeterminatus ad dissensum potest dissentire: Similiter dum cum scientia divina inimpedibili confensus, eiusque praedestinatione efficaci divina inimpedibili libertatem consentientis defendemus, & cum praepcepto divino inimpedibili in essendo, & obligando libertatem auctus praepcepti voluntatis impeccabilis sustinemus, in qualibet ex his materijs similes quatuor propositiones defendere cogimur; & cum vno ex principio iam vna, iam altera ex illis impugnatur, ex eo variando terminos, obiectione invariata, in qualibet materia quatuor argumenta construuntur, non solumque difficultate praemimur, verum etiam molesta repetitione confundimur. ¶ Unde existimo omnia tela quibus Docta societas evertere, & prostrare conatur concordiam praedeterminationis cum libertate, vnicè desumi ex duobus capitalibus principijs in quibus totum controversiae momentum situm est: 1. Dum alicui deficit exactum ad terminum à se incomparabile, non habet potestatem proximam obtinendi terminum. 2. Dum alicui adest, connexum cum termino à se omnino inimpedibile (id est quoad existentiam, & efficaciam) non habet potestatem proximam impediendi terminum. Ita vniversaliter refero Societatis principia; vt in primo ly, exactum incomparabile, & in secundo ly, connexum, inimpedibile praescindat à praedeterminatione scientia, & praedestinatione diuinis, & à praepcepto impeccabilis, & in vtroque ly, terminus, praescindat à consensu praedeterminato, à Deo praescito, vel praedefinito, & voluntati impeccabili praepcepto: Ad hanc Sectionem spectant omnia argumenta primo in principio innixa, ad quaestionem vltimam omnia, quae ex secundo principio vim accipiunt; vnde ex ingenti argumentorum molle, quam aduersarij extruunt nullum praetermittant, solum monens, quod vt easdem obiective difficultates varian-

do terminos in alijs materijs infringas, observes, quas in hac Sectione exhibeam responsiones.

§. I.

259 I. Ita igitur ex primo principio insurgunt; in prædeterminatus ad consensum non potest consentire: ergo prædeterminatio potestatem consentiendi constituit, aut ad eam exigitur: prob. ant. argumentis ingeniosissimi P. Antonij Perez à Recentioribus transcriptis: potentia, que neque habet, neque potest, seu non sufficit habere prius, neque habet, neque sufficit habere postea: v. g. Qui non habet, neque potest habere pecunias, non potest eas donare; qui non habet, neque potest habere medicinam sanitatis, neque eam potest consequi: & infirma, qui neque habet, neque potest habere medium, neque habet, neque potest habere finem pendentem essentialiter à tali medio; sic omnes artifices, & consultantes tunc existimant se posse sufficienter aliquem finem, dum non prævident, quod necesse sit prius fieri, & non possunt efficere; si vero id sit statim à consultatione desistant, ut ex Arist. & D. Thoma colligitur; sed in prædeterminatus ad consensum neque habet, neque potest habere aliquid prius consensu, & à quo consensus essentialiter pendet, scilicet prædeterminationem ad ipsum: ergo in prædeterminatus ad consensum non est potens consentire.

260 Prædictum discursum non suum, sed August. esse supponunt; ita enim Sanct. Pater obijcit Pelagianis: *Non sumus idonei cogitare ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est; ergo non sumus idonei credere à nobis quasi ex nobis: ant. et Apostoli: ad consequ. tamen probandam hoc principium August. assumpsit, quod proponit Societas, ita enim ait. Quis non videt prius esse cogitare, quam credere, nemo enim credit, nisi prius cogitaverit esse*

*Ant. Perez disp. vlt
t. 1. Pro
vid. sect. 1.*

*Arist. lib.
7. methap.
cap. 7.
D. Thom.
ibi in com-
ment.*

*Ant. Perez
ibid. Riva de
n. i. a. ubi
infra i. pr.
Jo tom. 4.
disp. 4. sect.
3.*

*August.
de predest.
s. 1. c. 2.*

esse credendum: vel ut infra subdit, credere sine cogitatione non possumus. Ergo supponit August. hoc principium, qui non est sufficiens ex se ad aliquid prius credere, non est ex se sufficiens ad credere quod est posterius: sed id principium æque nos oppugnat; quia prius est prædeterminari, quam consentire, nemo enim consentit, nisi prius prædeterminetur, cum consentire sine prædeterminatione non possumus; sed imprædeterminatus non habet sufficientiam ut prædeterminetur: ergo nec ut consentiat.

261 Urget 1. Consensus ut existens ex prædeterminatione non est in potestate imprædeterminati ad consensum; sed consensum existere modo possibili est existere ex prædeterminatione; quia consensum existere, & non ex prædeterminatione est chimera: ergo consensum existere modo possibili non est in potestate imprædeterminati ad consensum: min. supponitur: prob. mai. ut actus faciendus cum modo aliquo sit in nostra potestate necesse est modum ipsum non excedere potentiam nostram; & ideo D. Thom. ut probet iudicare libere non excedere potentiam nostram, id ostendit, quia nec iudicare excedit potentiam iudicativam. nec libertas iudicij excedit potentiam liberam; sed modus prædeterminationis non est in potestate, imò excedit potentiam imprædeterminati: ergo non est in potestate imprædeterminati consentire ex prædeterminatione.

262 2 Qui necessario caret aliqua forma necessario, & sine libertate caret conjunctione huius formæ cum aliquo effectu posteriori; quid enim evidentius? Sed imprædeterminatus caret necessario, & sine libertate prædeterminatione: ergo caret necessario, & sine libertate conjunctione prædeterminationis cum consensu: sed habere consensum iuxta nos est habere conjunctionem consensu cum prædeterminatione: ergo imprædeterminatus caret necessario, & sine libertate consensu,

D. Thom.

q. 24. de
veri. art.

4. n. 6. 8. 2. 0

& ex inde non est liber ad consensum, neque eum habet in potestate.

264 3. Qui est necessitatus ad imprædeterminationem, nullam potest habere actionem liberam, & ab ea separatam, sicut qui necessario patitur metum, neque potest se liberare a metu nullam potest habere actionem separatam, & liberam à metu, id est cum metu non coniunctam, sic homo necessitatus ad existendum in carcere non potest habere ullam actionem in platea, & eadem est de omnibus ratio nulla exceptione facta, quia hæc sunt evidentiæ secundum communem hominum conceptionem; sed homo imprædeterminatus est necessitatus ad imprædeterminationem: ergo nullam potest habere actionem separatam ab imprædeterminatione: ergo vel non potest habere consensum, vel potest habere ipsum cum imprædeterminatione coniunctum.

264 4. Ex P. Rivadeneira: non minus ut homo se convertat prærequiritur prædeterminari à Deo ad conversionem, quam ut Deus convertat hominem prærequiritur Deum prædeterminare hominem ad eandem conversionem; sed si Deus non solum non prædeterminaret hominem ad conversionem; sed neque pro suo divino arbitrio prædeterminare posset, non haberet facultatem liberam ut hominem converteret, quia sic deficeret Deo medium unice prærequisitum ad convertendum, facultasque libera ad dandam existentiam ei medio: ergo si homo non solum non sit prædeterminatus, sed neque habeat potestatem liberam, ut eam prædeterminationem acquirat, non habebit facultatem liberam, ut se convertat; quia deficiunt homini simul medium prærequisitum necessario ad eam conversionem & potestas libera ad præstandum existentiam ei medio.

*Rivadeneira
disp. 20. de
Scient. c. 5.*

265 5. Ex eodem; qui non habet potestatem liberam ad ponendum consensum ut essentialiter est, non habet veram potestatem ad ponendum consensum, sic qui non potest ponere hominem ut animal rationale, non potest ponere hominem, quia homo est essentialiter animal rationale; sed imprædeterminatus nequit ponere consensum ut essentialiter est; ergo. Prob. min. consensus essentialiter est coexistens prædeterminationi; sed imprædeterminatus non potest ponere consensum coexistentem prædeterminationi, cum ea careat simulque potestate acquisitiva ipsius, sicut ego non habeo facultatem liberam ad ponendas meas actiones ut coexistentes cum conversione Turcæ, quia mihi deficit talis conversio, simulque potestas acquisitiva ipsius; ergo.

266 Urgetur ex ipso 6. Qui est in periculo mortis adeo gravi ut neque penes eius arbitrium sit ab eo periculo exire, neque id cum perseverantia vitæ coniungere, non habet facultatem ut perseveret in vivis; ergo qui est in periculo non consentiendi adeo gravi, ut neque penes eius arbitrium sit ab eo periculo exire neque illud coniungere cum consensu non habet facultatem liberam ut consentiat; sed imprædeterminatus est in periculo gravi non consentiendi nempe cum carentia prærequisiti ad consensum, ita ut non sit penes eius arbitrium ab eo periculo exire, cum non sit in eius arbitrio prædeterminari, neque id periculum cum consensu coniungere, cum nulla potestate coniungibilia sint consensus, & carentia prærequisiti essentialis ad ipsum: ergo imprædeterminatus non habet facultatem liberam ut consentiat.

267 Urgetur 7. ex P. Herrera; pone casum in quo Petrus imperet actum A & Deus pro suo dominio non prædeterminet actum A in hoc casu Petrus non potest absolute, & simpliciter ponere actum imperatum,

Rivad. de actibus hum. dip. 146. 1.

Rivad. ubi supra

Herrera de predest. q. 6. sect. 4.

& tamen solum illi deesset prædeterminatio ad actum
A: ergo ex defectu prædeterminationis deficit potestas,
 & ita prædeterminatio erit exacta ad posse: cetera pa-
 tent, & prob. mai. qui vult efficaciter exequi aliquid, & ta-
 men non exequitur, non potest illud exequi: sed in hoc
 casu Petrus vult efficaciter actum *A*: ergo dum non exe-
 quitur non est quia non vult, sed quia non potest. ¶ Con-
 firmat ex August. *Hoc est in potestate, quod cum volumus fa-*
cimus: ergo quod cum volumus non facimus non est in
 potestate: August. enim iterum ait, *Non enim possum aliud*
sentire esse in potestate nostra, nisi quod, cum volumus faci-
mus; at in casu prædicti imperij, & negatione prædeter-
 minationis ad actum imperatum Petrus non exequitur
 actum *A* quem vult: ergo quia non potest. ¶ Addo; in
 præiacta hypothesi supposita obligatione præcepti actus
 imperati sequi eius omissionem esse, & non esse pecca-
 tum, esset enim peccatum; quia qui potest tenetur, & non
 facit, peccat; sed Petrus non faceret actum imperatum,
 ad quem obligaretur, & posset, quia solum ei deficeret
 prædeterminatio ad posse non exacta: ergo omitendo
 factum imperatum præceptum, peccaret; aliàs non pecca-
 ret, quia peccatum voluntarium est malum, ita ut quod
 non est voluntarium non sit peccatum ut est principium
 sanctum; sed ommissio actus imperati præcepti nõ esset vo-
 luntaria, imò esset contra imperium voluntatis, & effica-
 citer ex se moveatis ad actum: ergo talis ommissio pecca-
 tum non esset: conanti enim quatenus est ex se ad ali-
 quid, si illud non obtineat non imputatur ei non obri-
 nere.

268 Urgetur 8. Ex P. Avendaño: perinde est
 homini non esse proximè possibilem actum, ac homi-
 ni non esse proximè possibile aliquid ex eis sine quibus
 nequit existere actus; sed imprædeterminato impotenti
 habere prædeterminationem actus, non est proximè pos-
 si-

August. lib
1. retract.
cap. 122.
August. lib
3. de Libe-
ro arbt. c.
3.

Avendaño
disp. 17. c.
2. sect. 4.
 & *alibi*
p'urics.

sibile aliquid ex eis sine quibus nequit existere actus : ergo imprædeterminato non est proximè possibilis actus & exinde non est proximè potens ad actum : prob. mai. 1. quia si definiatur, quid sit homini non esse proximè possibilem actum, non potest vlla alia assignari definitio nisi ea, vel alia equivalens, nempe est perinde, *Ac non esse homini proximè possibile aliquid ex eis sine quibus nequit existere actus*; sicut è contra si petatur quid sit actum esse proximè possibilem, non poterit alia assignari nisi ista, aut alia equivalens est perinde ac nihil agenti deficere ab ipso insequibile ex eis omnibus sine quibus nequit existere actus. ¶ 2. Quia deficiente luce sapientius non est proximè possibilis visio; astante specie, & deficiente eius excitatione, vt in somno non est homini proximè possibilis cognitio; deficiente cognitione non est homini proximè possibilis volitio; deficiente applicatione cibi non est proximè possibile comedere pauperi; sic deficiente medio inaccessibili exacto non est proximè possibilis consequutio finis, non alia ratione nisi quia in his omnibus ex èplis *Deficit agentis aliquid insequibile ab eo ex eis sine quibus nequit existere terminus* : ergo hoc principium est vniuersaliter verum. ¶ Aliter: inquirendo an sit vera ista propositio: *Actus est proximè impossibilis agenti eo ipso quod nec habeat, nec ipsi possibile sit habere aliquod prærequisitum ex eis sine quibus nequit existere actus*? Si affirmes? Ergo imprædeterminato est proximè impossibilis consensus; cum nec habeat, nec ipsi possibile sit habere prædeterminationem, sine qua nequit existere consensus: si neges? Assigna in quo consistit vere terminum esse proximè impossibilem agenti? Quod profecto nunquam poteris.

§. II.

nem oppugnat Societas, cum nos conatur ad gravissimam inconuenientiam adducere: 1. enim insurgit, quia in imprede-terminato non potest esse auxilium sufficiens ad consensum: ergo nec vera libertas, seu potestas consentiendi. Prob. ant. qui non habet auxilium quod sufficiat ad consensum, non habet auxilium sufficiens; quomodo enim erit auxilium sufficiens, quod non sufficit; sed imprede-terminatus non habet auxilium quod sufficiat ad consensum, cum ultra id quod habet aliud requiratur quod non obtinet nempe prede-terminatio, & nemo habet quod sufficit dum ei deficit aliquid quod exigitur: ergo. Vno verbo. Exempla rationes, & formæ, quibus intendunt in imprede-terminato non esse veram potestatem consensus, eisdem probant in ipso non esse sufficientiam, seu auxilium sufficiens vt consentiat.

Tyrfo disp.
17. sect.
11.

270 2. Inconueniens est ex nostra sententia sequi *Deum præcipere impossibilia*. Quod est Calvinianum dogma, dum imprede-terminato præcipit consensum, quia Deus homini illi non præcipit vt possit, sed vt actu obseruet præceptum; vel ergo præcipit vt obseruet cum prede-terminatione, quæ necessario, & absque sui libertate caret, vel vt obseruet sine illa? Et vtrumque esset homini illi impossibile, si physica prede-terminatio est necessaria: in iustusque esset Deus, si imprede-terminatum damnaret, quia in circumstantiis imprede-terminationis consensum non præstitit; alias eum damnaret quia chimæram non fecit: Vno verbo. Omnes arguendi formæ iam adductæ vt probent consensum non esse terminum veræ potestatis in imprede-terminatis, eisdem similiter probant, in eisdem non posse esse terminum præcepti vere obligantis.

271 3. Inconueniens quod infruat ex nostra sententia est; inutilem esse exhortationem vt consentiamus, & salutariter operemur; frustra enim exhortaretur

Apos-

Apostolus Corinthios *Ne in invacuum gratiam Dei recipere*: Si enim necessaria esset nova gratia prædeterminans (ait Reverend. Tyrso) nõ deberent exhortari ad operandum cum gratia accepta, sed potius à Deo postulare deberent, ut eis donaret gratiam prædeterminantem, sine qua impossibile erat Corinthijs gratiæ receptæ consensum adiungere, frustra etiam Deus *pulsaret ad hostium eor- dis ut si quis aperuerit intret, & spectaret ut peccator aperiret cor, si exigeret ultra pulsationem prædeterminationis clavem, & Deus eam pro suo libito negaret.* Vno verbo; Omnia argumenta adducta, ut probent consensum non esse terminum veræ potestatis in imprede- terminato, iterum urgeat ut probent consensum in ipso non posse esse terminum prudentis exhortationis.

272 Ultimum denique inconveniens, quod ex nostra sententia colligere intendunt est, esse iniustam increpationem non consentientis, & pravè optantis, si ad consensum est necessaria prædeterminatio; iniusta enim est increpatio, cui adhiberi potest iusta responsio; exprobandi autem non consentientē, quænam responsio rationabilior potest adhiberi; quam hæc: non habebam, quod omnino prærequiritur ad consensum; neque pæ- nēs meum arbitrium erat illud acquirere? Et quidem, qui de hac responsione non se putaret satisfactum iure opti- mo reputaretur stultus. Similiter dum Deus conqueritur de populo suo, quod cum *expectaret ut faceret vvas bono- rum operum fecit labruscas peccatorum*, si enim vinea populi Israel præter culturam gratiæ sufficientis exigeret culturam prædeterminationis, quam Deus denegavit, posset ei respondere, cur expectas fructum? Cur me reprehendis? Si scis pro tuo libito mihi deficere culturam sine qua nulla unquam vinea fructum tullit, essentialiter- que prærequisitam ad fructificandum; quem discursum

non

Paulus ad
Corinth. 6.

Tyrso ubi
Supra.

Apocalip.

3.



Isaia. V.

Ortega con-
trou. de de-
creto disp.
I. q. 7. cor-
tam. II. f.
536.

non esse Societatis sed M. P. August. illoque dignum asse-
rit P. Ortega, dum refert ex August. de corrept. & grat.
cap. 11. & q. 68. ex octoginta tribus hæc formalia verba;
*Si ad aliquod opus sit necessarium aliquod gratiæ donum, &
illud ita denegetur homini, ut Deus neque illud det, neque sit
paratus dare quid quid homo faciat, aut conuetur, non potest
homini imputari ad culpam, quod tale opus non faciat.* ¶ Si
militerque argumenta, & exempla, quæ adduximus, qui-
bus intendunt consensum in impreterminato non pos-
se esse terminum veræ potestatis, sub eadem forma pro-
ponunt, ut probeat in impreterminato consensum nõ
posse esse terminum iustæ correctionis.

§. 3.

273 ¶ Ut magnam huius argumenti difficulta-
tem conteram; præmoneo r. totam difficultatem hære
in exponendo, qualiter voluntas impreterminata ad
consensum obtineat eum in sua potestate proxima, faculta-
te expedita, & dominio electivo, si nec habet, nec potest
acquirere prærequisitum ut consentiat; si enim hæc fa-
cultas consentiendi in voluntate impreterminata sal-
vatur facile erit Deum posse præcipere, & obligare ad
consensum, quia Deus potest obligare ut faciamus id,
quod expedite possumus: similiter posset Deus expedita-
re consensum, exhortare ad consentiendum, & increpa-
re non consentientem; cur enim non exhortaretur ad
consensum cum obtinentem in sua electione? Et Cur
non iuste quæretetur, & increparet non consentientem,
si in suo electivo dominio erat consentire? Si ergo diffi-
cultas sistit in affirmanda potestate electivâ consen-
tiendi in impreterminato cur in præcepto iterum vr-
getur, in auxilio sufficiens, in utilitate exhortationis, iusti-
tiæque correctionis ut nova difficultas inculcatur? Argu-

mētum enim ita nervosum non eget iav.ili repetitio-
ne vt torqueat.

274 Præmonco 2. me non transcribere in-
numera Scripturæ, Conciliorum, & SS. PP, testimonia,
quę adversarij congerunt, vt præiactum fundamentum
muniunt, & exhorrent, quia solum convincunt id, quod
Sanctum est, nempe in potestate, & dominio electivo
peccatoris, seu non adiuti efficaciter esse, recte operari,
eique adesse auxilium vere sufficiens ad operandum, &
ideo Deum iultè præcipere rectas operationes, piè exhor-
tari vt in præceptis suis ambulent, corripere, conqueri,
& damnare eos, qui vias suas malas faciunt, quæ omnia
vt Orthodoxi adversus Etherodoxos firmissimè cre-
dimus; quod controvertitur est; qualiter fit in nostro ec-
lectivo dominio in præceptis Domini ambulare, cum
nec obtinemus, nec possumus acquirere prærequisitum
ad præcepti observationem? Quod dubium illis autho-
ritatibus non deciditur.

275 Præmonco 3. nos non pugnare cum lu-
mine rationis, licet absolute non concedamus hoc prin-
cipium: *Qui nec actu habet, nec in sua potestate prærequisi-
tum ad consensum non habet in sua potestate consentire,* licet
vt per se notum tradatur à Patre Suarez, & vt tale ab
AA. adversæ opinionis magnificetur, quod urgentissimè
prob. Non solum Dominicanì; sed etiam doctissimæ So-
cietatis filij incunctanter negant id principium positivè
affirmantes esse in voluntate potestatem expeditam ad
dissentum, licet nec actu habeat, nec in sua potestate præ-
requisitum, vt dissentiat; sed audacia est existimare Socie-
tatis doctos filios negare principium per se notum, &
evidens: ergo nō est tale principium. id. Min. ex terminis
nota, ad maioris probationē duos plenissimos testes ad-
duco R. Tyrso, & P. Avendaño id referentes: supposito
ergo nō pugnare Thomistas negando tale principium, nec
cum

Suarez lib.
5. de grat.
cap. 23.



Tyrso tom.
2. disp. 6.
sect. 7.

Avendaño
disp. 7. c. 3
sect. 1.

August. de
Corrept. &
grat. c. 3.
Apost. 1.
Corinth.
16.
1. Co.
rinth. 6.
1. Tess. 3.

August. ibi
cap. 4.
August. ibi
cap. 5.

cum lumine fidei (quod absit) acc cum Patribus; neq
lumine rationis; videamus, qui vero conformius.

276 Et I. ad infringendam argumenti vim
occurrit illud sibi obiecit S. Augustinum in libro de
Corrept. & grat, ad sedandas dissensiones occasione Di-
vinæ gratiæ ad bona opera necessariæ inter Monachos
Adrumetinos ortas; ab Augustino scripto. Nonnulli
enim ex illis Monasterium Valentini turbantes, dicebant,
*Præcipiant tantum nobis quid facere debeamus, qui nobis
præsumunt, & ut factamus orent pro nobis, non autem nos corripiant,
& arguant si non fecerimus.* Cui quærellæ respon-
det Augustinus; *Imo omnia fiant quoniam DD. Ecclesiarum
Apostoli omnia faciebant, & præcipiebant, quæ fierent, &
corripiebant si non fierent, & orabant, ut fierent. Quod pro-
bat exemplo Pauli, qui præcipiebat, ut haberetur charitas
corripiebat, quia non habebatur charitas, & orabat. ut
abundaret charitas: unde concludit; Homo in præceptione
cognosce quid debeas habere: in correptione cognosce tuo te
vitio non habere; in oratione cognosce unde accipias, quod
vis habere.* Sed adversarij non quiescunt, ino potius vr-
gent argumentum impugnando illa Augustini verba: *In
correptione cognosce tuo te vitio non habere hoc modo: quomo-
do meo vitio non habetur, quod non accepi ab illo à quo nisi de-
tur non est omnino alius, unde tate, at tantum munus habea-
tur? Recte autem corripere, si eam gratiam mea culpa non ha-
berem, hoc est, si eam possem mihi dare vel sumere ipse, nec fa-
cerem, vel si dante illo, accipere noluissem. Cum ergo, & ipsa
voluntas à Domino præparetur per gratiam, cur me corripis,
quia vides me eius præcepta facere nolle, & non potius ip-
sum rogas, ut in me operetur, & vellet?*
277 Non est argumentum nobis obiectum
id ipsum, quod Augustinus in libro illo de Corrept. &
gratia potentissime devellavit? Arguas fatebatur iustam
esse correptionem dum vitio, aut culpa propria non ha-
be-

betur charitas, vel quia possum facere; & non facio Deum eam donare, vel quia Deo donante accipere nolo: solum impugnabat iustitiam correptionis ex gratia preparante voluntatem, quam, nec possem sumere, nec mea culpa non haberem, quia Deo donante accipere nolim. En Argumentum sepius inculcatum: *Cur ergo corripimur, arguimur, reprehendimur, accusamur? Quid facimus, qui non accepimus? Charitatem inquirunt, non accepimus, quid itaque corripimur, quasi nos eam nobis dare possimus, & nostro arbitrio dare volumus?* ¶ Et in Adamo ubi urgentius argumentum praemittit ita concisse à Sancto Patre proponitur: *Porrò si propterea Adamus non habuit perseverantiam; quia non accepit quid ipse non perseverando peccavit, qui perseverantiam non accepit?*

August. ib.
cap. 5. in
fine.

278 Ut hoc argumentum sua gravi difficultate horrorem doctrinae Thomisticae non inducat Doc-tissimi AA. ex nostris totis viribus intendunt simili argu-mento cruciari opinionem Patrum Societatis, id retor-quendo invocatione, seu gratia congrua, aut praevi-sa efficaci; ita ut eadem sit difficultas qualiter possit consentire incongrue vocatus, aut adiutus auxilio praevisto inefficaci? Et ex inde cur obligatur praeepto? Quomodo exoratur ut consentiat? Qua iustitia corripitur non consentiens, & qualiter auxilium sufficiens obtinet? Ac dum inquiritur, qualiter impre-determinatus possit consentire? Cum non minus sit exactum consentientem praedeterminari in nostra sententia; ac consentientem incongrue vocari, seu auxilio praevisto efficaci praevisione sua.

279 Meo tamen iudicio operam per-dunt, quia parum ferit ista retorsio, nostramque sen-tentiam haud levi fundamento iniuste expoliant. Vtrumque breviter sed efficaciter probabo; primum; quia suppo-

sua libertate constituta per auxilium sufficiens (tunc enim solum obligatio, exhortatio, & correptio locum obtinent) est in potestate, & dominio voluntatis congrue vocari adiungendo vocationi consensum; reddereque similiter id auxilium prævisum efficax: cum scientiam efficacis auxilij unicæ creaturæ liberam societas edoceat; ergo nil adstruit in gratia præveniente exactum ad consensum, quod voluntas semel libera actu non obtineat, vel in sua potestate habeat: ergo hoc principium, quod assumunt, qui *actu non habet, vel potest habere exactum ad consensum non potest consentire*, in sua gratia congrua, aut prævisa efficaci instantiam non patitur, nō enim admittunt rectam correptionem nisi quatenus correptus omnia exacta ad consensum possit sumere, sibi dare, & non faciat, vel Deo dante, & offerentē accipere nolit: fateor, quod in suis principijs potest retorqueri argumentum in prædefinitione illa efficaci intentivæ consensus, quam edocent, cogendo ipsos, ut requisitam fateantur, & tunc casus, deficiente prædiffinitione erit voluntas potens consentire, quin actu habeat neque in sua potestate prædiffinitionem soli Deo liberam, quam instantiam iam alibi traditam nunc prætermitto non enim mihi subit quicquam addendum. ¶

Iam probo secundum; si præiactō difficili argumento equè præmitur sententia Societatis, ac nostra; ex eo quod oppugnet Augustini sententiam non possumus colligere nostram opinionem esse potius Augustini quam suam; in casumque scriberet eruditus Dominicus *quam grandis consolatio opinioni Thomistarum nullis se argumentis pulsari, quibus impetita non fuerit August. sententia. Quam deploranda desolatio, & quam parum tuta eorum fors, qui non alia in Thomisticam sententiam tela vibrant, quam qua in August. adversarij olim sui iaculati sunt*

No

Tom. I. dis
put. I. q. 3.
sect. 4.

Consensio
lib. 2. de ser
vat. 4. c. 2.

Ne eadem est August. & Thomistarum thesis, si eadem contra utramque militent argumenta: Fateamur igitur hoc argumentum vnicuique vim obtinere, adversus nostram, & August. sententiam, cuius sententiam insequendo dicimus ad argumentum cum ipso.

280 *Ad hac respondemus, sed siste paululum Sanctissimi. Pater; prius enim, inquiras, intendis non esse iustam correptionem, dum non adest libertas ad vitandum malum de cuius commissione est correptio, & similiter dum adest libertas ad faciendum bonum de cuius omissionis vicio est increpatio? Absit hæc amentia à Sanctissimo Ecclesiæ, & gratiæ Doctore asserente quis non clamet stultum esse præcepta dare ei cui liberum non est, quod præcipitur facere? Similiterque edocente, iniquum esse eum damnare cui non fuit potestas iussa complere.*

August ibi cap. 5.

Lib. unico contra Marcianum. c. 103


281 *Ulterius inquiras: intendisne probare iustam correptionem licet, qui corripitur; quia Charitas non habetur non habeat in potestate Deum ei donare salutare charitatis donum? Vel solum intendis iustam esse correptionem dum Charitas non habetur quia correptus habet in potestate eam sibi dare vel sumere, & non facit, aut quia cum Deus sit paratus eam dare ipse non vult accipere? Si primum: ergo Sanctus expresse intendit inefficax esse argumentum nobis obiectum: falsumque esse principium hoc: Solum iuste corripitur non consentiens dum actum habet, aut in sua potestate omnia exacta ad consensum: quia cum confectus sit Dei donum, Deum eum donare exigitur ut sit. Si dicas secundum: contra: ergo August. frustra asserit *Ad hac respondemus cum potius det arguenti manus expresse affirmanti: Recte autem corripere si eam possem mihi dare, vel sumere iose, nec facerem: vel si dante illo accipere noluissem.* Vno enim verbo discordias monasterij Valentini sedaret, asserendo dum non adest libertas*

non est iusta correptio: *quis non clamat?* Dum vero adest, si nolis præcepta servare corripendus es, quia potes tibi dare, aut sumere, & nō facis: & Deo dāte accipere nō vis.

282 Hinc præoccupata iam est solutio P. Rivadeneira post alios asserentis diversissimum esse argumentum, quod Augustino Monachi obiciebant ab eo, quod Societas Thomistis opponit, illud enim contendebat non esse reprehensione dignos non consentientes ex eo, quod impossibile sit bonum consensum habere nisi donatum à Deo; Societas vero contendit non esse reprehensione dignos non consentientes ex eo, quod impossibile sit consensum habere nisi prædeterminatū à Deo; proculdubio enim fas est ex diversis medijs hæreticis, & catholicis idem absurdum arguere.

283 Supposito enim inferre absurdum iniustæ correctionis non consentientis ex hoc antecedenti: *Consensus debet esse donatus à Deo esse hæreticum deliryū; inferre vero idem absurdum ex hoc antecedenti, consensus est prædeterminatus à Deo: esse argumentum Doctæ Societatis, ut tamen suadeam de mente Augustini esse consensum esse prædeterminatum à Deo intendo argumentum Augustino oppositum, quod Sanctus mirificè debelavit; solum inferre absurdum iniustæ correctionis ex eo quod consensus prædeterminetur à Deo; non ex eo quod pure à Deo donetur; unde ita disputo: certissimum est solum esse iustam correptionem non consentientis pro casu libertatis, ad consentiendum, nec de hoc inter Monachos, & Augustinum controversia aliqua fingi potest: supposita tamen libertate consentiendi consensum pure donari à Deo nil aliud est, quam Deum efficere consensum ex vnica determinatione consentientis, sed arguens non negabat iustam increpationem non consentientis dum in sua potestate, & electione haberet Deum donare, seu efficere*

Rivad. dil.
120. de sciē.
cap. 3.



consensum, cum potius fateretur: Recte corripit se posse sibi dare vel sumere, & non faceret, vel se Deo dare se accipere nollisset: Ergo non negat arguens iustam in crepationem libere non consentientis ex eo, quod consensus exigeret donari à Deo si non consentiens haberet in potestate determinare Deum, ut efficiendo donaret, sed quia esset ex actū Deū donare ex determinatione soli Deo libera, quod idem est, ac consensum à Deo prædeterminari. ¶ Quare August. non annuit quærelæ arguentis inquentis. *Charitatem non accepimus quia corripimur, quasi nos eam nobis dare possimus, & nostro arbitrio dare nollimus?* Facile enim convinceret ex ipso ipsum, si non existimaret supposita libertate charitatem donari à Deo, non utcumque, sed ex Dei prævia immediata determinatione, asserendo, dum vos corripimus quia charitatem non accepistis est quia vos eam dare potestis, & vestro arbitrio dare nolitis. Quo in casu, & vos fatemini iustam esse correptionem.

August. 267
cap. 5. in E
ne.

284 2. Ut argumenti vires infringam memoriæ commenda concissam, præciosam tamen sententiam ab August. edoctam, dum satisfacit quærelis Massiliensium per Sanctos PP. Hilarium, & Prosperum ei indicatis, quarum vna erat neminem posse correptionis stimulis excitari per hæc aurea verba, *cavendum est, ne dum timemus tepescat hortatio, extinguatur oratio, accendatur elatio.* Et ut videas quam iuste præcaveat August. ne extinguatur oratio, & ne accendatur elatio, dum timemus, quod tepescit hortatio: ob oculos concisse opponam ingentem huius materiæ difficultatem, quæ utramque probabilem sententiam præmit.

August. de
dono perse-
ver. c. 15.
August. 164
cap. 16.

285 Finge Etherodoxum libertatis veræ offorem ita callide disputantem: non habet homo in sua potestate, & electivo dominio habere consensum: ergo nec consentire, & ex inde non erit liber ad consentiendum.

*Apost. I:
ad Corint.*

dum. Prob. ant. non est in potestate hominis accipere à Deo consensum: ergo nec habere: patet conseq. quia: *quid habet homo, quod non accepit, cum enim consensus sit essentialiter donum Dei, habere consensum est ipsam habere donatum, & à Deo acceptum: prob. ant. non est in potestate, & electione hominis Deum ei donare consensum, quia Deus prout vult sua dona confert, ubi vult spirat: dona ex sua natura sunt donanti libera; & ideo donantem supplices ea, exoramus, quia ex electione eius, & determinatione provenit ea donare: ergo nec in potestate, & electione hominis est accipere à Deo consensum. Prob. conseq. quia quid aliud est hominem accipere à Deo donum, quam Deum id donum homini donare.*

*Trident.
sess. 6. cap.*

286 Huic argutie difficili respondet nostra Angelica Schola; ex vnica sua determinatione Deum donare consensum, sed ex determinatione hac prævia Dei nos accipere, & obtinere consensum ex determinatione nostra, quia hoc ipsū donat Deus; nos ex nostra electione accipere id ipsū, quod sua gratuita miseratione donat: *Quia est ita misericors, ut dona sua faciat merita nostra.*

*Ecclesiast.
156*

287 Sed iustat docta Societas non esse *relictum in manu consilij nostri, ad quod voluerimus manum porrigere. v. g. ad servanda Dei mandata, si est ex determinatione immediata Dei id nos accipere, & obtinere; quomodo enim erit in nostra potestate habere quod Deus vnice ex sua electione donat, si est prius ipsum donare, quam nos habere? Quid corripimur non habentes charitatem licet liberi simus: Si nos eam nobis dare non possumus? Tepesti Hortatio: Ut habeamus quod non accepimus, si habere est accipere id, quod in alterius electione est donare. Nos tamen fugiendo, ut Orthodoxi hæc absurda, quæ pro inconuenienti opponuntur, nostram probabiliter defendimus sententiam.*

288 Vnde Societas alia via respondet argu-
 mento præiactò, asserendo Deum nobis ex sua electio-
 ne donare libertatem per veram sufficientem interio-
 rem gratiam, qua nos vocat, pulsat, illuminat, & inspira-
 tione Sancti Spiritus præveniendò vires subministrat ad
 salutariter operandum: semel vero hac libertate à Deo
 donatà esse vnicè in electione, & determinatione volun-
 tatis nostræ, vocationi ananere, pulsationi apperire, & ins-
 pirationem recipere; simulque Deum efficere, & donare
 consensum, quem mini sincerissime offert in collatione
 gratiæ sufficientis, quam vnicè ex mea determinatione
 possum reddere efficacem, & cum dono salutaris con-
 sensus coniungere.

289 Instat tamen Angelica Schola hanc so-
 lutionem; Specialiter duo inconuenientia opponen-
 do: primum quod *accenditur elatio*, si Deus non deter-
 minat in mediata consensum, seu postquam determina-
 vit hanc seu illam sufficientem gratiam: secundum, quod
extinguitur oratio si supposita libertate non determinat
 Deus consensum, vt donum suum, quæ inconuenientia
 vitare satagit orthodoxa Societas, dum suam tuctur se-
 mitam.

290 Ipsa tamen ponderemus, vt difficultas
 nobis obiecta minuatur, & vicium de eadem licencia,
 qua opponunt, quod ex nostra sententia sequitur quod
tepescit libertatio, redarguà nusià aduersam 1. Quod *accen-*
ditur elatio: 2. Quod *extinguitur oratio*, elatio enim accen-
 ditur, quia posset consentiens gloriari in se ipso aduersus
 non consentientem, & non tantum in domino non de
 libertate vtrique gratuito donata, sed quia semel posita
 libertate ipse ex sua vnica determinatione à Deo consen-
 sum accepit. Et quia hoc argumentum alibi diffuse pro-
 sequutus sum, vbi videndum, nunc ad hanc interrogatio-
 nem difficultatem restringo; est ne aliquid in consentiē-

Tom. I. dis-
 put. 2. q. 2.
 à sect. 2.

te præter libertatem, quod non sit vnice ex determinatione sua, vel omnia præter constitutiva libertatis sunt ex determinatione solius consentientis; si 1. id præter libertatem ex determinatione Dei existens, & impediens electionem consentientis? cur non posset excusare non consentientem, qui id inculpabiliter non assequitur? Vt nobis opponunt; si vero dicas 2. licet consentias non possit in se ipso gloriari de libertate, nec posset aduersus alterum; cur non posset gloriari de ipso consensu, quem vnice ex sua determinatione obtinet?

291 2. Scilicet *extinguere orationem ex eo colligitur*, quia supposita libertate inutiliter oraremus Deum consensum salutarem; frustra enim imò, & irrisorie deprecamur alterum id, quod iam in nostra electione est obtinere, & non in determinatione alterius, quod argumentum alibi expensum occasione ingeniosi Recentioris placet amplius illustrare, & urgere. ¶ Respondet enim cum communi sensu Scholæ suæ posse nos petere à Deo auxilia ad consentiendum; posse etiam petere, quod ea auxilia donet, quæ prævidet efficacia, petere vero actionem consentiendi supposita libertate plene constituta per gratiam esse plane stultum, & prorsus inutile; vnde cum ex hoc tertio modo orandi intuli esse exactam ad consensum salutarem gratiam non constituentem libertatem assumpsi ant. omnino falsum, cū potius ex stultitia, & inutilitate taliter orandi arguat P. Antonius Perez (addo Reverendi Tyro) impossibilitatem gratiæ prædeterminantis; ita enim arguuntur: si auxilium efficax esset in Dei potestate, & non in nostra sequeretur vtilem esse orationem qua petamus à Deo actum ex suppositione libertatis, sed est per se absurdum petere actum, qui est in nostra potestate ex suppositione, quod in nostra potestate sit: ait enim Augustinus: *Quid stultius, quam orare ut facias, quod in potestate habes?* Nec dissentit Hieronymus asserens

frus-

Tom. I. disp.
put. 2. q. 3.
sect. 6.

Aranda
disp. 7. sect.
II 3.

Antonius
Perez disp.
I. de Provid.
dent. c. 5. q.
II 3. n. 24.
Tyro l. I.
disp. 17.
sect. I id
Enao sect.
76.

frustra semper oramus si in nostro arbitrio est facere, quod volumus: ergo supposita libertate nullum auxilium est exactum ad actum, quod sit in potestate Dei.

292

Sed prius quam fundamenta nostra instauramus, quam parum feriat ista retorsio evidenter apperiamus. Respondeo enim distinguendo min. absurdum est petere actum, qui est in mea potestate ex suppositione quod sit in mea potestate, ita ut nullo egeam adiutorio, concedo min. ex suppositione, quod sit in mea potestate, ita ut alterius egeam adiutorio nego. min. & conseq. ¶ Statim dices solutionem esse adversus testimonia adducta Augustini, & Hieronymi; imò, & implicare in terminis; quia quomodo in potestate habeo id ad quod alterius adiutorio indigeo? ¶ Sed Augustinus dedit solutionis terminos; asserit enim *Quis autem optat, quod in potestate sit habet ut ad faciendum nullo indigeat adiumento?* Poterit ergo optare si in potestate ita habet ut alterius adiumento indigeat; supponitque Augustinus, aliquid posse esse in potestate, & sic ut alterius adiutorio indigeamus. Idemque scripsit Sancto Hilario Sanctus August. dum ita fatur: *Frustra rogantes Deum dicimus, ne nos inferas in tentationem si hoc in nostra positum est potestate ut nullo illius adiutorio id valeamus adimplere: ergo non frustra est oratio iuxta Augustinum, licet aliquid sit positum in potestate, sed non sic, ut alterius adiutorio id adimpleamus.* ¶ In eodẽ sensu loquitur Magnus Hieronymus; probat enim, quod Christus nõ debuit dicere *Surgite, & orate ne intretis in tentationem* iuxta Pelagiũ, sed potius *quid dormitis? Surgite, & resistite: liberum enim habetis arbitrium, & semel vobis concessa à Domino potestate nullius alterius indigetis auxilio:* ergo iuxta Hieronym. non frustra oramus ne intremus in tentationem, ex eo quod semel sit nobis à Deo concessa potestas, si auxilio etiam illius, quem oramus adhuc postquam est potestas concessa indigeamus.

Alijs

August. de natura, & grat. cap. 18.

Hieronymus lib. 2. ad vers. Pelagianos.

August. de peccatorum meritis c.


6.

August. ep. 89.

Hieronymus lib. 2. ad vers. Pelagianos.

293. Alijs terminis respondeo: frustra oramus quod in potestate iam habemus si voluntas sola sufficit, ut habeamus concedo, si voluntas sola non sufficit, nego, quia dum sola voluntas non sufficit, nec superflua nec imprudens Domino immolatur oratio; cum vero voluntas libera sola non sufficiat ad actum salutarem, id ipsum, quod in potestate habet iuste deprecatur Deum. ¶ Solutio est Augustini, cuius sententia: *quid stultius, quā orare, ut factas, quod in potestate habeas?* Ex qua argumentum conficitur: solum tenet dum ita in potestate habeo ut solus sufficiā. Quod pia aū sit legēdo verba Augustini immediate præcedentia, ut enim Pelagium convinceret Deum esse orandum, ut peccata futura vitentur: ita Sanctus ait: *Quod licet non fiat* (vitare quidem peccata futura) *nisi voluntas adsit, tamen ut fiat voluntas sola non sufficit, ideo* (pende causalem) *pro hac re nec superflua, nec imprudens Domino immolatur oratio, nam quid stultius, &c.* Non ergo August. negat utilitatem orationis, licet voluntas in potestate habeat, si sola non sufficiat, & in eodem sensu locutus fuit Hieronymus asserēs: *nō nostra solū esse potestatis facere quod velimus, sed & Dei clementie si nostram adiuvet voluntatem*, ubi expresse supponit non esse solum in nostra potestate, quod in nostra est, quam sententiam expressius edocuit August. dum ait de Pelagio: *Hic prohibet nos orare, ne intremus in tentationem, cū hoc ne nobis accidat in nostra tantū potestate esse contendit: nō ergo iuxta Augustinum prohibetur oratio, ne aliquid nobis accidat ex eo, quod in nostra potestate sit, si non contendimus in nostra tantū potestate esse.* Imò supponere videtur Augustinus aliquid posse esse in nostra potestate, & non tantum in nostra. ¶ Accedit; Innocentium Pontificem in eodem sensu fuisse loquutum PP. Concilij Milevitani referendo enim illa Psalmicæ verba *auxilior meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus*, ita ait, *quæ*

August. de
natura, &
grat. c. 11.



Hieronym.
lib. 2. adv.
Pelag.

August.
34. de nat.
& gra.

Psal. 26.

In casum dixit si tantum (pende exclusivam) in eius erat po-
situm voluntate, quod à Domino flebili sermone poscebat: pos-
sumus ergo à Deo poscere, quod in nostra est voluntate
si nō sit tantum in ea, sed etiam in voluntate illius, quem
flebili sermone exoramus; ex obiectione igitur nostra
sententia corroborata manet; vt enim aiebat olim S. Hi-
larius magna est vis veritatis, cum per ea ipsa, qua ei adver-
santur, elucet, & doctrina firmitatem, dum attentatur, acqui-
rit.

294 Probo iam supposita libertate plene cōf-
tituta per gratiam sufficientem nos iuste, & recte exo-
rare Deum salutare opus: vt ex inde conuincatur Deum
adhuc postquam donavit libertatem, novo dono deter-
minare consensum: primo ex Scriptura: Paulus ait; Con-
delector Legi Dei secundum interiorem hominem: vbi se or-
natum agnoscit sufficienti gratia, vt enim asserit August.
Non videam quomodo diceret homo sub lege cōstitutus; condelec-
tor Legi Domini, &c. Cum ipsa delectatio boni, non nisi gra-
tie deputanda sit: Prosequitur Apostolus. Video aliam legem
in membris meis repugnantem legi mentis meae. Vbi dum cō-
cupiscentiæ pugnam sentiebat erat plene liber ad eam su-
perandam delectatione boni non nisi gratie deputanda:
Sed in sensu composito huius plenæ, & perfectæ liberta-
tis cōstitutæ per gratiam flebili sermone exorabat: In-
felix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gra-
tia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum: & orabat,
quia laborabat ne peccaret, vt August. dixit, vel aut alibi
edocuit, Vt conflictu non vinceretur: Ergo in sensu compo-
sito libertatis plenæ cōstitutæ per gratiam recte oramus
Deum, ne peccemus cum tentatione laboramus, & ne
conflictu concupiscentiæ vincamur.

295 Secundo ex Summo Pontifice Celestia-
no primo ad Episcopos Galliæ ita scribente: Quod ergo
tempus interuenti, quo eius (Dei scilicet) non egemus auxi-
lio?

Innocen. ad
pud August.
cap. 93.
S. Hilarius
lib. 2. de
Trin.

Apost. ad
Rom. 7.

August.
cont. 2.

Epist. Pela-
gian. c. 10.

Apost. ibi.

Apost. ibi.

August.
lib. 6. cont.

Julianum
cap. 1.

August. lib.
5. cont. Ju-
lian. c. 6.



I.
Ad E-
piscop. Gal-
lic.

lio? In omnibus igitur actionibus, causis, cogitationibus, motibus, adiutor, & protector orandus est. Vbi Pontifex decernit, nullum esse tempus, quo non egeamus auxilio Dei, & non sit orandus Deus. Adversarij autem defendunt in tempore libertatis dum possumus vitare peccatum, nulla vero adest non peccandi securitas, imò potius peccatum imminet, quia sumus in peccandi periculo, Deum orandum non esse, quia novo auxilio, & beneficio Dei non indigemus: profecto, si ita est, tempus intervenit, quo Deus orandus non est, contra vniuersalem illam, quam Pontifex statuit.

S. August.

296 Tertio ex Augustino cuius plurimis ommissis duo selecta testimonia expendam: Non enim multis opus est, sed efficacibus. Primum dum ita ait; *agendæ sunt Deo gratias, quia data est potestas, & adhuc orandum, ne succumbat infirmitas*: Sed dum gratias agimus pro potestate, seu libertate ipsa adest, solum enim exhibemus gratias pro dono collato; ergo postquam data est libertas adhuc orandum est, ne succumbat infirmitas: non potuit clarius S. August. nos edocere vtilitatem orationis supposita libertate, quam coniungendo actionem gratiarum pro data potestate cum oratione pro recto eiusdem potestatis usu; non enim, ait, orandum esse Deum, ut hanc, aut illam libertatem donet, sed postquam pro suo libito libertatem donavit, pro qua gratias reddimus, exorandum est: Deum ut sub ea libertate infirmitas non succumbat est, ergo, in Dominio determinativo Dei postquam data est potestas, quod non succumbat infirmitas. ¶ Alterum S. August. testimonium est cum ita fatur: *Hæc est actio nostra, hæc est milita nostra?* (Actiones, scilicet, carnis spiritu mortificare) *In hoc agone cum confregistis Deum habemus spectatorem, in hoc agone, cum laboramus Deum poscimus adiutorem*: Ergo ex S. August. in conflictu, & pugna carnis, & spiritus Deum habemus spectatorem, & Deum pos-

S. August.
Serm. 13. de
verbis. ap. post
post. mediū.

poscimus adiutorem, sed dum Deus spectat cum configi-
mus liberi sumus, quid enim spectaret in pugna ab impo-
tente obtinere victoriam? Ergo cum liberi sumus in cer-
tamine carnis, & spiritus laborantes: & in confidentione
certantes Deum iuste, & utiliter poscimus adiutorem ut det,
nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

Apost. 32
ad Corinthios
3.

§. IV.

297

Quarto rationem Theologicam expen-
do mihi valde efficacem, pro cuius plena intelligentia
præmoneo, quod laet neminem: Pelagium quidem li-
bero arbitrio in creatione collato ad salutariter operan-
dum solum legem, & doctrinam adiecisse, quam ad
gratiam asseruisse pertinere, quod illam Deus in adiutorium
hominibus dedit: Hancque hæresim S. August. S. Hierony-
mus, Summi Pontifices, & Sacra Concilia perniciosam
decrevisse, & declarasse, præcipue quia *Impijs disputatio-
nibus dominicam orationem conabatur auferre*: Unde SS.
Patres hanc consequentiam evidentem existimarunt:
*Suppositis donis naturæ, & doctrina ostendente viam per quã
ambulare debemus recte oramus Deum, ut dirigat gressus
nostros, & salutariter operemur: Ergo Deus prævenit saluta-
re opus per gratiam distinctam à doctrina, & donis naturæ.*
A contradictorio enim consequentis intulerunt PP.
Pontifices, & Concilia contradictorium antecedentis;
Hocque fundamentum acriter prosequitur S. Hierony-
mus, eoque sæpius innititur S. August. specialiter in epis-
tola ad Vitalem, ubi, quia assererat; *Deum operari, quantum
tu ipse est ut velimus, cum nobis nota sunt eius eloquia*; Ita
intulit. *Dic ergo appertissime nos pro ijs, quibus Evangelium
predicamus non debere orare ut credant, sed eis tantummodo
predicare.* Quo etiam medio usus fuit D. Thomas, ad
probandum non sufficere habitum infusum gratiæ ad
perseverandum in bono.

P. Cœc. Car-
tagin. scrib
Innoc. apud
August Ep.
90.
Epist. Conc.
Milevitan
ni ad Innoc.
apud Aug.
92.
S. Hierony.
ad Ctesio-
phontem.
August. Vt
tali Epist.
107.
D. Thom. 3.
contrag. 6.
255.

Hoc

298 Hoc prænotato ita discurre: hæc consequentia est recta; Ecclesia non solum orat. ut infidelibus nota fiant per *doctrinam* Dei eloquia, sed etiam ut credant, ergo Deus operatur credere per gratiam prævenientem à doctrina distinctam: Ergo similiter hæc illatio est recta; Ecclesia non solum orat, ut infidelibus donetur libertas credendi per sufficientem gratiam, sed etiam ut credant; ergo Deus operatur credere per gratiã præveniẽtem à libertate distinctam; sed antecedens est verũ, sæpius enim audimus. *Sacerdotẽ Dei ad Altare exhortantẽ populũ Dei orare pro incredulis, ut eos Deus cõvertat ad fidem.* Ergo, & consequens est verum; cætera patent: & probo 1. conseq. Primo; quia assigna principium quo innixa sit consequentiæ PP. bonitas ut fiat syllogismus perfectus, quod æquè non inferat secundæ consequentiæ bonitatem, & quo nõ fiat syllogismus perfectus? Ego enim ut multis fatear tarditatem ingenioli mei tale principium non invenio. ¶ Secundo: bonitas illius consequentiæ SS. Patrum adversus Pelagianos fundari solum potest (ut arbitror) hoc in principio: *Frustra oramus Deum id quod cum oramus in potestate habemus independenter à nova gratia Dei.* Sed hoc principium, sicut insert, Ecclesiam frustra orare Deum, ut in fideles, quibus manifesta est doctrina credant, si Deus non prævenit credere per gratiam distinctam à Doctrina: ita probat; Ecclesiam frustra orare Deum, ut infideles, quibus donata est libertas, credant, si Deus non prævenit credere per gratiam distinctam à libertate; ergo ex oratione infertur Deum prævenire credere per gratiam distinctam à libertate ad credendum.

299 Dices; quod dum Ecclesia orat ut credant ij, quibus donata est libertas, seu sufficientia credendi, non exposcit Deum gratiam prævenientem à libertate distinctam, sed quod donet eam libertatem, & gratiam,

August. 161

am, cui praevidet consenturos, potius quam eam gratiam, cui praevidet dissensuros: ita adversarij.

300 Sed haud facile erit instaurare Argum. SS. PP. ex utilitate orationis depromptum, si eius insuperabilem vim casu licet conatu infringere tentarent Pelagiani; asserendo: Ecclesiam iuste orare ut credant ij, quibus nota est doctrina Evangelica, sed non exposcere gratiam distinctam, sed quod doctrina ita proponatur à Deo qualiter praevidet consenturos, potius, quam modo, quo praevidet dissensuros: Si ita responderent, quo principio impugnarentur? Quid fundate talibus haereticis regerere posset Catholicus? Assigna igitur principium aequè non probans, Ecclesiam exposcere gratiam aliam distinctam à libertate, & non solum in alijs circumstantijs donatam, dum orat ut liberi ad credendum credant.

301 Minimeque hoc effugium Pelagianos latuit, ut argumentum orationis dissolvere tentarent, si Augustino credimus, dum latebras Pelagiani dogmatis pandit, exponendo per gratiam iuvantem, ut declinemus à malo, & faciamus bonum: nullum auxilium intellexisse Pelagium, nisi in lege atque doctrina. Ita ut ipsas quoque orationes, ut in scriptis suis aperte affirmat, ad nihil aliud adhibendas optinetur, nisi ut nobis doctrina etiam divina revelatione apperiat, non ut adhibetur mens hominis, ut id, quod faciendum esse didicerit, etiam dilectione, & actione perficiat. Non potuit Pelagius clarius asserere orationes Ecclesiae non adhiberi pro gratia à doctrina distincta, sed ut doctrina aliter manifestetur, & nobis divina revelatione apperiat, ut ei acquiescamus.

302 Inspiciamus Augustinum evasionem istam refutantem, ut ex orationibus Ecclesiae convincat Deum praevenire credere per gratiam à doctrina distinctam; ita scribit. Non enim hoc oramus pro infidelibus, ut fiat eorum natura, id est, ut homines sint, aut ut doctrina eis

August. de gratia Christi. c. 41.

August. Ep. 107. ad Vitalem.

prædicetur, sed oramus, ut voluntas corrigatur, doctrina consentiatur, & natura sanetur. En medium convincens præparari voluntatem ut credat, non donis naturæ, non doctrina sic, aut aliter revelata, sed gratia à doctrina distincta, similiter insurgo; Non enim hoc oramus pro infidelibus, ut liberi sint ad credendum, ut eorum voluntas excitetur, ut inspirationibus pulsentur, sed ut voluntas corrigatur, inspirationi consentiatur, & excitatione surgant ut sanentur: ergo quia præparatur voluntas eorum ut credant, per gratiam distinctam à vocatione, inspiratione; & libertate credendi.

*S. August.
ibi.*

303 *Ausculata hæc Augustini verba. Quomodo dicitur, quod per legem Dei, atque doctrinam scripturarum fiat, quod eadem Scriptura dixit; præparatur voluntas à Domino, quandoquidem pro eis, qui eidem doctrinæ contradicentes nolunt ei credere, ipsum Deum fide recta rogamus ut velint? Et præme ipsum Augustini discursum, ut probes gratiam prævenientem à libertate distinctam: quomodo dicitur, quod vnicè per gratiam Dei excitantem, vocantem, & solum moraliter moventem præparatur voluntas à Domino, quandoquidem pro eis, qui eidem gratiæ resistentes, & contradicentes nolunt credere, ipsum Deum fide recta rogamus ut velint? ¶ Dices fide recta rogamus ut velint resistentes Spiritui Sancto, & in vacuum recipientes libere gratiam Dei, non quia exposcimus gratiam distinctam à sufficiente ea, & libertate, qua præparetur voluntas, sed ut sufficientia hæc donetur in alijs circumstantijs in quibus prævideatur à Deo fides. ¶ Et si dicerent Pelagiani (ut iam dixisse vidimus in Augustino) fide recta rogamus ut velint contradicentes doctrinæ non quia exposcimus gratiam à doctrina distinctam qua præparetur voluntas, sed ut hæc doctrina divina revelatione ita apperiat, qualiter Deus prævidet ei credituros; Assigna principium, quo hoc effugium refutetur, quod*

quod tuam probabilem solutionem aequae non impugnet? Cave tamen, ut plenus ut caecus, non probare veritatem Catholicam gratiae praevientis distinctae a doctrina alijs medijs, quae est: fateor, & agnosco; sed illo ex S. Augustino de prompto, *Orat Ecclesiam Deum ut velint contradicentes doctrinae*; Ne Argumentum SS. Parentis reddatur inefficax.

304 Fundamenta, quae ex oratione desumpta primo ad suadendam gratiam praevientem a libertate aequae distinctam, & exinde praedeterminantem, hic non vacat amplius firmare, nec ingeniosi Recentioris solutiones, quibus ea dissolvere, aut contemnere satagit, impugnare: tum; quia ea summo ingenio prosequitur, & illustrat P. Palanco: tum, quia quisquis eorum vim attente conspexerit facile agnoscat non esse contritam; solum non praetermittam argumentum id, quo specialiter idem assumptum ex utilitate orationis, deprecantis Deum, ut nos liberet a malo *omissionis boni praecipi* confirmavi, iterum urgere inquirendo, quoddam sit huius orationis obiectum, ut imprudens non sit? Vel enim oro liberationem a chimaeico malo, vel oro me liberari ab eo, qui non habet in sua electione liberare me; quorum utrumque fatuum est. Nam si oro Deum liberationem, a malo *omissionis*, dum *deficit libertas* ad bonum praeciptum, ita ut obiectum orationis omnia haec complectatur, oro Deum, ut me liberet, dum non est in sua electione, & determinatione liberare me; quod est fatuum; si exposco liberationem ab eo malo *omissionis* dum *deficit libertas* ex oro liberationem a malo, dum non est malum; sed chimera; ergo ut liberatio ab illo malo sit obiectum orationis prudentis est cum adest libertas ad bonum, quia adhuc tunc est

Tom. 1. dist.
2. quest. 3.
Aranda d.
7. sect. 14.
Palanco de
Provid. q.
12. sect. 4.

in electione, & determinatione Dei, vitatio mali, omissionis, & executio boni præcepti.

August. In-
nocent. Pon-
tif. Ep. 9. 5.
12. Q. 13.

305. Addo, quilibet Christianus orat Deum, ut liberet eum ab omni peccato; quid autem orat? Orat ut non peccet, hoc est nequid faciat mali quod pro Corinthiis, orat Apostolus Paulus dicens, oramus autem ad Dominum, nequid faciatis mali; Ulterius inquirō; dum orat ne peccet orat Deum donare potestatem non peccandi? Minime: quia alias exposeret obiectum necessarium; Necessaria enim est mihi potestas non peccandi; ratio est evidens; quia potestas non peccandi solum potest deficere per necessitatem peccandi; sed necessitas peccandi est chimera, sicut peccatum necessarium ergo potestas non peccandi deficere non potest; unde libertas non peccandi potest deficere, sicut de facto deficit Christo; & Beatis, sed est propter necessitatem non peccandi, quam habent; potestas autem non peccandi non potest deficere, per necessitatem non peccandi cum qua connectitur, nec per necessitatem peccandi, quæ non potest existere; ergo hæc potestas nequit esse orationis prudentis obiectum cum necessario existat.

En argumentum: Posita potestate expedita plane stultum, & inutile est petere actum; ut dicitis; quia dum possum omnia exacta ad actum, vel actu habeo, vel possum acquirere; & dum possum, actus à nulla alterius, determinatione dependet; Sed semper habeo potestatem expeditam non peccandi, ut est notum; ergo erit semper plane stultum, & inutile exorare Deum, ut non peccem. ¶ Vel aliter: recte oramus, ut non peccemus ex Apostolo; semper possumus expedite non peccare:

Ergo

Ergo postquam possumus recte oramus id ipsum,
 quod possumus licet id posse sit nobis necessarium;
 (2.) Ergo postquam possumus alterius ope indige-
 mus; illius quidem, quem rogamus (3.) Ergo post-
 quam adest non peccandi potestas ex alterius deter-
 minatione est, quod adiuvetur infirmitas. ¶ Valde
 fallor, si hoc argumentum Sancti Augustini non est,
 qui post verba superius adducta ita subiungit: *Vnde*
fatis apparet, quod ad non peccandum, id est, ad non
male faciendum; quamvis esse non dubitetur arbitrium
voluntatis, tamen eius potestas non sufficit, nisi adiu-
vetur infirmitas; ipsa igitur oratio clarissima est gratiae
testificatio: adhuc supposita potestate: vnde dum nos
praemunt Adversarij, quomodo statuimus potestatem;
& libertatem consensus salutaris, cum nec actu, nec
in potestate habemus gratiam Dei ad eum exactam?
 Respondeamus; quia ita volumus defendere liberum
 arbitrium, ut apud Deum non perdamus orationis
 auxilium. Non immerito dissolvendo argu-

Augusti ibi.

menta, quae contra hanc veritatem oppo-
 nitur sic P. Junio; quia ea solum Pater Palanco
 nec ampliori, egent
 discussione.

*Palanco de
 provid. 9.
 12. sect. 4.*

(?)

S. V.

306 **V**ltimo noto, & pro asserto statuo; ne certas & inconcussa cum incertis commisceamus; de conceptu libertatis nostræ esse omnia comprincipia creata esse ei subordinata, & subiecta in concurrento ad exercitium sibi liberum. ¶ Minime vero esse de conceptu libertatis nostræ subordinare sibi Deum in concurrento. ¶ Cum potius sit de essentia libertatis nostræ adhuc plene constitutæ esse Deo in concurrento subordinata: Tres partes habet assertum.

1. Scilicet esse de conceptu libertatis nostræ omnia comprincipia creata esse ei subiecta, & subordinata in concurrento ad exercitium sibi liberum, est principium Sanctum: id enim docent SS. PP. dum excellentiam, & dignitatem libertatis nostræ, & dominij prædicant: Nissenus ait; *Est in nobis libertas, quæ nulla necessitatis lege tenetur nullius in natura dominatus iugo subiecta, quæ iudicio certo, & liberrimo, quod vult eligit, virtus suæ spontis nullius imperio mancipata: Agentis nempe creati, quia hæc subiectio necessitatē naturalem induceret dominio nostro libero plane cōtrariā.* ¶ Hinc ut ostendat libertatis dam;

Nissenus lib
de opificio
hominis.

damnati fuerunt voluntates hominum astris subijcien-
tes, quos diffusse refutat S. Thom. quia non nos (Augusti-
nus fatur) de sole, & luna actiosum nostrarum eventa conij-
cimus ne in vite humane periculosissimis tempestatibus tan-
quam in scopulos miserę servitutis illisi, naufragemus. ¶
Hinc etiam fuerunt damnati Manichæi ut liberi arbi-
trij destructores, quia homines subijciebant animæ ma-
læ, vel bonę, quos evidenter convincit Augustinus sæpif-
sime. ¶ Ideoque nihil possunt impiorum valere blasphemie
(Augustinus ait) qui volentes excusare facinora sua nollunt
tribuere culpę suę, quod peccant, itaque fatum inveniunt,
quod accusent, aut Diabolum, cui non consentire in nostra po-
testate esse voluit, qui nos fecit. Diabolus igitur, nec omnis
infernalis caterba dominium non habent in voluntate
nostra, ut ex professo probavit D. Thom. Non enim Dia-
bolus cogendo, sed suadendo nocet (ait Augustinus) nec extor-
quet à nobis consensum, sed petit; nos Diabolum non adiuve-
mus, & vincimus: Ut eam alibi docuit ipse Mag. Pater
Satanas astutam suadendi habet, potestatem cogendi non ha-
bet. ¶ Nec concupiscentia imperium habet in electio-
nes nostras; sub nobis enim est appetitus noster, & nos
dominamus eum; licet enim per originale peccatum sen-
tiamus legem in membris pugnante legi mentis, non
vero eam subijcientem, aut dominantem, tentatur enim
quis (non autem dominatur) à concupiscentia illectus,
ipsa autem non semper, sed cum conceperit parit pecca-
tum; voluntas ergo nostra dominatrix est; omnia illi
parent, ipsa autem nullius imperium sequitur.

307 Secundam asserti partem, nempe non esse
de conceptu libertatis nostrę subordinare sibi Deum
in concurrente ad exercitium sibi liberum. Probo. Deus
non subijcitur, aut subordinatur nobis in concurrente
ad exercitia libera nobis: ergo prædicta subordinatio
non est de conceptu libertatis nostrę. Probo antecede

D. Thom. 3.
cont. gent. à
cap. 87. vs-
que ad 90.

August. de
ritibus Ec-
clesia c. 7.

August. in
Psalm. 7.
sub finem.

D. Thom. q.
3. de malo
ars. 3.

August. lib. 2.
50. Homi-
liarum Ho-
milia 12.

August. in
Psalm. 91.



Innoc. decr.
23. Novem
bris anno
1672.

1. Deus non subijcit nobis suam omnipotentiam, vt declaravit Innoc. XI. ergo Deus non subijcitur voluntati nostræ in ordine ad concurrendum cum illa. ¶ Dices Innoc. damnare omnipotentiam esse nobis subiectam in *essendo* non in *concurrendo*. ¶ Contra Innoc. illam subiectionem damnat vt erroneam non vt hereticam, & subiectio omnipotentia in *essendo*, vt heretica proscriberetur. ¶ Tum quia Innoc. damnavit subiectionem omnipotentia ab aliquibus AA. assertam; sed nullus subiecit aut subordinavit nobis omnipotentiam in *essendo*, sed solum in *concurrendo*: ergo.

Secundo inferius subijcitur superiori non è contra; sed Deus semper concurrit ad exercitia nostra, vt causa supræma, prima, & infinita, voluntas nostra, vt secunda, inferior, & creata: ergo non concurrit subordinando sibi Deum. ¶ D. Hieronymus aiebat, *quæ enim alia maior potest esse temeritas, quam Dei sibi, non dicam similitudinem, sed æqualitatem vindicare*: maior certe erit Dei non sibi dicam æqualitatem, sed superioritatem vindicare, subordinando, & subijciendo sibi Deum in concurrendo ad exercitia nobis libera. ¶ Ecclesia orat Deum, à quo bona cuncta procedunt, vt cogitemus, *quæ recta sunt, eo inspirante, & eo gubernante eadem faciamus*: si Deus nos exaudit, & eo gubernante recta facimus non ea facimus subordinato, & subiecto nobis Deo.

309. Hæc sufficiant in re iam certa, quia licet P. Avendaño vt cõmune Societatis placitum defendat libertatem nostram non solum constitui per carentiam subordinationis sui ad Deum, sed etiam per subordinationem Dei ad se; iam PP. Societatis attemperarunt voces dicendo, Deum non subordinare, aut subijcere nobis suam omnipotentiam, sed eam nobis attemperare, restat tamen eis explicare, in quo consistat agens aliquod, & comprinciipium esse formaliter in efficiendo alteri subordi-

D. Hierony.
Epist. ad
Ctesiphonem.
Ecclesia
Domin. 5.
post Pascha.
Attend. dif.
17. de hu-
man. lib.
c. 2. sect. 14.

ordinatum, aut subiectum præter hoc, quod est, pro nutu & determinatione alterius efficere, aut non efficere?

310 Terciam asserti partem; esse, quidem, libertatem nostram plene constitutam subordinatam Deo in concurrente ad exercitia nobis libera. Probo 1. voluntas tanto est liberior, quanto divina misericordie, gratiaque subiectior: Non igitur est oppositum libertati nostræ subordinari, & subijci Deo, eiusque divinæ gratiæ, & misericordiæ. ¶ 2. Libertas nostra constituitur per potestatem dominativam in sua exercitia secundam, & dependentem, non supremam, & independentem, sed potestas licet dominativa secunda, & dependens, potest immo, & debet subordinari potestati Domini supremi, & independentis; ergo. ¶ 3. Potestas activa secunda est subordinata in agendo primæ potestati activæ: ergo potestas dominativa secunda est subordinata in eligendo potestati primæ dominativæ; ei quidem, quæ adest, Regi Regum, & Domino Dominantium.

August Ep^o
89. ad Hilarium.

311 Sanct. Thomas versans illa Apostoli verba. Non est volentis, &c. ait: Non excluditur liberum voluntatis arbitrium, quasi homo non sit Dominus suorum actuum interiorum, & exteriorum, sed ostenditur Deo esse subiectum: ergo ex D. Thoma arbitrium, quo Domini sumus Deo subiectum est; non igitur, Domini sumus per exclusionem prioris Domini, & potestatis Dei, sed sub illa. Numquid Deo subiecta erit anima mea? Ait Propheta: Certe, quidem: Ab ipso enim salutare meum; ex eo quidem ut sit in omnibus primatum tenens, ut aiebat Apostolus; in exercitijs, ergo, liberis nobis non subiectionem, aut subordinationem, sed primatum obtinebit; quia Dominus universorum ipse est: Dominus igitur Dominijs liberi nostri, & actuum eius.

D. Thom.
3. cōt. Gēt.
Apost. ad
Rom. 9.

Psal. 61
Apost. ad
Coloss. 1.

Esther. 13.

D. Tb. 1. p.
9. 58. art.
4.

312 Ideoque D. Thom. ut probet solum Deum cognoscere cogitationes cordis, inquit; Quia vo-

D. Thom. 3.

p. 9. 20. ar.

tic. 1.

Sapientia

16.

Apost. ad

Thim. p. 2.

luntas rationalis creatura soli Deo subiecta est, & ipse solus in eam operari potest: Immo, & docuit Christum subijci ordinationibus Patris; quia omnis creatura Deo servit, ex illo sapientia creatura tibi factori deserviens, quare filius Dei dicitur formam servi accipiens: Christus est servus subiectus ordinationibus Patris, & voluntas nostra semel libera ita est Domina, ut non sit Dei serva; & Deo subiecta?

§. VI.

313 His prælibatis respondeamus, varijs arguendi formis à numero 259. propositis: negando prædeterminatum non posse consentire; ad eius probationem hoc principio innixâ Potentia, quæ neque, habet, nec sufficit habere prius non sufficit habere posterius. Resp. ut iam olim Ferrariensis, sufficientia independente ab alia causa priori cōcedo: sufficientia, aut potestate dependente ab alia priori causa, nego: unde, quod voluntas non habet in potestate prædeterminari, non probat non habere sufficientiam, & potestatem consentiendi, sed eam potestatem esse Deo subiectam, & ab eo dependentem ad consentiendum; nec enim causa inferior exigit habere in potestate causationem superioris causæ; non ergo in potestate voluntatis non esse prædeterminationem infert in eius potestate non esse consensum; sed potestatem consensus esse subordinatam Deo: Aliter enim accenderetur elatio, dum quis in se ipso, & non in Domino posset gloriari de consensu unice à sua electione, supposita libertate dependente; & extingueretur oratio, dum quis fallaciter, & stulte supposita libertate oraret Deum consensum. ¶ Nec ad rem sunt, omnia ea exempla, quæ adducuntur in quibus impotens ad id, quod requiritur ad terminum, dicitur non habere terminum in potestate; si enim ea requirata sunt influxus super-

rior



Ferrariensis

cont. Gent.

cap. 29. ff.

ad omnia.

rioris causæ, licet non habeam requiritum in potestate, habeo in potestate terminum potestate subiecta causæ superiori; secus vero, si sint requiritæ ab eo influxu distincta, quia mea potestas, & dominium debet esse completum, & expeditum ex parte causæ secundæ, & non est tale, si aliquod exactum deficit ex parte talis causæ, & in eius ordine. Et si inquiri: cur mea potestas libera exigit subordinare, & subijcere omnia comprincipia creata exercitij sui, & non exigit subijcere, & subordinare Deum? Rationem exhibes; quia dominium meum nulli præter Deum subiectum est: ita assero: omnia requiritæ ad actum, cuius dominus sum, meo dominio subesse; influxum Dei meo dominio non subesse, si enim hic influxus, licet exactus meo dominio subesset, subijcerem Deum, essetque in operando subordinatus, sicut omnia alia mea comprincipia; non enim destruitur voluntas, qua alterius ope indiget, ut dicebant Pelagiani apud Hieronymum, & ut sui iactabant per syllogismorum spineta decurrens, sic disputabat Pelag. *Aut utror semel potestate, qua mihi data est, ut liberum servetur arbitrium; aut si alterius ope indigeo libertas arbitrij in me destruitur.* Libertas ergo non destruitur licet alteri subiecta alterius ope indigeat.

314 Nec argumētū August. quo inferebat nō esse in potestate nostra credere, quia nō est in potestate nostra credenda cogitare; simile est, pro disparitate enim multa tradidimus, i. tomo, nunc addo ex præiactō principio: *cogitare dum non adest non potest voluntas libere eligere credere, quia nemo habet in potestate, quid ei ventat in mentem; & cum principio semel libero omnia comprincipia sui suppositi debeāt esse subiecta in efficiendo; si non adesse cogitare non posset voluntas vti cogitatione, ut eligeret, aut imperaret credere cogitata; principio tamen libero non subijcitur Deus, nec eius influxus; vnde licet non*

S. Hieron.
ad Ctesiphontem
prope medium.

Disp. 2. q. 3.
sect. 8.



non adfit *prædeterminatio*, quæ est in potestate Dei, h' abet in potestate *credere*, dum enim est libera potest in *credere*, si adest cogitare, licet deficiat *prædeterminari*.

315

Ad id, quod vrgetur primo num: 261. resp. consensum existere modo possibili, seu ex *prædeterminatione* esse in potestate *imprædeterminati*; non autem est in eius potestate *consensum esse ex prædeterminatione*, quæ sit in eius potestate, quia hoc non esset consensus esse modo possibili, sed chimerico; pro cuius intelligentia noto: hæc esse valdè diversa: *consensus prædeterminatus est in mea potestate, ac in mea potestate sunt consensus, & prædeterminatio*. 1. est verum, quia sub meo dominio libero est consensus possibilis, vt existens modo possibili, qualis solum est *prædeterminatus*; 2. est falsum, quia nequit in mea potestate esse id, quod subijcit meam potestatem superiori dominio, & cum per *prædeterminationem* subijciatur mea potestas Deo, nequit *prædeterminatio* esse in mea potestate; motio enim moventis nō est in dominio moti licet moventis: cuius veritatis in negabilia sūt exēpla, peccatū, vt existēs cū permissionis modo, seu vt permisū est mihi liberū, & in mea potestate nō sūt peccatū, & eius permissio; Deū enim permittere peccatū est in potestate Dei non mea; idem in peccato à Deo scito, est enim in meo dominio, quin subijciatur meæ potestati scientia diuina peccati. ¶ Et vt exemplum evidentius subijciam, non negant contrarij Deum posse *prædeterminare* consensum necessitando antecedenter ad eum; vnde consensus *prædeterminatus* esset effective, & necessario à voluntate; quia voluntas vt principium vitale effectivum concurrat ad suos actus necessarios; & tamen *prædeterminatio* non esset effective à voluntate, sed à Deo voluntatem necessitante; ita nos componimus consensum *prædeterminatum* esse libere à voluntate, & *prædeterminationem* non esse libere à voluntate,

te, sed à Deo eam determinante: sicut enim dum Deus necessitaret voluntatem ad consensum, voluntas efficeret necessario consensum cum modo necessitatis, & non efficeret necessario modum necessitatis; ita dum Deus determinat voluntatem, ut consentiat, libere efficit consensum, sub determinationis modo, sed non efficit libere modum determinationis. Aliter: dum addit libertas est in nostra potestate consensus sub modo libertatis, & non est in nostra potestate libertatis modus; alias libertas consensus esset nobis libera, & exinde, & libertatis carentia, & ita libere possemus consentire non libere, quod est chimera; ergo potest esse in potestate imprædeterminati consensus sub modo prædeterminationis quia sit in eius potestate prædeterminationis modus.

Dicimus enim uniformiter omnes; non esse in meo dominio modum actus, licet actus solus sit possibilis, ut existens sub illo modo, non inferre non esse in meo dominio actum, sed non esse in eo independentem ab alia potestate, sub qua sit modus ille actus: Noster enim sanctus expressè sibi opposuit argumentum hoc, quod nobis sæpius inculcant, usque ad nauseam, ut enim probaretur *Deum non operari in voluntate operante adversus se* has præmissas assumit: *voluntas est domina sui actus, et maiorem; hoc autem non esset si agere non posset, nisi Deo in ipsa operante: et minorem, quam ita probat, cum voluntas nostra non sit domina divinæ operationis*: huic argumento respondet Sanctus conc. mai. & neg. min. ad cuius probationem ait recte componi voluntatem esse dominam sui actus, & non esse dominam divinæ operationis, licet voluntas agere non possit, nisi Deo in ipsa operante, his verbis: *Dicendum, quod voluntas dicitur habere dominium sui actus non per exclusionem causæ primæ, sed quia causa primæ non ita agit in voluntate, ut eam de necessitate ad unum determinet, sicut determinat naturam, & ideo determinatio ac-*
tus

D. Tb. q. 3.
de creat.
art. 7. ad
13.

us relinquitur in potestate rationis, & voluntatis: in quo autem sit non de necessitate determinare voluntatem, sicut determinat naturam, immediate antea exposuit: Voluntati enim dedit dominium sui actus, ut non esset obligata ad alteram partem contradictionis, quod quidem dominium naturae non dedit, cum per suam formam sit determinata ad unum.

316 Ad id quod vrgetur 2. num. 262. resp. coniunctionem praedeterminationis cum consensu quo importare praedeterminationem nempe, & consensum; unde cum carentia praedeterminationis non sit impraedeterminato libera, & ei sit libera carentia consensus, carentiam coniunctionis praedeterminationis cum consensu dicimus esse liberam impraedeterminato inadaequatae, prout importat carentiam consensus, & inadaequatae non esse liberam prout importat carentiam praedeterminationis, quod explico in contradictorio carentiae huius coniunctionis, coniunctione nempe praedeterminationis cum consensu in sententia contraria in qua Deus praedeterminaret necessitando ad consensum, coniunctio praedeterminationis cum consensu erit mihi voluntaria, aut non? Omnes certe dicent inadaequate esse mihi voluntariam prout includit ea coniunctio consensus, & inadaequate esse involuntariam prout importat praedeterminationem: idem ergo assero de hac coniunctione esse inadaequate mihi liberam, & inadaequate non liberam, idemque de carentia huius coniunctionis, unde illa maius distinguitur; qui caret necessario forma aliqua caret necessario coniunctione illius formae cum effectu posteriori; coniunctione inadaequate sumpta pro vna parte illius concedo coniunctione adaequate sumpta, quo ad utramque partem neg. quia sine libertate caret praedeterminatione ad cuius acquisitionem non habet sufficientiam virtutis; libere autem consensu caret ad quem sufficientiam activae virtutis habet.

Ad

317

Ad id, quod urgetur 3. à num. 263. resp. neg. mai. aliud enim est imprædeterminatum non posse habere actionem *separando* imprædeterminationē; aliud non posse habere actionem *separatam* ab imprædeterminatione. 1. Est verum: quia non habet dominium, ut ab imprædeterm. separetur. 2. Est falsum, quia habet in suo dominio consensum ab imprædeterminatione essentialiter separatum, sicut cum sua prædeterminatione essentialiter conexum; sicut enim prædeterminatus ad consensum habet potestatem ad dissensum divisum à prædeterminatione, quia habeat potestatem ad dividendum dissensum à prædeterminatione, ut diffuse inferius exponam; ita (cum idem sit casus) debet dici de imprædeterminato ad consensum, quod habet potestatem ad consensum *divisum, & separatum* ab imprædeterminatione, sed non ad separandam, aut dividendam imprædeterminationem; quia sicut prædeterminatio consensus non potest auferri per dissensum, ita imprædeterminatio non potest tolli per consensum.

Infra q. 6.

Ad id, quod urgetur 4. ex P. Rivad. num. 264. Resp. neg. conseq. & disparitas in nostris principiis clara est, quia potestas Dei ad convertendum hominem exigit Deum posse prædeterminare hominem, non præcisè quia ut homo se convertat prærequiritur prædeterminari à Deo; sed quia potestas Dei, ut independens, & nulli subordinata, habet in potestate omnia media exacta, ut convertat hominem; potestas vero hominis, ut se convertat est potestas secunda, dependens, & subordinata; vnde non exigit in potestate habere prædeterminari, ut enim sæpius diximus, quod illa media, quibus conversio potest fieri libere non fit in potestate voluntatis creatæ ponere, vel non ponere; non solum non est contra rationem libertatis creatæ, & participatæ, sed est de intrinseca ratione illius, & contrarium destrueret libertatem

CAPIT

causa secunda, eamque constitueret primam; quia media quo determinatur ad operandum ponitur à t. causa, sed vata non laesa indifferentia potestatis causae secundae. Hanc solutionem paulo aliter tradidit Magister Ferrus hinc argum.

*Ferrus de
predest. q. 8
l. 9.*

318 Ad id quod urgetur s. num. 265. Resp. neg. min. ad cuius prob. neg. min. quia posse ponere consensum coexistentem praedeterminationi non est posse ponere praedeterminationem, sicut posse ponere consensum coexistentem Deo non est posse ponere Deum sed ad summum est posse ponere consensum posita praedeterminatione, & voluntas libera dñi est in praedeterminata est actu potens ponere consensum coexistentem praedeterminationi, quia potest ponere consensum posita praedeterminatione à Deo; non quia praedeterminationem potest sit necessarium, ut consentas poni possit, quasi exigitur ad posse, sed ad potestatis terminum, ut multis exemplis alibi iam exposui, nec de requisito praedeterminationis potest fieri paritas ad alia requisita; sicut fit in argumento, quia ego non possum ponere meas actiones, ut coexistentes cum conversione Turcae, quia mihi deficit talis conversio, & potestas acquisitiva ipsius. ¶ Non inquam valet, quia mea potestas libera nulli subordinatur nisi Deo, unde possum habere potestatem liberam ad consensum coexistentem praedeterminationi, quin eam obtineam, nec potestatem acquisitivam illius, per hoc quod sit potestas subordinata Deo praedeterminanti: non autem potest voluntas libera esse ad suum consensum ut coexistentem conversioni Turcae, quia alias esset libertati Turcae subiecta. ¶ Nota tamen; consensum *coexistentem* praedeterminationi me dixisse posse poni ab inpraedeterminato, non vero *coexistentiam* consensum cum praedeterminatione, non enim est idem ponere consensum *coexista*



coexistentem, & ponere consensum, & coexistentiam, sicut diversa sunt *Voluntatem posse ponere peccatum permissum ac posse ponere peccatum, & permissionem.* 1. Enim est verum, 2. Non ita: voluntas enim licet imprædeterminata potest ponere *consensum prædeterminatum*, Vnde, & coexistentem prædeterminationi; non autem potest ponere *consensum, & prædeterminationem*, vnde nec coexistentiam consensus cum prædeterminatione; loquendo igitur de ea *coexistentia* dicendum est in recto dicere *consensum, & prædeterminationem*, & à voluntate posse inadæquate poni ea parte, qua importat *consensum*, non vero adæquate, nec inadæquate ea parte, qua importat *prædeterminationem*.

319

Ad id quod vergetur 6. num. 266. Resp.

ut supra, quod quando voluntas est libera, omnia agentia creata sunt suo dominio subiecta, vnde non habet in sua libertate perseverare in vivis, si non habet in sua libertate vitare mortis periculum; non sic est de periculo non consentiendi, quod consistat in imprædeterminatione, quia hæc est carentia influxus superioris causæ, cui voluntas adhuc libera est immediate subiecta in consentiendo.

320

Argumenti 7. obiecti num. 267. memine-

runt Mag. Carrasco, & P. Palanco, sed iam olim illud clare dissolvit M. Leçana neg. mai. ad cuius prob. est dicendum, quod, qui *vult efficaciter exequi, & non exequitur non potest*: est verum in providentia regulari in qua dum Deus influit in volitionem imperantem influxu prævio, & applicativo, similiter influit in potentiam executivam imperio voluntatis subiectam; in providentia vero irregulari, & possibili in qua posito influxu in volitionem imperantem Deus non applicaret potentiam executivam, non exequi hominem, nec esse, quia ipse non vult, nec quia non potest, sed quia non vult Deus. ¶ Ad confirmatio-

Carrasco de
Volunt. dub.
6. n. 525.

Palanco de
prov. q. 17.
sect. 7.

Leçana in
I. p. disp. 7.
dub. appèd.

ncm

114.

non ex August. deumptam aſente eſſe in poteſtate; quod
 cum voluntas facimus Reſp. intelligi in hac providentia cō
 naturali in qua dūm aliquid eſt in poteſtate volentes exe
 quuntur; non in providentia miraculoſa dūm Deus im
 pedit executionem adhuc poſſita applicatione ad impe
 rium. ¶ Ad id quod additur, dicendum eſt in prædicta hy
 potheſi poſito præcepto actus imperati eius omiſſionem
 non eſſe peccatum, quia voluntaria non eſſet, immo eſſet
 contra imperium, & conſtatū voluntatis; & ad id quod
 opponitur, quod *qui poteſt, tenetur, & non facit peccat*, ſolū
 eſt abſolute verum in hac providentia, in alia vero poſſi
 bili debet intelligi de eo, qui *voluntarie non facit*; ſicut in
 ſententia negante puram omiſſionem liberam, ſi Deus
 negaret prædeterminationem ad omnem actum poſiti
 vum voluntatis, omiſſio actus præcepti non eſſet tunc li
 bera, aut voluntaria, nec peccatum; idem eſſet in noſtro
 caſu. ¶ Si autem opponas non exequi eſt peccatum, quā
 do ſolum a deſt neceſſitas conſequens, non antecedens
 non exequendi; ſed in hoc caſu ſolum a deſt neceſſitas cō
 ſequens non exequendi; talis enim neceſſitas eſt carentia
 prædeterminationis, dūm a deſt poteſtas antecedens exe
 cutionis: ergo non exequi peccatum eſſet in hoc caſu. ¶
 Vno verbo: diſt. mai. non exequi eſt peccatum dūm a deſt
 neceſſitas pure conſequens non exequendi contra incli
 nationem actualem voluntatis neg. ſi non ſit contra in
 clinationem voluntatis; conc. neceſſitas autem conſe
 quens non executionis eſſet in caſu dicto contra incli
 nationem actualem voluntatis; unde impediret, quod non
 exequi eſſet peccatum.

321 Ad id quod Vergetur 8. num. 268. ex P.
 Avendaño unico ſiſtens in hoc principio: *Perinde eſt ac
 tum non eſſe homini proxime poſſibilem, ac homini non eſſe
 proxime poſſibile aliquid ex eis ſine quibus nequit exiſtere
 etas*: quod conſequenter ſtatuens dictus A. ad ſua prin
 cipia

cipia; ait actum esse homini proxime possibilem perinde esse, ac hominem non subordinari Deo in eliciendo actum; & quod maius est Deum ipsi homini subordinari: nos autem, qui omnia subijcimus voluntatis liberæ dominio, præter Deum ipsam nulli subijcibilem, non in hoc conceptu possumus in discriminatione constituere actum esse proxime possibilem: sed dicimus actum esse proxime possibilem principio alicui; ut primo, & independenti; esse, esse ei proxime possibilem omnia ea sine quibus nequit existere actus; actum autem esse proxime possibilem alicui principio, ut secundo subordinato, & dependenti, est esse in eius potestate omnia ea sine quibus nequit existere actus, præter influxum superioris causæ subordinantis; & è contra actum non esse proxime possibilem principio ut primo, est non esse in potestate principij omnia, quæ requiruntur ex parte principij primi, ut existat actus; & non esse proxime possibilem, ut principio secundo, est non esse ei possibilem omnia requirita ex parte causæ secundæ, ut existat actus: unde non esse in potestate imprædeterminati prædeterminationem, quæ requiritur ad actum ex parte Dei, ut eius influxus, probat non esse in eius potestate actum, ut prima, & independente; non vero excludit esse in potestate imprædeterminati actum, ut in principio secundo, & subordinato alteri, ut primo: per quæ patet ad exempla, quæ procedunt de requisitis ex parte causæ secundæ, & est assignatus conceptus vi cuius aliquid est impossibile principio, ut secundo, quando nempe, nec habet, nec potest habere aliquod prærequiritum ex parte causæ secundæ, ut existat.

5. VII.

322 **A**D inconvenientiis, quæ ex nostra sententia inferuntur respond. ad primum intendens nos ad absurdum cogere negandi auxilium sufficiens, neg. id sequi, & ad probat. num. 269. inductam omnes Thomistæ resp. neg. illam maiorem, *Qui non habet auxilium; quod sufficiat ad consensum non habet auxilium sufficiens*; nomine enim auxilij sufficientis non intelligimus auxilium, quod sufficiat sine nova gratiâ, ut consensus existat; sed auxilium, quod præstat sufficientiam virtutis ad consensum; licet ergo alia auxilians motio detur; in qua non intelligatur colatio virtutis, sed applicatio virtutis, non aufert à primo auxilio, quod sit sufficiens per modum virtutis; nullum enim aliud per modum virtutis exigit: licet aliud exposcat per modum applicationis. ¶ Vel alijs terminis; alio auxilio indiget; quod exhibeat consensus possibilitatem neg. quod præstat consensus futuritionem concedo, & qualiter pugnavit cum eo quod unum auxilium sufficientiam, & possibilitatem donet, quod aliud exigatur; ut futuritionem tribuat? Et ratio est, quia auxilium quod est efficax non requiritur, ut potestas, sed ut applicatio, quæ ex se supponit virtutem, & sufficientiam completam, applicatio enim virtutis insufficientis insufficientis esset; ut actus existeret.

323 Hanc doctrinam illustrant nostri Thomistæ multipliciter 1. ex P. Augustino, 2. ex Angelico Thoma, 3. ratione, & exemplis. ¶ Ex S. Patre August. eam illustrat M. Lemos; quia videtur idem argumentum ita in nos magnificatum sibi opposuisse; cum enim certum apud August. sit nomine adiutorij sine quo intelligi adiutorium sufficiens, & nomine adiutorij, quæ efficax, & quod Deus Adamo dona-

D. Thom. q.
3. de pot.
Art. 2.

Lemos lib.
4. p. 2. trac.
3. cap. 5.

nāvit adiutorium sine quo ad perseverandum: & Sanctis nunc prædestinatis adiutorium quo, ut perseveret: ita ait comparando hæc adiutoria; Nunquid, quia erunt bona novissima potiora, atque meliora; ideo fuerunt illa prima, vel nulla, vel parva? Id est, quia bona data beatis sunt potiora, & meliora data Adamo fuerunt nulla, aut parva, seu insufficientia? Et defendit Sanctus, quod prius dixerat scilicet: Adamum habuisse magnam Dei gratiam; licet sit potentior in secundo Adamo gratia, quæ est in primo. *Alm*: Hæc ergo Adami gratia magna erat, parva non erat, nec insufficientis; licet gratia prædestinatis donata, maior, & potentior sit; rationem tradidit Sanctus; quia gratia sufficiens, seu adiutorium sine quo Adami erat tale, ut posset habere iustitiam, & permanere, si velit, quia erat adiutorium per quod posset, & sine quo non posset permanere; gratia prædestinatorum plus potest, qua etiam sit, ut homo velit, maior est, quia per id donum non nisi perseverantes sunt: idem nos dicimus; adiutorium sufficiens magnum donum gratiæ non parvum, aut nullum; licet adiutorium efficax maius, & potentius exactum sit ut homo velit, & perseveret; quia per primum habet posse perseverare, & velle, & sine eo perseverare non posset.

324 Ex nostro Doctore Sancto eadem doctrina explicatur 1. quia Sanctus ait: Contingit aliquid esse causam sufficientem alterius, & tamen non ex necessitate sequitur effectus propter aliqua impedimentum superveniens: Ergo stat iuxta Sanctum causam esse sufficientem, & quod ut effectus sequatur indigeat ab alia non impediri: cur ergo non stabit esse sufficientem, & quod ulterius indigeat, ut effectus sequatur ab alio moveri? Stabit ergo, quod voluntas vere sufficiens causa constituatur per auxilium, quod vocatur sufficiens, & quod ulterius indi-

August. de
correp. &
grat. c. 124

August. ibi
cap. 119

D. Thomæ
q. 25. art.
1. ad 2.

D. Thom.

2. 2. q. 9. a.

3. ad 3.

D. Thom. 1.

2. q. 109.

art. 10. ad

3.

Tridēt. (e).

6. can. 22.

Cayet. ibi.

geat ut consensus sequatur efficaciter à Deo moveri. ¶
 2. Ita alibi Sanctus scribit, *Voluntas sufficienter se movet in suo ordine sicut agens proximum; unde indiget moveri ab alio sicut à primo moventi.* Ergo sufficientiam in ordine inferiori agentis secundi, & proximi coniunxit Doctor S. cum indigentia motionis primi moventis. 3. D. Thom. ita asserit: *Nunc per gratiam Christi multi accipiunt, & donum gratiæ, quo perseverare possunt, & ulterius eis datur, quod perseverant.* Ad differentiam hominis in primo statu, qui accepit donum per quod perseverare posset: non autem accepit, quod perseveraret: Ex qua doctrina ita probatur: *Homini iusto præcepta Dei non sunt impossibilia, nec desit gratia, quæ possibilia fiant:* Unde homo iustus per gratiam habitualem, & auxilia ei gratiæ debita habet potestatem, & sufficientiam ad perseverandum: sed *Uterius exigunt iustis dari, quod perseverent; quia est perseverantia speciale donum Dei, ut ait Tridentinum, & ex D. Thom. multis enim datur gratia quibus non datur perseverare in gratia.* Ergo stat sufficientia virtutis ad perseverandum cum indigentia alterius doni, quò perseveretur. Videatur Cayet. in articuli expositione, quia sicut ibi componit hæc duo in iustificato; *homo habet donum gratiæ, quò potest perseverare, & homo non potest ex sola ea gratia perseverare: ita componi debent; homo sufficienter adiutus habet donum gratiæ, quò possit consentire, & non potest ex sola ea gratia consentire.*

325 Ultimo hoc persuadetur exemplis: 1. in intellectu instructo habitu, & specie intelligibili, qui habet sufficientiam virtutis proximæ ad considerandum, & tamen, ut actualiter consideret indiget motione, & applicatione voluntatis, cui ut dominatrici subijcitur in exercitio suorum actuum; cur ergo non poterit voluntas habere sufficientiam virtutis ad consentiendum, & ut actualiter

liter consentiat indigere Dei motione cui ut supremo Domino subijciatur in exercitio suorum actuum? Alio exemplo illustrat eamdem veritatem M. Gonet. Deus enim ratione suæ omnipotentis est perfecte, & complete, & sufficienter potens ad creando alios mundos; cū hæc sufficientissima potestas sit perfectio necessaria ipsius Dei, & tamen certum est, quod hæc potestas non potest exerceri defectu decreti omnipotentiam applicantis ad alios mundos creando, quod Deus non potest nunc habere de novo, alias mutabilis foret, ita voluntas per auxilium sufficiens est complete, & perfecte potens ex parte actus primi, licet indigeat motione Dei applicantis, ut exerceatur. ¶ Alia obscurior difficultas, quæ hic occurrit quomodo scilicet; de voluntate imprædeterminata, & sufficienter adiuta est verum, quod *consentiret si vellet*, & sua culpa caret consensu, si non sua culpa caret auxilio efficaci; in quæstione sexta resolvemus.

Gonet dis.
4. de volunt.
art. 4. II.

Infra q. 6.

Ad 2. inconveniens num. 270. deducit ex nostra sententia; Deum scilicet *precipere impossibilia*, dum imprædeterminato præcipit consensum: resp. iam prædeterminatum habere sufficientiam, & proximam, seu expeditam potestatem consentiendi, quia hæc potestas minime exigit prædeterminationem; non ergo ei præcipitur nisi quod est ei proxime possibile dum consensus præcipitur; Donum enim efficax gratiæ non est ut præceptum possit adimpleri, sed ut adimpleatur: Ad impugnationem; dicimus Deum imprædeterminato non præcipere ut ponat consensum *sine* prædeterminatione, aut sine speciali gratuito dono Dei distincto à libertate adimplendi, seu consentiendi, quia sic præciperet terminum chimericum, consensum quidem sine illo speciali Dei dono, præcipit igitur, quod ponat consensum cum prædeterminatione, seu posito eo speciali dono Dei, eoque *posito non id ponendo*; quia sicut est chimæra con-

consensum ponit sine dono speciali Dei; ita est chimæra voluntatem id donum ponere; quia id donum ex pura gratuita Dei misericordia confertur; sicut dum homo peccat ponit peccatum permissum, id est cum permissione, quia peccatum non permissum à Deo chimæra est; cum permissione quidem posita à Deo, non eam ponendo, quia peccans non permittit peccatum. ¶ Nugas tamen illas; non potest esse consensus sine prædeterminatione, ergo sine prædeterminatione non potest esse consensus; ita ut *ly sine* aliquando apellet supra potestatem, aliquando supra consensum; non placeat rescribere; nec in argumentis sophisticis iterum immorari: videantur, quæ alibi fullè diximus.

Tomo 1. di.

l. 9. 6. sect.

3. 6. d. 2.

9. 3. sect. 2.

Ferre de vo-

luntate 9. 5.

¶. 18.

327 Ad 3. inconveniens desumptum ex inutilitate exhortationis ne in *vacuum gratiam Dei recipiamus*: & allatum num. 271. Respondet M. Ferre illam exhortationem Apostoli intelligi de gratia efficaci, quia licet cum ea non possimus dissensum coniungere, possumus tamen elicere dissensum oppositum consensui ad quem gratia inclinat. ¶ Sed falsum iudico exhortationem Apostoli intelligi de efficaci gratia; hortatur enim Corinthios, ne gratiam in vacuum recipiant, ut enim ait D. Bernardus *Paulus studiosissime cavebat, & cavendum docebat malum vacuitatis gratia, quæ vacua in ipso non fuit*: quæ exhortatio esset fatua, si de gratia efficaci procederet, esset enim ac dicere: Hortamur vos ne faciatis chimæram, quæ enim maior chimæra, quam gratiam intrinsicè infrustrabilem: seu cum termino connexam in vacuum recipere, nec hoc probat lèdi libertatem consentiendi cum efficaci gratia, sed solum convincit non esse libertatem evacuandi efficacem gratiam. Quis enim prudenter exhortaretur ne frustraremus efficaciam Dei decreta? Certe idem est, ac exhortari ne hyrcoceruum formemus; & cur? Quia hæc decreta sunt infrustrabilia, & licet cum decretum est de con-

D. Bernard.

Serm. 54.

in Cantic.

sensu libero sit contentiendi libertas; non vero est libertas frustrandi decretum; ergo idem debet dici de efficaci gratia, dum intrinsece efficax constituitur.

Vnde dicendum, quod dum Apostolus hortatur, ne in vacuum gratiam Dei recipiamus; aut dum contemplantur ne quis desit gratia Dei loquitur de gratia Dei sufficiente, excitante, & pulsante, cui cum deus, Spiritui Sancto resistis, divitias bonitatis Dei contemnis; non autem de gratia efficaci, qua Deus facit, ut faciamus: omnes enim, quos docet per huius gratiæ spiritum (veniunt ad Christum: loquitur de ea prima misericordia, de qua ait: *Miserere orantibus miserere*, quia hæc sola ad rectè vivendam non sufficit, si deserat, qui vocavit, non de ea secunda misericordia de qua dicit, *miserere orantibus prestabo*, cui *miserere facere*. Effectus enim huius misericordie Dei non potest esse in hominis potestate, testante Augustino, ut frustra ille miseretur, si homo nolit, si enim Deus miseretur: ergo iam volumus; ad eandem quippè misericordiam pertinet, ut velimus; Deus enim est, qui operatur in nobis velle: nec quia est necessaria hæc nova Dei gratia, & misericordia, ut non abijciamus gratiam, sequitur, ut contendit Tyrso, quod non debent exhortari homines ad operandum cum ea gratia, sed potius a Deo postulare gratiam prædeterminantem; utrumque enim est faciendum, non enim tepescit hortatio quia non extinguitur oratio; dum exhortamur ne in vacuum recipiamus gratiam, libertatis nostre & imonemus ad contentiendum, aut dissentiendum Deo excitanti atque vocanti, sed dum respondemus oratio, ut donis eius fideliter utamur Dei nos ulteriori gratia præveniri cōstemur; si enim oramus Deum, ut donet, quod iubet, cur non exposceamus, ut donet, quod monet?

328 Ultimum inconueniens, quod ex nostra sententia colligunt numero 272. ex iusta increpatione non contenti, dum Deus ei negavit prædeterminationem exactam ad contentum, quam non potest con-

Ad Corint.

6.

Ad Hebræos 13.

August. de prædest. & grat. c. 10.

August. lib 1. de Simplicitate. q. 2.



D. Prosper. in Ep. ad Demetriadem.

Supra num. 276.

Sapra num.

276.

August. de
corp. &
grat. infus.

Ad Rom.

2.

parare; est, quod opponcbant Augustino Monachi illi de quibus supra meminimus, & superfluum iudicamus aliquid superaddere, præter hæc Augustini verba: *Nec gratia prohibet correptionem, nec correptio negat gratiam; & ideo sic est præcipienda iustitia, ut à Deo gratia, qua id, quod præcipitur fiat fideli oratione poscatur, & hoc utrumque, ita faciendum est, ut neque iusta correptio negligatur; longe ergo est à mente Augustini hoc argumentum, quod ex verbis Augustini expressis gloriatur eruisse P. Ortega; sed querat prius in Augustino sententiam minusculis litteris exarata: non solum in locis quos citat, sed in tam bastis M. Parentis operibus; & postea meam tradam expositionem, securè tamen affirmo me eam nunquam exhibiturum; Nec excusatio illa iusta est, ut iustitia correptionis oppugnetur, ita enim aiebat Augustinus: *excusantur se, qui nollunt recte, & fideliter vivere, dicentes, Quid nos fecimus, qui male vivimus, quandoquidem gratiam, unde bene viveremus, non recepimus?* Hancque excusationem sibi objici Apostolus ex eorum voce, qui nollunt accipere, quod dixerat *Cuius vult miseretur, & quem vult obdurat, ut dicant, quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius, quis resistit?* Hoc est enim dicere: *quid de nobis sit querela, quod Deum offendamus male vivendo, cum illius voluntati nemo possit resistere, qui nos obdurabit misericordiam non præstendo.* Convincit tamen suo mirabili ingenio August. hanc excusationem iniustam esse, nam si excusatio illa iusta esset non inde iam gratia, sed iustitia liberaret, si autem gratia est, qua liberantur profecto, hac excusatio iusta non est, tunc enim vera gratia est, qua homo liberatur, si non secundum debitum iustitia retribuitur: Unde non piget cum Apostolo dicere ad convincendum excusationis iniustitiam. *O homo tu, quis es, qui respondeas Deo?* Multa in hac Sectione diffusè diximus, fateor, sed de his loquimur de quibus, & quod ultimum est, non est satis;*

SECTIO DVODECIMA.

Disoluntur Argumenta, qua intendunt de conceptu agentis liberi esse non determinari ab alio, & exinde praedeterminationem adhuc non constituentem potestatem agendi pugnare cum libertate

actus.

Communis est Societatis doctrina, quod si praedeterminatio esset exacta ad agendum, licet non constitueret potestatem agendi libertas actus esset chimæra, esset enim, & deficeret, esset enim, quia saluaretur indifferentia potestatis, si praedeterminatio potestas non esset, & simul deficeret, quia de conceptu agentis liberi est non solum se determinare, sed non determinari ab alio ad sua exercitia libera, cuius asserti fundamenta dissolvere in hac Sectione intendimus.

329. Ita enim obijciunt: de conceptu agentis liberi est non determinari ab alio ad sua exercitia libera: ergo si voluntas praedeterminaretur à Deo ad actum salutarem, licet praedeterminatio non constitueret potestatem, nec voluntas esset libera, nec actus salutaris esset liber; antecedens 1. probant ab authoritate: 2. à ratione: ab authoritate 1. adducunt S. Clementem Papam asserentem nihil est, quod auaientes fidem ad credendum determinet, nisi arbitrium eorum: nihil determinat ad credendum nisi arbitrium, ergo nec Deus gratia sua determinat ad credendum. ¶ 2. Anselmus dicit: Sola voluntas determinat ibi, quid teneat, nec aliquid facit vis necessitatis, ubi operatur electio sola voluntatis; ergo Deus non determinat, alias sola voluntas non determinaret. ¶ 3. Iustinus Martyr ait: non Deus, ut boni, vel mali finis, sed arbitrium nostrum causa est: & S. Damascenus inquit: id quod à nobis (idest libere) futurum est

P. Iustinus s. 9. cap. 5.

S. Clem. Ep. 13.

S. Anselmus de Concord. cap. 1.

Iustinus Mart. q. 8. ad Orthodoxos.

S. Damasc. Dial aduer. Manich.

*est à Deo causam non habet; sed non negant Deum esse cau-
sam per se bonitatis actualis nostræ; alias doctrina PP. est
set erronea, quod dicere non licet, ergo solum negant
Deum esse causam nostrorum actuum determinative.*

330 4. Adducunt D. Thom. cum ait: *Ipsa po-
tentia voluntatis, quantum in se est, indifferens est ad plura,
sed, quod determinate exeat in hunc actum, vel in illum non est
ab alio determinante, sed ab ipsa voluntate.* Vbi expressè ne-
gat voluntatem indifferentem, & liberam ab alio deter-
minari, non, ergo determinatur à Deo. ¶ Similiter domi-
nium sui actus, quod habet homo liber exposuit Doctor
Sanctus per hæc verba; *Hoc Dominium est in homine se-
cundum illam potentiam, quæ ad plura se habet, neque ad ali-
quid eorum determinatur, nisi ex se ipsa.* Ergo Dominium
voluntatis excludit alterius determinationem ex D.
Thom.

331 5. I.

331 **A**rgumenta à ratione efficaciori forma, quam
alij, proposuit Complutensis Doctor P. Riva-
deneyra: primo: causa libera determinat se ad
sua exercitia; sed causam liberam se determinare excludit
prædeterminationem ab alio; ergo implicat causa libera
ab alio prædeterminata. In minori stat difficultas; eam
prob. causa non se determinat, cum ante suam determi-
nationem præsupponitur ab alio determinata; nam de
ratione determinationis ad consensum est immediate
subsequi post indifferentiam, ut existat consensus, vel di-
sensus; ergo. Prob. ant. 1. postquam Deus produxit calor è
suapte natura determinatum ad calefaciendum manet lo-
cus, ut determinet calorem ad actionem in individuo, non
quoad speciem, quo nihil frequentius in phylosophia: at
huius tota ratio est, quia Deus invenit naturam caloris
iam determinatam ad agendum in specie calefaciendi, in-
differentem vero ad calefaciendum hac vel illa singula-
ri

*Herrera de
Prædest. q.
5. sect. 2.
Avendaño
disp. 6. c. 1.
& alij.
D. Th. in 2.
distinct. 39
q. 1. art. 1.
D. Th. ibi
art. 2. in
corp.*

*Rivadeneij.
de act. hum.
disp. 15. c.
2.*

ri actione; ergo determinatio praedeterminati implicata est.

332. 2. Quia ut commune est in tractatu de peccatis: qui post determinationem omittendi v.g. sacrum preceptum, se determinat ad studium impossibile cum auditione sacri, per id non se determinat ad omissionem sacri, proindeque studium non inficitur omissionis malitia; ergo, quia determinatio non est praedeterminati, sed indifferentis.

333. 3. Praesupposita ante consensum praedeterminatione ipsius moraliter infallibili non manet locus, ut voluntas se determinet ad consensum libere moraliter: ergo supposita ante consensum praedeterminatione ipsius physica non manet locus, ut voluntas se determinet ad consensum libere physice: antec. liquet in omnibus exemplis in quibus praecedit determinatio moraliter infallibilis & consequentia constat a paritate.

334. 4. A priori: qui ante suum beneplacitum determinatur ad consensum non habet liberum arbitrium circa usum dissentien di; sed se determinare libere ad consensum importat liberum arbitrium circa usum dissentien di, ergo inter se pugnant ante suum beneplacitum determinari ad consentiendum, & se determinare libere ad consensum. Prob. mai. arbitrium liberum ad dissentiendum dicit facultatem expeditam ad dissensum; ergo facultatem non impeditam ad dissensum ante beneplacitum. Domini; sed qui ante suum beneplacitum determinatur ad consensum impeditur ante suum beneplacitum quominus dissentiat, cum determinari ad vnum exercitium sit impedi ab opposito; ergo qui ante suum beneplacitum determinatur ad consensum non habet liberum arbitrium, sed dominium circa usum dissentien di.

335. 5. Et ultimo: munus se determinandi proprium agentis liberi in nullo alio consistere potest, quam in

In hoc, quod in prædeterminatum ab alio, & propositis
 ab intellectu rationibus invitibus ad consensum, & dis-
 sensum, consensus electione ponat consensum præ dissen-
 su, potens conversim dissensus electione ponere dissen-
 sum præ consensu; sed in hoc conceptu, causa libera ex-
 munere se determinandi excludit prædeterminari ab
 alio; ergo prædeterminationem excludit causa libera.
 Prob. mai. 1. quia assigna in quo stet specialis modus se
 determinandi proprius causæ liberæ? ¶ 2. Quia munus istud
 se determinandi non consistit præcise in se reducendo
 de potentia ad actum; hoc enim est commune causis
 necessarijs: nec in eo, quod est reduci ad exercendas ope-
 rationes per modum libertatis, non per modum naturæ;
 quia vel ratio operandi per modum libertatis importat
 causam operantem determinare se ipsam potiori ratio-
 ne, quam id importet ratio operandi per modum natu-
 ræ, vel non? Si 1. restat explicandum in quo stet *se de-*
terminare causam, quod splendet in vno modo operandi
 præ alio. ¶ Si 2. Ergo discrimen harum causarum non
 est ex eo petendum, quod causa libera, a se agatur, mo-
 veatur, & determinetur; causa autem necessaria non a se
 sed ab alio: id quod est contra D. Thom. & omnes Theo-
 logos. ¶ Non denique consistit munus se determinandi
 in eo, quod facultas valens diversis modis se exercere,
 propositis rationibus invitibus ad utramque partem
 se exercere vno modo præ alio; quia intellectus determi-
 natur a voluntate, & non a se ad assensum opinativum
 obscurum, & tamen intellectus potens est ad assensum,
 & dissensum, & rationibus ad assentiendum, & dissentien-
 dum invitatur: ergo munus se determinandi in nullo
 alio consistit, quam in hoc, quod est a nullo prædetermi-
 nari, & propositis rationibus invitibus ad utramque
 vnicuique sua electione ponere vnum præ alio.

§ II.

336 **H**oc arguendi genus validum, & efūcax reputat P. Palanco aduersus prædeterminationem intrinsecam consistētem in *qualitate*, secus autem contra prædeterminationem extrinsecam consistētem in *actione* Dei.

Palanco q.
15. de pro-
uid. sect. 1.

Ex quo ita obicies; voluntas per prædeterminationem intrinsecam est formaliter prædeterminata: Tum quia cum sit forma, seu accidens inherens voluntati debet ei exhibere suum effectum formalem, & effectus formalis prædeterminationis est reddere subiectum suum prædeterminatum. Tum; quia prædeterminatio reddit voluntatem formaliter præmotam, & applicatam, quia est præmotio, & applicatio, & formaliter communicatur voluntati; cum, ergo, sit prædeterminatio, reddet voluntatem formaliter prædeterminatam; sed quod est prædeterminatum formaliter nequit, vt indifferens comparari ad sequentem determinationem; ergo per determinationem sequentem nequit prædeterminatum iterum determinari.

337 **S**i vero Dicas; Aliud esse prædeterminationem formaliter communicari voluntati; aliud communicari, vt determinationem formalem voluntatis: 1. esse verum. 2. Esse falsum: quia prædeterminatio solum comunicatur formaliter voluntati, vt determinatio casualis, & illativa consensus, qui est eius determinatio formalis.

338 **C**ontra instat, quia voluntas per prædeterminationem formaliter constituitur determinata licet determinatione casuali, & illativa consensus, sed hoc sufficit, vt voluntas pro posteriori non possit se determinare: ergo tenet assumptum. Prob. min. 1. quando voluntas necessitata est ad consensum determinatio necessitans, est

ma :

tantum illativa consensus, & non formaliter consensus ipse, & tamen nequit voluntas post eam determinationem se determinare; ergo sufficit determinatio illativa consensus formaliter existens in voluntate, ut voluntas post illam non possit se determinare.

339 ¶ 2. Per determinationem liberam aliqua indifferentia immediate, & formaliter determinatur, sed post prædeterminationem nulla est indifferentia, quæ formaliter, & immediate determinetur; ergo post eam repugnabit determinatio libera: prob. min. omnis indifferentia immediate libere determinabilis est indifferentia passiva, & potentialis, sed hæc non est post prædeterminationem; tum quia hanc indifferentiam passivam auferit prædeterminatio. Tum quia in signo post prædeterminationem solum potest intelligi indifferentia formalis negativa sumpta pro non determinatione formali consensus in illo signo; quæ indifferentia non est libere determinabilis, hanc enim indifferentiam habet, quæcumque causa necessaria pro priori immediato ad eius actum, cum nulla causa necessaria habeat indifferentiam libere determinabilem, ergo post prædeterminationem nulla potest assignari indifferentia, quæ sit immediate libere determinabilis.

340 ¶ V. T vires prædicti argumenti infringam pro asserto statuo: *De conceptu agentis liberi est se movere, & determinare, esseque suorum actuum Dominum; exindeque à nullo agente creato determinari: non autem excludit determinari à Deo ad sua exercitia libera.*

*D. Th. 1. 2.
q. 1. art. 2.
in corp.
D. Th. ibi q.
9. art. 3.*

Prænam asserti partem, ut inconcussam, & principium Sanctum admittunt omnes Theologi, eorumque Princeps D. Thom. eam sæpius edocuit, 1. dum ait: *quæ rationem habent se ipsa movent ad finem, quia habent dominium suorum actuum per liberum arbitrium.* ¶ 2. Dum inquiri

utrum

utrum voluntas moveat se ipsam? Et in corpore probat, quod Voluntas per hoc, quod vult finem, movet se ipsam ad volendum eam, quae sunt ad finem: in argumento autem, sed contra: hæc habet verba; Voluntas est Domina sui actus, & in ipsa est velle, & non velle: quod non esset, si non haberet in potestate movere se ipsam ad volendum. Ergo ipsa movet se ipsam. ¶ 3. Dum ita fatur: homo per hoc, quod habet liberum arbitrium suorum actuum est Dominus: alibi quæ supponit: quod secundum hoc dicitur aliquid esse liberi arbitrij, quod est Dominus suorum operum. Sæpiusque vique ad nauseam eandem veritatem edocet Sanctus Doctor.

D. Th. 1. c. 88.

88.

D. Thm. 7.

23. de veri.

art. 1.

341. Consentiant Sancti Patres dum varijs expressionibus docent arbitrium liberum esse Dominium sui juris, & potestatis, sibi vt Domino, in manuque consilij sui dimissum, vt videre est apud S. Gregorium Nissenum. Sæpiissime eadem veritatem tradit S. Augustinus: cum enim ait; consentire autem vocationi Dei, vel ab ea, dissentire propriae voluntatis est; & cum Dominium liberum exponit per id quod in potestate habemus, vt cum volumus facimus; cuius veritatis plurima testimonia alibi expendimus. ¶ Incassum ergo laborat P. Henao post alios plurima testimonia SS. PP. recensendo, vt probet, arbitrium liberum à se agi, moveri, & determinari; hoc enim vltro, vt principium Sanctum fatemur; difficultas sistit; an recte conciliari possint Deum voluntatem liberam determinare, & ipsam se determinare? Nos affirmamus: Adversarij negant; sed ad hoc non est facile tanta congregere PP. testimonia.

D. Th. 2.

ditict. 25. q.

1. art. 1. &

dist. 28. q.

1. art. 1. &

de malo. q.

3. art. 3. ad

5.

Nissenus

ubi sup. n.

411.

S. August.

Tom. 1. dis.

1. q. 2. 1.

10.

P. Henao.

sect. 59.

342. Secundam asserti partem, voluntatem, quidem, iure libertatis excludere omne agens extrinsecum creatum à quo determinetur, apud omnes Theologos indubiam; probo 1. quia hoc exprimunt Testimonia SS. Patrum in principio huius sectionis inducta. ¶ 2. Quia et iam probavimus de conceptu agentis liberi est nulli

agen-

Sect. prae-
rta.

D. Th. 3. cō-

tr. c. 88. i.

p. q. 83. art.

1. & quast.

105. art. 4.

Supra. q. 3.

à n. 43. vs-

que ad 67.

& in hac q.

n. 64. & 10.

1. disp. 2. q.

1. l. 6. à 38

vsque ad

4. & n.

65.

D. Th. q. 3.

de malo ar-

tic. 2. ad. 4.

agenti creato extrinseco subijci, ergo, & a nullo deter-
minari; omne enim principium subijcitur ei à quo in ef-
ficiendo determinatur. ¶ 3. Nullum agens creatum ex-
trinsecum potest esse causa motuum ipsius voluntatis; ut
sæpe docet D. Thom. qualiter ergo poterit voluntatem
determinare, ut se moveat agens impotens causare motum
voluntatis?

343

Iam tertiam asserti partem, in qua dissi-
dium silit fundemus; nec ad propositum immediate spe-
ctant rationes suadentes de conceptu agentis secundi esse
determinari à primo; quas vide alibi à me indicatas; sed
quaerenda sunt media probantia agens liberum non ex-
cludere determinari à Deo ex eo, quod determinet se. ¶
Et primo; si est duplex efficiens eandem actionem, unum
primum, & aliud secundum, quid obstabit, quod sit du-
plex determinans eandem actionem, unum primum, &
aliud secundum? ¶ Secundo, agens liberum est, quod se
determinat, ergo primum liberum primo se determinat,
& secundum liberum secundo se determinat; restrictio
enim, quæ cadit indiffinitum debet etiam cadere in defi-
nitionem.

344

Hucusque Nostri Thomistæ, qui autho-
ritate D. Thomæ idem confirmant; inter plurima autem
testimonia, quæ expendunt specialius est id in quo hæc
habet verba. *Cum dicitur aliquid movere se ipsam ponitur
idem esse movens, & motum cum autem dicitur, quod aliquid
moveretur ab altero, ponitur aliud esse movens, & aliud motum.*
Manifestum est autem, quod cum aliquid movet alterum non
ex hoc ipso, quia est movens, ponitur, quod est primum movens.
Unde non excluditur quin ab altero moveatur, & ab altero ha-
beat similiter hoc ipsum, quod movet; similiter cum aliquid
moveret se ipsum, non excluditur, quin ab alio moveatur, à quo
habet hoc ipsum, quia se ipsum movet, & sic non repugnat li-
bertati, quia Deus est causa actus liberi.

In qua solutione expresse componitur formaliter Sanctus, quæ incompotibilia iudicant obijcientem, videlicet in littera D. Thomæ movere se, sumitur pro eodem, ac determinare, vt supponit etiam P. Avendaño, constatque ex argumento, quod solvit; dubitandi enim ratio sumebatur ex eo, quod *liberum est, quod se ipsum movet ad agendum*, esset vero hoc principium omnino falsum si *se movere* non sumeretur pro eodem, ac *se determinare*; Nec solveret D. Thom. argumentum dicendo Deum movere arbitrium, & ipsum se movere, quia non se movet, vt *primum* movens, si, non supponeret Deum determinando movere: quis enim dubitaret arbitrium se determinare minime pugnare cum indifferenter moveri ab alio? Vnde dum D. Thom. opponit adversus arbitrium, quod movetur ab obiecto, vel à Dæmone servat arbitriū illud, quia motiones illæ sunt indifferentes; cum vero opponit adversus arbitrium motionem Dei non ad indifferentiam motionis, sed ad subordinationem arbitrij nostri, vt secundi moventis recurrit; quod vt observes velim.

P. A.
disp. 6.
1. sect. 5.

Ratio autem D. Thomæ ita ad formam reducitur: stat, quod *B* moveat *C* & quod moveatur, & determinetur ab *A*; ergo stabit, quod *B* moveat se ipsum, & quod determinetur ab *A*; antec. supponit D. Thom. vt manifestum: & probat consequentiam; quia ideo stat *B* movere *C* & moveri ab *A*, quia stat *B* movere *C* & non esse primum movens, & exinde posse moveri ab *A* vt moveat *C* sed similiter licet *B* moveat se ipsum non ponitur quod sit primum movens; ergo stabit, quod *B* se moveat, & determinetur ab alio, vt se moveat: hic est discursus D. Thomæ in littera manifestus, ex quo subinfert non repugnare Dominio libertatis Deum esse causam determinativam actus liberi.

aus argumentum Adversariorum tibi opposuit versando illa Apostoli verba: *Qui spiritu Dei aguntur ij sunt filij Dei* cum ita objicit: *Ergo agimur: non agimus; & respondet: imo, & agis, & ageris; & tunc bene ageris: si à bono ageris; agimur enim ut agamus; (spiritus enim, qui nos agit agentibus est adiutor: ergo determinamur, ut determinemus tpi ritus enim, qui nos determinat libere se determinantibus est adiutor; quod omnino verum est, licet vix intelligibile ut August. monuit.*

August. ser.
13. de ver-
bis Apo-
sto-
li.

August. de
gestis Pela-
gij c. 3.

D. Thom.
in 2. dist.

37. q. 2. ar.

346 A idō ex D. Thomā; non posset vitari quin voluntas nostra esset primum agens, si eius actio in aliquod prius agens non reduceretur sicut in causam: ergo non posset vitari quin voluntas esset primum determinans, si eius actio in aliquod prius determinans non reduceretur, sicut in causa: si ergo stat voluntatem determinare, & non esse primum determinans, alias nullum esset inconve- niens, quod esset primum agens, ergo, & stabit volunta- tem determinare, & quod eius actio in aliquod prius de- terminans reducat.

347 Assumptum vero probo ex M. P. Augus- tino I. refutante Pelagianos, qui asserbant libertatem esse ex Deo, & opus bonum esse solum ex nobis: per hæc ver- ba: *Nam si nobis libera quedam voluntas ex Deo est, quæ ad- hac potest esse bona, vel mala: bona vero voluntas ex nobis est, melius est id quod à nobis, quam quod ab illo est.* ¶ Similiter eodem principio confundit Pelagianos delirantes scien- tiam esse ex Deo, & charitatem esse ex nobis; cum ita fa- tur: *Nec audent Apostolum dicentem: scientia inflat, chari- tas edificat: Quid est ineptius, quam confiteri ex Deo esse sciē- tiam; quæ sine charitate inflat, & ex nobis esse charitatem, quæ facit, quod scientia inflare non possit? Quid est insanius, quam putare ex Deo esse scientiam, quæ subdenda est Charita- ti, & ex hominibus charitatem, quæ supereminet scientiæ? Pa- riter ergo oppoio; si ex Deo determinante est libertas,*

August. lib.
2. de pecca.
meritis c.
18.

August. de
grat. & lib.
ar. b. c. 19.

seu auxilium sufficiens (quo possumus uti bene, vel male) constitutum per scientiam, seu Spiritus Sancti illuminationem, & ex nobis vnicè determinantibus est: voluntas bona, quæ supereminet scientiæ; *melius est id, quod à nobis determinantibus, quam à Deo determinante est.*

348 *Secundo; ex S. August. Magis habet Deus in potestate sua voluntates hominum, quam ipsi suas: Ergo homo, & Deus simul habent in potestate voluntates hominum, imò, & magis Deus; quid est hominem habere in potestate voluntatem suam, nisi habere dominium electivum, & determinativum eiusdem voluntatis? Ergo, & Deus habebit dominium determinativum eiusdem voluntatis, si eam magis in potestate habet; dum ergo inquiris; qualiter homo se determinat, si eum determinat Deus? ita inquisitionis sit retorsio; qualiter homo habet in potestate voluntatem suam, si eam in potestate habet Deus?*

349 *Ultimo probo assumptum ex S. August. asserente; Nec ideo auferatis à Pharaone liberum arbitrium, quia dicit Deus; ego indurabo cor Pharaonis; non enim propterea ipse Pharaon non induravit cor suum, nam, & hoc ad Mo legitur dicente Scriptura; & ingravit Pharaon cor suum; in isto tempore; & noluit dimittere Populum; Ac per hoc, & Deus induravit per iustum iudicium, & ipse Pharaon per liberum arbitrium. Ex quo ita citat utro; Pharaon se induravit per liberum arbitrium, licet Deus induraret ipsum per iustum iudicium ergo; & potest homo se determinare per liberum arbitrium, licet Deus determi- net ipsum per indebitam gratiam; Probo conseq. 1. si stat Deum indurare hominem negando gratiam, & hominem se indurare libere negando consensum; cur non stat Deum determinare hominem conferendo gratiam, & hominem se determinare prestando consensum? ¶ 2. Quia si non potest esse determinatio*

August. de corrept. & grat. c. 14.

S. Aug. de grat. & lib. arb. c. 23. Exodi 8.

prius à Deo determinati, quia determinatio debet esse in differentis; non potest esse induratio prius indurati, quia induratio debet esse blandi, & molis.

Ecclesiast.

15.

Proverb, 22

350 Denique ex Scriptura Sacra colligitur assumptum, & argumentum esse inefficax; primo, quia *Deus reliquit hominem in manu consilij sui, ut ad quod voluerit porrigat manum;* ubi reliqui hominem in manu sua esse fuisse illi concessam facultatem se determinandi: similiter Scriptura ait: *Cor regis in manu Domini, & quocumque voluerit flectet illud.* Corque regis esse in manu Domini est Dominium habere potentiam, id determinandi; cor ad quod voluerit potest manum porrigere, & Deus ad quod voluerit potest illud flectere: sicut ergo conciliantur, cor regis esse in manu sua, & in manu Domini, ita concordant cor regis se determinare, & determinari à Domino.

351

Secundo est locus elegans (ait M^r Lorca) cum sponsus inducit suasionibus sponsam, ut apperiret ianuam, ita vocans eam *Appert mihi sponsa mea;* & illa reuicit vsque dum *Dilectus, misit manum suam per foramen ostij* quidem, ut apperiret, & tunc appertum est; sed ne soli sponso tribueretur actio; ait sponsa *surrexi, ut apperirem dilecto meo:* quasi dicat; tunc ego surrexi, & apperui, cum ipse prius misit manum, & apperuit, sicut ergo sponsa libere apperuit licet sponsus prius apperuisset, ita libere se determinauit licet sponsus post suasionem per manus tactum, seu impulsum physicū prius determinauisset, si enim stat apperire appertum, cur non determinare determina-

tum?

Lorca de
grat. di/p.

21.

Dante, 32

§. IV.

352 **D**ebellato iam argumenti principio ex Scriptura, ex SS. Augustino, & Thoma, & à ratione: facile id solues neg. ant. quia licet arbitriū excludat determinari à quocumque agente creato, determinari à Deo exposcit: ad eius probationes ex autoritate SS. Clementis, & Anselmi de promptas, quia ille ait *nihil determinare ad credendum nisi arbitrium*; & ille scripsit, *sola voluntas determinat, quia tenet*. Respondeo; exclusivas illas, *nihil nisi arbitrium*, & *sola voluntas* non excludere Deum, sed agentia distincta à Deo, quia PP. solum intendebant à nulla creatura arbitrium determinari.

353 Quod, ut explicem adduco testimonia in quibus PP. expriment *solam* gratiam efficere conversionem; S. enim Prosper ita canit.

Percurrat Apostolus orbem:

Prædicet, hortetur, plantet, riget, increpet, instet:

Vt tamen his studijs auditor promoveatur,

Non Doctor, neque Discipulus, sed gratia sola efficit:

S. August. etiam scripsit, *ut Paulus tam magna, & efficacissima vocatione converteretur gratia Dei erat sola*: Ecclesia etiam Hispaniæ in oratione, quam præmitebat Concilijs Toletanis exorabat Spiritum Sanctum: *Esto solus, & suggestor, & effector iudiciorum nostrorum*: Si ergo ita obijceretur: gratia sola efficit conversionem; ergo non arbitrium: omnes Orthodoxi resp. neg. consequentiam, quia dum PP. asserunt gratiam *solam* efficere non intendunt excludere arbitrium, sed merita nostra, quæ præveniant gratiam; similiter dum nobis opponitur: PP. asserunt *solum* arbitrium determinat, ergo non gratia; neg. consequentia quia dum PP. asserunt solum arbitrium determinare non intendunt excludere gratiam sed *passiones* determinare arbitrium.

S. Prosper
cap. 14. de
ingratis.

August. de
grat. & lib.
arb. c. 5.

354 Legito Anselmum, & constabit hanc esse eius mentem; intendit enim Sanctus; quod dum quis in corde habet, ut retineat veritatem; acceditque alius, qui nisi mentiatur minatur mortem; licet necesse sit, aut vitam, aut re-
 stitudinem relinquere: nulla tamen necessitas determinat, quam seruet, aut desserat, & statim subdit: sola voluntas determinat ibi, quid teneat, nec aliquid facit vis necessitatis ubi operatur sola electio voluntatis. ¶ Mira est ex præiacto contextu hæc consequentia; sola voluntas determinat; ergo non Deus: sicut si ex ipso textu ita opponerem; sola operatur electio voluntatis; Ergo non Deus; solum enim ex Anselmo infertur, quod sanctum est; vim quidem necessitatis amittendi vitam, nisi desserat veritatem, non determinare, nec operari, ut veritatem seruet, aut desserat, quod, & alibi explicuit ipse S. Doctor.

355 Addo, quod in his locutionibus exclusivis non comprehenditur Deus nisi exprimatur: D. Paulus ait; *Quæ sunt hominis nemo novit, nisi spiritus hominis, qui in ipso est.* Et tamen nullus cordatus inferret Deum non cognoscere, quæ sunt hominis; quia prædictus loquendi modus solum excludit vim cognoscitivam creatam; non Dei.

356 Testimonium D. Iustini ab omnibus exponi debet: ait enim: *Non esse Deum causam, ut boni simus;* ad verlarij dicunt debere intelligi: Deum non esse causam determinantem; nos autem non minori licentia dicimus iuxta S. Iustinum Deum non esse causam necessitantem.

357 Ad authoritatem Damasceni resp. sensum non esse non habere à Deo causam determinative, quod à nobis futurum est, sed à libera nostra voluntate, si quod à nobis futurum est, bonum est: sed à Deo causam non habere malum, quod nobis futurum est; quod clare constat quia probare intendit, quod per hæc verba docuit: *Multa porro prænoscit Deus, quæ ipsi minime grata sunt, nec propterea tamen*

D. Anselm.
 in Dialogo
 de libero
 arbitrio.

A. Ad Ebo-
 riac. cap. 2.

men ipse horum causa est: solū igitur, ex Damasceno à Deo causam non habet, quod nobis futurum est, si Deo gratum non est.

Damascenumque exposuit D. Thom. cum eum sibi opposuit dicentem: *Omnia quidem præcognoscit Deus, sed non omnia prædeterminat*, per hæc verba, Damascenus vocat prædeterminationem impositionem necessitatis: sicut est in rebus naturalibus, quæ sunt determinatæ ad unum: vel ut alibi dixit *Id, quod docet Damascenus, exponendum est, ut intelligatur, ea, quæ sunt in nobis, divinae determinationi non esse subiecta, quasi ab ea necessitatem accipientia*. Si autem Doctor Sanctus non defenderet prædeterminationem electionis humanæ Damascenum minime exponeret, sed eius verba vltro sine interpretatione admitteret; ut notabit Gonet: & opportunè præmonuit M. Ferrara, quod sicut substantiæ intellectuales, & liberæ, licet sint providentes, & ordinantes, sunt à Deo provisæ, & ordinatæ ita esse à Deo determinatas, licet sint se determinantes.

Ad authoritatem D. Thom. triplicem solutionem tradit M. Gonet. Verior autem mihi videtur asserens, quod cum S. Doct. inquit voluntatem indifferentem à se ipsa, & non ab alio determinante exerceri, non excludere Deum, sed omnia alia agentia creata, quæ expositio fundatur in alijs D. Thomæ testimonijs in quibus exprimit nullum agens; præter Deum determinare voluntatem: specialiter cum differentiam voluntatis nostræ à divina fundat, quia divina se ipsam determinat, creata vero, quia causa contingens etiam ab exteriori principio determinatur: per hæc verba: *Causa, quæ de se est contingens, oportet, quod determinetur ab aliquo exteriori ad effectum; sed voluntas divina determinat se ipsam ad volitum, ad quod habitudinem non habet necessariam*: dum ergo à voluntate, excludit aliud determinans D. Thom. est præter exterius principium, quod sit Deus; cum *voluntas moveatur à Deo solo sicut ab*

D. Thom. 1^a

2^a q. 23. art. 1.

ad 1.

D. Th. 3. con

trag. c. 90.

Gonet dis.

8. de provid

dent. ff. 5.

Ferrera 3^a

Contrag. c.

90.

Gonet vbi

supra. 345.

D. Th. 1. p^a

q. 19. art.

3. ad 5.

D. Th. 1. 2^a

q. 9. art. 6.

exteriori principio: cui doctrinae consentit Subtilis Doctor
ita scribens; *Contra naturam voluntatis est determinari à*
causa inferiori, quia hoc ipso non esset superior, non est autem
contra naturam eius determinari à causa superiori.

Scotus in 4
dist. 49. q.

6.

Herrera de
Predest. 9.

5. sect. 2.

358 Sed hæc solutio præ omnibus displicet P.

Herrera, ut magis ad verba verbis D. Thom. nam ibidem
asserit à causa naturali progredi effectum, & ab ea non
determinari, sed ab eo, qui ei contulit determinationem

ad vnum, ergo cum velit S. Thom. discernere causam li-
beram à naturali, & asserat voluntatem liberam à nullo
determinari, etiam excludit determinationem cause pri-
mæ, quam habet causa naturalis. Discutsumque constare

existimat, quia post ea verba, *quod enim voluntas determina-*
te exeat in hunc actum, vel illum non est ab alio determinante.

Ita statim subiicit Sanctus: *secus in naturalibus actus progre-*
ditur ab agente, sed tamen determinatio ad hunc actum

non est ab agente, sed ab eo, qui agenti talem naturam de-
dit, per quam ad hunc actum *determinatum est.* Ergo ne-

gat voluntati determinationem à causa primæ per contra-
positionem ad causam naturalem.

359 Sed potius in his verbis, quæ immediate
subiungit D. Thom. nititur expositio nostra; quia in causis

naturalibus, quas opponit voluntati, actus est ab agente
te, sed determinatio à principio licet creato, qui naturam

contulit; vnde est frequens apud D. Thom. determinatio
nem ad motus gravium, & levium eis inesse à generan-

te, quia tribuens formam dat consequentia ad formam,
& *inclinatio consequens formam agentis naturalis est deter-*

minata ad vnum, & ideo dixit Sanctus per naturam agentis
naturale determinatum esse, quia determinatur efective à

generante naturam; & secus est in voluntate, quia eius in-
clinatio non sequitur formam naturalem determinatam,

sed *apprehensam, seu intellectam, quæ est universalis: vnde*
cum eius determinatio à nullo agente creato esse possit

dixit

D. Tho. 9.
6. de malo.

D. Tho. 1. 2.

dixit D. Thom. esse in potestate solius voluntatis per exclusionem cuiuslibet creati agentis.

360 Ad 2. testimonium in quo Sanctus ait voluntatem non determinari nisi ex se ipsa: eodem modo resp. quia causa prima non est in numero earum causarum, quæ excludi possunt: & ideo cum S. diceret hominem bona posse facere per se; monuit ita ut ly per se non excludat divinam causalitatem; sic iliter cum dicitur voluntatem determinari ex se debet intelligi ita ut ly ex se non excludat divinam determinationem.

D. Thom.
in 2. dist.
28. q. 1. ar.
1.

§. V.

361 AD Argumenta à ratione resp. conc. mai. dist. min. causam liberam se determinare excludit prædeterminationem ab alio præter Deum; concedo: ab alio, quod sit Deus; nego: ad eius probat. quatenus huic uindictioni ob stare potest: nego ant. ad cuius primam probationem, resp. Deum non determinare calorem ad speciem calefaciendi, quia inveni eum determinatum determinatione formali, & per modum virtutis, non determinatione pure causalit per modum applicationis; voluntas autem postquam est prædeterminata potest se determinare, quia eam prædeterminari non est virtutem voluntatis esse in se determinatam, sed potius virtutem in se in differentem applicati, ut se determinet.

362 Ad 2. Resp. determinatum ad omittendum factum non ulterius determinare omissionem se determinando ad studium, quia supponit determinationem formalem omissionis, & unius determinationis formalis non est altera determinatio formalis; determinatio vero causalis non pugnat, immo connectitur cum posteriori determinatione formali.

363 Ad 3. prob. fateor antec. quia omnis determinatio infallibilis moraliter est moralis necessitas, & ideo

ideo aufert à voluntate facultatem se determinandi moraliter; omnis autem determinatio infallibilis *physice* non est *physica*, & vera antecedens necessitas, & exinde, nec tollens à voluntate facultatem se determinandi *physice*.

¶ Sed instat Arguens; inter determinationem *physicam*, & *moralem* nulla potest assignari diveritas, vt determinatio *moralis* sit *moralis* necessitas, & determinatio *physica* non sit necessitas, nec *physica*, nec *moralis*; solum earum differunt, quia determinatio *physica* est magis connexa cum actu, quam *moralis*, quæ diveritas omnino est impertinens, vt determinatio minus connexa sit vera necessitas, cum libertate *moralis* pugnans, & determinatio magis connexa nullam necessitatem inducat cum libertate pugnantem.

¶ Respondeo: determinationem libertatem à voluntate auferre, aut non: minime provenire à pura connexionem cum determinato actu voluntatis; nil enim magis connexum cum actu, quam actus ipse, qui non minuit, sed perficit voluntatis libertatem. Sed sumi ex natura determinationis, & ex *indifferentia* cum qua pugnat: determinatio enim pugnans cum *indifferentia obiectiva* iudicij, vel cum *activa* virtutis est iniurica libertatis, quia utraque hæc *indifferentia* est libertati essentialis, & si aliqua ex eis minuitur, & penitus non extinguitur, libertas minuitur; determinatio vero cum neutra ex his *indifferentiis* pugnans, sed solum cum *suspensiva* voluntatis non infert libertatis decrementum; quia hæc *indifferentia* non est libertatis essentia, sed imperfectio. Hinc iam disparitas liquet: omnis determinatio infallibilis *moraliter* *indifferentiam* obiectivam iudicij maxime minuit; vt, constat in exemplo determinationis *moralis* Adversarij familiaris, qua piissimus, & ditissimus filius constringatur, vt auxilietur Patri, quem fame tabescentem, etiam animam agere videt; vbi non tam imminuta, qua non omnino *moraliter* extincta apparet *indifferentia* iudicij, ita vt omisso

auxilio

auxiliandi ex iudicio proponente reddatur moraliter im-
possibilis; determinatio autem *physica*, quæ est pure appli-
cative virtutis præsuppositæ solum indifferentiam sus-
pensionem tollit; vnde nullam inducit necessitatem, quæ de-
crementum suscipiat libertas.

364 Ad 4. prob. nego mai. quia determinari à
Deo ante suum beneplacitum voluntatem non aufert,
sed Deo subiecti eius dominium; ad eius prob. conc. ant.
dist. illud consequens: ergo *facultatem dicit non impeditam
ad dissentum ante beneplacitum Domini*, non impeditam ex
constitutivis suæ facultatis; concedo: non impeditam ad
dissentum ex applicatione ad exercitium suæ facultatis; ne-
go. ¶ Explicatur: non omne impedimentum dissensus
reddit facultatem dissentendi impeditam, seu non expe-
ditam; aliàs voluntas ex se consentiens amitteret faculta-
tem expeditam dissentendi, & potestas expedita ad utrū
libet, quæ est libertatis essentia, non posset esse sine indif-
ferentia suspensionis, quæ est libertatis imperfectio; nec,
quod voluntas à se sola determinetur ad consensum, vel
à Deo potest esse disparitas, vt in vno, & non in alio casu
adsit facultas expedita dissensus; solum enim potest con-
ducere, vt ex Dei determinatione, vel ex sola sua amittat
facultatem eam expeditam, quia si cum illa pugnat impe-
dimentum ab eo à quo ponitur, & modo quo ponitur
auferretur potestas expedita: vnde solum si impedimen-
tum dissensus opponitur facultati expeditæ dissentendi,
quod reddit dissentum *impossibilem*, & dissentendi virtu-
tem aufert, impedimentum vero dissensus reddens ipsum
non futurum, & virtutem dissentendi non minuens, cum
facultate expedita dissentendi non pugnat, & tale impe-
dimentum dissensus est predeterminatio consensus.

365 Ad 5. & ultimam prob. nego mai. & ad
tius prob. inquitentes, in quo stat specialis modus se deter-
minandi proprius causæ liberæ? Resp. id munus non vai-
ce

ce stare in eō quod principium active indifferentis reducitur ad actū; hoc enim cōmune est principio necessario; sed ulterius exigit, quod propositis rationibus invitanti- bus ad vnum, & aliud, ex suo Dominio electivo acceptet, & eligat vnum præ alio. ¶ Sed inquirens; quid est ex suo dominio electivo acceptare vnum præ alio, nisi excludere determinationem ab alio? Non enim alia ratione intellectus in opinativis non eligit, nisi quia à voluntate determinatur ad assensum præ dissenſu. ¶ Resp. ex suo dominio acceptare vnum præ alio non excludere determinationem ab alio, vt primo, & increato domino, sed ab alio agente creato, agentis enim liberi nullum est movens effective præter Deum; sola tamen voluntas, non intellectus habet formaliter dominium electivum, quia illa movet quoad exercitium ceteras potentias, eius determinationi in contingentibus subiectas.

§. VI.

366. **A. D.** Argumentum P. Palaco recte resp. num? 325. prædeterminationem communicari formaliter voluntati, vt determinationem *causalem*, non *formalem* ipsius: determinatio enim formalis voluntatis, vt proxime indifferentis ad consensum; vel dissenſum est ipse consensus: forma autem, quæ est applicatio, motio, seu determinatio consensus, est applicatio ad determinationem formalem, & exinde erit formaliter determinatio illative, & applicative, non vero ipsa forma indifferentiam consentiendi determinans; sicut in communi sententia subijciente calefactionem ignis in ligno; ipsa non est determinatio formalis indifferentis ligni vt ut, aut non sit calidum, quia hæc indifferentia determinatur formaliter per calorem; licet calefactio, vt productio caloris per connexionem cum eo sit determinatio indifferentiæ ligni, vialiter, connexive, & applicati-

ve; & ita ut esse talem determinationem non formaliter, sed applicative (ut equivocationem terminorum vires) calefactioni conveniat formaliter.

367 Ad huius solut. Impugnationem Resp. neg. min. ad cuius 1. probationem neg. paritate: causa enim necessaria non ideo est impotens se determinare, quia ante suam operationem habet determinationem illativam illius, sed quia haec determinatio inest ei per modum *formae permanentis, & virtutis*; forma enim ex sua virtute determinata ad operandum non eligit operari prae non operari. Determinatio autem ex Deo existens in causa libera, non est per modum formae permanentis, & virtutis, sed per modum *motionis applicantis, & subjicientis*; unde dominio electivo non obest, licet subiectum, & subordinatum Deo reddat.

368 Ad 2. prob. illius min. Resp. neg. min. ad cuius prob. nego etiam min. quia post praedeterminationem est indifferentia passiva, & potentialis determinabilis per consensum, quae non sit indifferentia pure negativa sumpta pro non determinatione formali, consensus. ¶ Pro cuius intelligentia nota in causa *se mouente mota* esse duplicem indifferentiam, unam *pure passivam ad motionem mouentis à quo movetur*; aliam *activam, & passivam ad motum*, quo se inouet: prima potentialitas determinatur per motionem à mouente causatam; non enim motum est in potentia, & indifferens ut ab alio moueatur, dum iam suscipit ab alio motionem; secunda autem potentialitas in causa *se mouente mota* determinatur à motu eius, usque enim dum se moueat est in potentia ut se moueat, licet intelligatur mota. Nec ex eo, quod ablata prima indifferentia auferatur secunda, inferas, utramque ab eadem forma determinari, potius colliges, formas earum indifferentias auferentes, esse connexas, sicut in praedi-

cto

et exemplo potentialitatis ligni ad calefactionem, & calorem manifeste conspicitur.

Vnde ita redarguo, sicut determinatio est actus in- differentis, ut indifferentis; motus est actus entis in poten- tia secundum quod in potentia; sed in mouente moto sup- posita motione mouentis remanet potentialitas, cuius sit actus motus, quo se movet; ergo & in determinante de- terminato posita determinatione determinantis poterit manere indifferentia, cuius sit actus determinatio, qua se determinet: Consule D. Thomam.

339 Hincque inferes contra prædictum Autho- rem, quod si cum Dominio libertatis creatæ non pugnat prædeterminatio Dei *extrinseca*, nec *intrinseca*; vnâ enim, & non aliam libertatem extinguere nullum funda- mentum habet in SS. Patribus, & ideo Theologi illi, qui concedentes prædeterminationem *extrinsecam* rejiciunt *intrinsecam*, non est quia eam existimant libertati inimi- cam, sed superfluam; & ratio est primo: Quia ut iam vi- dimus præter indifferentiam, quam auferri prædetermi- natio intrinseca est alia, quam voluntas auferat se deter- minando, ¶ Secundo: quia nulla est disparitas cur præ- determinatio *intrinseca* constitueret potestatem, si semel *extrinseca* exacta, & inacquiribilis potestatem non consti- tuit? Dicere enim omnia constitutiva potestatis debere esse intrinseca agenti libero; æquiocationem patitur; li- bertas enim dicit potestatem expeditam, & licet extrinse- cum non possit constituere posse per modum virtutis, potest ipsam posse expeditum reddere, ut patet in præsen- tia ligni, quæ licet non conferat igni potentiam, seu vir- tutem calefaciendi non est ignis expeditè potens ad com- burendum lignum distans, alias iam combureret, cum sit causa necessaria.

Nec solves difficultatis nodum dicendo præsen- tiam extrinsecam passi non constituere potestatem ignis

D.Th. 1. p.
q. 83. art.
1. ad 3. &
q. 104. ar.
4. ad 2. &
1. 2. q. 9.
art. 4. ad
1.

Palanco q.
16. f. 6.

expeditam, quoad eius propriam actionem, combustionem quidem, quia haec combustionem intrinsece exercet ignis adhuc passo distante; licet praesentia extrinseca exacta sit ad effectum extrinsecum, seu passionem subsequutam ex parte ligni. ¶ Non, inquam, solus: Primo, quia est contra communem sensum dicere, ignem Romae existentem de facto elicere combustionem itupæ, existentis Compluti, & tot nunc esse actiones meae combustivas, quot ignes in toto orbe existunt. ¶ Secundo: quia licet adversus communem sententiam concedatur actionem, & passionem realiter distinctio actio autem, & passio inconnexæ non sunt qualiter ergo erit nunc actio ignis, quæ sit combustio ligni, si nunc deficit passio in ligno distante cum ea actio sit taliter connexa? certe hic philosophandi modus est admodum singularis.

QVÆSTIO QVINTA.

Utrum prædeterminatio ad consensum pugnet cum eius libertate, quia voluntas non potest ei resistere?

H Actenus dissolui nus argumenta, quæ intendunt prædeterminatione labefactari libertatem; quia cum sit exacta ad consensum, & inacquiritibilis, dum deficit, non possunt verificari istæ propositiones: *Imprædeterminatus ad consensum potest consentire: Imprædeterminatus ad dissensum potest dissentire.* Pugnant enim cum hoc principio, quod totis viribus fundat Societas: *Dum alicui deficit exactum ad terminum à se incomparabile, non habet potestatem proximam obtinendi terminum.* Nunc restant non minus fortia tela ut libertas ex prædeterminatione extingatur, quia dū existit

tic nō possūt verificari ite propositiones: *Prædeterminatus ad consensū potest dissentire: Prædeterminatus ad dissensum potest consentire.* Exinde quod sit principium firmum, quod: *Dum alicui adest connexum cum termino à se omnino inimpedibile (idest quoad existentiam, & efficaciam) non habet potestatem proximam impediendi terminum, aut obtinendi oppositum.* Quæ argumenta infirigare, & infirmare intendimus in hac, & sequenti quæst. & ut clarius procedamus, hinc tantum dissolvimus, quæ intendunt prædeterminationem consensu pugare cum libertate, & potestate dissensus, quia irresistibilem, seu inimpedibilem quoad efficaciam.

SECTIO PRIMA.

Gratiam prædeterminantem esse irresistibilem firmatur.

TAm diffuse fundavi prædeterminationem esse à nobis irresistibilem ut crederem, nunc solum teneri ad confociandum prædicatum id cum nostra libertate: sed Recentiores aliqui ex nostris me cogunt aliquid adijcere.

2 PONDUS rationis huius veritatis est. Motio essentialiter connexa cum termino ad quem movet non est reutibilis, nec vlla potest esse potestas, ut fiat ei resistentia per oppositum termini suæ motionis: Prius enim, quàm quæras potestatem, debes investigare possibilitatem termini: omnis enim terminus potestatis veræ potest existere sine contradictione, *resistentia prædeterminationis* est complexum includens ex terminis repugnantiam, quia nec potest esse per dissensum existente prædeterminatione essentialiter connexa cum consensu, nec per dissensum deficiente prædeterminatione, quia ei resistere dum deficit et ei resistere dum non resistitur, quod enim non est, non est

*Tom. 1. dis
p. 2. q. 4.
sect. 4.*

est resistibile; irresistibile igitur erit, quod non potest resisti dum est.

Aliter: Posse motioni resistere est posse impedire eius efficaciam, quia nisi terminis abutimur resistere est essentialiter impedire conjunctionem motionis cum termino ad quem movet, & id est impedire efficaciam motionis; cum vero posse resistere sit posse id quod est resistere; posse motioni resistere est posse impedire efficaciam motionis: sed voluntas non potest adhuc antecederet impedire praedeterminationis efficaciam; ergo nec ei resistere. Probo min. Nulla esse potest in voluntate potestas ad impediendum praedeterminationi praedicatum ei essentialiter, & intrinsecum, cum nec in Deo talis potestas sit; poterit enim Deus non praedeterminare; sed non poterit praedeterminare absque praedicatis praedeterminationi essentialibus: Sed praedeterminatio est motio intrinsece, & essentialiter efficax, immo eius nomine gratia intrinsece efficax significatur; ergo.



Novissime P. Palanco conatur exponere Antiaquos Thomistas asserentes: *Voluntatem posse resistere gratiae efficaci in sensu diviso*: Non solum ut explicui, sumendo *ly resistere* improprie pro eodē, ac *voluntatem posse eum gratiae efficaci dissentire in sensu diviso*: sed etiam licet resistere sumatur in sensu proprio.

Pro quo notat, resistantiam proprie sumptā aliam esse *activam*: alteram *formalem*; illam consistere in contrarietate unius causae ad aliā; istam autē in oppositione, qua una forma resistit introductioni alterius in subiecto, qualiter dicitur calorem intensū resistere frigori; egritudinē sanitati, umbram illuminationi; Hancque (arbitratur) non solum in sensu Philosophorum, sed etiam Theologorum esse veram resistantiam; quia isti incunctanter affirmant, peccatum lethale resistere gratiae sanctificanti, vitium virtutis, amorem proprium a mori Dei, & errorem veritati.

Vnde resoluit; voluntatem nostram non posse resistere

P. Palanco
q. 19. de
provident.
sect. 10.

tere *active* prædeterminationi, quia hoc est posse resistere in sensu composito. Posse autem ei resistere resistentia propria *formaliter*, quod est posse resistere in sensu diuiso. Hanc secundam partem ex eo probat, quod resistentia *formalis* vnice importat impossibilitatem formarum in eodem subiecto, & exposcit sensum diuisum formæ resistētis à formæ cui resistitur, vt in præiactis exēplis, sed voluntas se determinādo ad dissensum ponit determinationē oppositā prædeterminationi consensus; ergo ei formaliter resistit. Postquā igitur fatetur ingenue per resistere formaliter prædeterminationi nihil aliud intelligere, quam eius existentiam impedire apponendo obicē, seu formale impedimentū ei prædeterminationi passiuæ sumptæ; per hæc verba cōcludit: *Nec contra huiusmodi expositionē* aliquid faciunt argumenta contrariorū, & D. Castell, quia solū probant, voluntatē nō posse resistere *active*, quia ita resistere facit sensum cōpositum; non autem quod nō possit resistere *formaliter* gratiæ efficaci, quia huiusmodi resistentia solum facit sensum diuisum ab extremo cui resistitur; vnde per distinctionem resistentiæ *active*, & *formalis omnia saluuntur*. Hactenus prædictus Author.

4 Minime tamen potui, questione illa impugnare resistentiam *formalem*, quæ cū impedibilitate cōfunditur, cum de resistentia vt distincta ab impedibilitate pertractabā, in illa questione (sicut in hac) de resistibilitate disputavi, impedibilitatem in vltima huius, & illius tractatus questione impugnaui, & impugnabo. Et nō satis intelligo, qualiter veteres nostri Thomistæ exponi possent de resistentia formali, quia dū vna voce clamant, voluntatē posse resistere gratiæ efficaci, simul fatentur, quod actu nunquā ei resistitur; sicut, & voluntatē adiutam posse dissentire, & quod nunquam actu dissentiet: sed resistentia hæc formalis multoties actu datur, inuò, & semper, quod voluntas diuisa à gratiæ efficaci dissentit, quia ponit formam incōposibilem formaliter cū ea gratiæ, nō ergo possunt intelligi de hac resistentia formali.

Inter firmandam conclusionem autem plurimis me-
 dijs stabiliui, nullam esse resistentiam proprie, quae non fa-
 ciat sensum compositum cum forma cui resistitur, quae
 omnino intacta manent adhuc concessa diuisione re-
 sistentiae actiuae, & formalis; conuincunt enim resistentiam
 formalem esse improprie talem, dum compositionem
 non includit. Videantur ibi.

5. Ad do tamen. 1. Si resistentia formalis est propria, &
 exigens sensum diuisum à forma cui resistitur, hæc propo-
 sitio: *Interiori gratiae in statu naturae lapsae aliquando resisti-
 tur* (quae est Catholica, & contradictoria Iansenij secundae
 propositionis ab Innocentio X. Hæresicos condemnatae)
 posset intelligi in sensu proprio usurpato à Philosophis, &
 Theologis, resistentiam gratiae accipiendo formaliter: nõ
 quia aliquando connatus gratiae frustratur, & cassus red-
 datur, sed quia existentia gratiae sæpius impeditur. Conse-
 quens legitime sequitur; non credam tamen concedi po-
 se, alias illa propositio posset verificari in sensu proprio,
 & communiter recepto, quin hæresis Iansenij minime
 laderetur.

6. 2. Quia hæc propositio: *Voluntas nostra potest resistere
 voluntati efficaci Dei*. In sensu proprio intellecta esset om-
 nino immunis ab omni censura, quod non faciunt Autho-
 res, cum opposita videatur plurimis sacrae paginae testimo-
 nijs. Probo sequelam. 1. resistere formaliter est proprie re-
 sistere, & est idem ac impedire: sed prohibitum est censu-
 rare voluntatem nostram posse impedire decretum effi-
 cae Dei, cum sit commune doctrinae Societatis placitum;
 ergo nec illam propositionem posset quis censurare, cum
 id faciant vtriusque scholæ DD. vt videre est apud Mag.
 Alvarez, & R. Tyrso. ¶ Probo 2. Ponere formam incom-
 possibilem cum alia est ei formaliter resistere: Sed voluntas
 nostra dissentiendo ponit formam impossibilem de-
 creto Dei efficaci contentus; ergo voluntas resistit for-

Aluar. disp.
 31. de auxil.
 lijs n. 27d
 Tyrso. l. 1.
 disp. 17. q. 4.
 5.

maliter decreto Dei efficaci, & exinde propriè, si resistere formaliter est propriè resistere iuxta communem sensum Philosophorum, & Theologorum.

7^o Nec valet si respondeas vnam formam solū pugnare alteri formaliter existenti in eodem subiecto, & cum decretum sit in Deo, & dissensus in voluntate, per dissensū non resisti formaliter decreto. ¶ Quia hoc gratis dictum videtur, quia si resistentia formalis per impossibilitatē formarum exponitur, & per impedire formæ existentiam, & dum impeditur formam existere in proprio subiecto resistitur existentia formæ in eo subiecto; cur dum obexponitur existentia formæ in alio subiecto non resistitur ut formæ ea in alio subiecto existat?

8^o Denique: Quia hanc acceptionem resistentiæ propriæ, & formæ exigentis sensum divisum à formæ, eoi resistitur minime in Philosophis, & Theologis reperio. Licet enim isti asserant virtutem resistere vitio, & peccato gratiam, sicut, & illi, calorem resistere frigori: sensus omnium est, calorem resistere frigori (idem in alijs exemplis dicendum) quatenus retardare, & enervare connatur agens frigidum intendens expulsionem caloris per frigoris introductionem; & ideo dum nullum adest agens ita intendens nulli resistit calor: Quod constat 1. quia alias calor resisteret omni frigori possibili, quia cū omni formaliter pugnat, & calor meus resisteret nivi Alpiū. 2. Quia si resistere est impedire, calor non est impediens omne frigus, sed id quod adesset, si calor abesset; & ideo cōmuniter dicitur in tractatu de peccatis, studiū non esse impediens auditionē sacri, dū voluntas, quia non vult audire sacrū se determinat ad studium potius quā ad ludum, quia auditio non existeret, licet nō esset studium. 3. Hanc esse mentē Theologorū mihi certo persuadet, me non legisse vnquā, sanctitatē Dei, aut Christi, nec gratiam Beatorū resistere peccato, nec peccatū Demonū resistere

gratiae: tum dicitur gratiam resistere peccato, cum casum reddit concupiscentiae conatum pugnantis cum lege mētis, quia ex peccato est, & ad peccatum inclinatur; & tunc dicitur peccatum resistere gratiae, quando Deus nos postulat ut a somno surgamus, & recedamus a vijs nostris pessimis, in vacuumque inspirationes Dei recipimus: Nunquam ergo resistentia proprie sumitur pro sola formalia compositibilitate.

9 Nunc ad manus meas pervenit eruditum opus in duos tomos divisum, cui titulus *Divus Thomas sui interpretis de divina motione, & libertate creata*, à Rev. P. Antonino Massoulie in laudem gloriae gratiae Dei elaboratum, in quo dum exponeret quo in sensu voluntas nostra resistere possit divinae motioni, tria asserit: Primum, iuxta mentem M. Alvarez, Divinam motionem posse considerari secundum *entitatem* praecise, qua ratione liberum arbitrium potest ei resistere: vel ut *instrumentum voluntatis Dei* volentis efficaciter convertere hominem; secundum quam rationem, inquit, arbitrium creatum resistere non posse auxilio efficaci proprie loquendo de resistentia.

Quam doctrinam duobus confirmat. i. ex D. Thoma ita asserente: *Dicendum quod eius, quod recipitur in aliquo potest considerari, & esse, & ratio.* Hoc est, quodlibet accidens potest considerari, vel ut res, vel ut ratio est: id est vel secundum suam entitatem, vel ut est agendi vis ita, & gratia (inquit Sanctus Doctor) *secundum esse suum est, in libero arbitrio per modum eius, sicut accidens in subiecto; sed tamen ad rationem suae immutabilitatis liberum arbitrium pertrahit ipsum coniungens Deo.* Vbi expresse D. Thomas in Divina motione distinguit formalitates, quas supra explicuimus. ¶ 2. Quia si haec distinctio obtineat locum ultra obijcere Adversarij nunquam poterunt perperam Canonem Sacri Concilij Tridentini explicari: quod libertas exigat actum oppositum ad quem praevia motio

Massoulie tom. 1.
q. 9. differ.
t. 2.

Alvarez
disp. 93. de
auxilijs.

D. Thom. q. 24. de ver.
art. 8. ad
6.

Divina movere posse etiam in sensu composito cum divina motione coniungi: Quia ex ipsis Adversariorum principijs nullum periculum est laedendam fore libertatem, si voluntas in sensu composito posset resistere gratiae efficaci *specificative* sumptae, & secundum suam *entitatem* atque dicimus, quod voluntas licet praevie moueatur potest componere dissensum cum ea motione *specificative* sumpta, & quoad entitatem: ergo nullum periculum est ne laedatur libertas.

Massoulle
tom. 2. dis.
p. 3. q. 4. ar.
18. 2.

Vide tom.
1. disp. 2.
q. 4. d. num.
50.

10 Sed de hac solutione iudicium tulit per haec verba: *Eam solutionem non omnino necessariam esse, neque exhibendam difficultati parem esse, multiplici ratione probari potest.* Immo nisi velis has formalitates esse solum ratione diversas, ita ut sensus sit hanc motionem non esse inconiungibilem cum actu opposito, quia *motus*, hoc enim praedicatum convenit motioni sufficienti, cui saepius actu resistitur; sed quia *efficax*, & instrumentum Divinae virtutis, si enim hoc praecise dicas sine inconvenienti admittitur, sed extra rem est, quia omnino impertinens, ut libertas nostra possit ex suo electivo dominio coniungere actum oppositum cum Divina motione, vel secus; si enim illa entitas est intrinsece connexa cum suo termino, & exinde cum sua efficacia, erit vere inconiungibilis cum termino opposito, non enim potest oppositus terminus coniungi cum entitate motionis *separata* a suis praedicatis intrinsecis, quia hoc repugnat ei, nec *coniuncta* cum ijs praedicatis, quia hoc repugnat ipsi termino opposito, alias dissensus posset coniungi motioni coniunctae cum consensu. Sicut si quis dixerit irrationalitatem posse coniungi cum animali hominis, exinde quod quia animal non repugnat irrationali, aut cum volitione efficaci Dei posse coniungi actum oppositum, quia volitio efficax non repugnat actui opposito, quia volitio. Nec D. Thomas facit huius discurrendi modo, quia loquitur expresse de *libertate*

Ita gratia (vt coniat ex solutione ad 2. quod sibi opposuit Sanct. Doct.) à quo provenit Beatos confirmari in bono, licet gratia ex se sit mutabilis, quia est in Beatis cum perfecta charitate.

Nec argumentum, quod magnificatur in Adversarios vim habet, recte enim possunt ipi componere voluntatem posse resistere gratiae efficaci *specificative*, & *quoad entitatem*, licet non possit voluntas ei resistere *reduplicative* vt efficaci; in nostra autem sententia hoc summe est difficile; Ratio est, quia gratia est efficax in suis principijs accidentaliter, & extrinsece, vnde gratia realiter est separabilis ab eius efficacia, poterit ergo dissensus componi cum entitate gratiae, quin sit componibilis cum eius efficacia: Vnde voluntatem non posse resistere gratiae efficaci *reduplicative* nihil aliud significat nisi voluntatem non posse componere dissensum cum assensu: per cuius existentiam redditur gratia accidentaliter efficax. In nostris vero principijs, gratia est intrinsece efficax, & entitas gratiae non est realiter separabilis ab eius efficacia, quam obtinet ex vi sua, omnino independentem à consensu; exindeque idem erit voluntatem posse coniungere dissensum cum entitate gratiae, ac posse coniungere dissensum cum sua efficacia, quae coniunctio ex terminis est impossibilis.

II 2. respondet: hoc argumentum *resistere motioni facit sensum compositum*; quia est motionem non vincere, & irritam esse; sed *liberum arbitrium non potest efficere sensum compositum, & vt motio irrita sit: ergo non potest liberum arbitrium resistere Divinae motioni*. Fallax esse a sensu composito ad divisum, quia maior, & minor nedum implicite, sed expressissime sensum compositum explicant, & inde inferitur consequentia diuisa, & absoluta, quia quod sit in sola potentia sinitur nullus sensus compositus esse potest.

Et si insies, ipsum resistendi nomen sensum compositum significare; ergo cum concluditur; liberum arbitrium non potest resistere Divinae motioni: superflua est distinctio in sensu composito, & diviso, cum de sola resistentia in sensu composito intelligi possit. ¶ Respondet: aliam esse resistentiam *actuale*, & re ipsa positam; aliam vero resistentiam solum *in potentia*, & quod licet ipsum nomen resistendi *actu* sensum compositum significet, secus nomen resistendi *in potentia*. Id ipsum explicat terminis potentiae *antecedentis*, & *consequentis*, asserendo, resistere actu, & potentia consequente facere sensum compositum, secus solum potentia antecedenti posse resistere; qua potentia solum potest arbitrium resistere motioni Dei, & facere quod eius virtus non vincat.

12 Sed hæc omnia mihi summe difficilia sunt fateor aliud esse resistere actu, aliud in potentia; distinctionem sensus compositi, & divisi; potentiae antecedentis, & consequentis clare percipio: sed resistere in potentia est esse potentiam antecedentem ad id, quod est resistere actu, sicut videre in potentia est esse potentiam ad id, quod est actu videre, & ita in potentijs ad omnia exercitia; si ergo resistere actu motioni Dei significat sensum compositum disensus cum motione, resistere in potentia antecedenti erit esse potentiam antecedentem ad prædictum sensum compositum, quæ nequit esse, quia cum compositio disensus cum motione connexa cum consensu includat contradictionem, nullam potentiam veram adhuc antecedentem terminare potest.

13 Unde illud argumentum non est fallax à sensu composito ad divisum, sed efficax à definitione ad definitum negative, seu à repugnantia compositionis ad repugnantiam termini importantis compositionem. Quod ut clarum fiat; pone aliquem asserentem arbitrium posse falsificare scientiam Dei utendo illis distinctionibus

Massoulié
tom. I. dis-
sert. 2. q. 9
art. 8.

bus potentie ad falsificandum in sensu diviso, non in sensu composito, potentia antecedenti, non consequenti, quia aliud est falsificare *actum*, aliud falsificare in *potentia*: & inquiri, quo argumento posset concludi, nisi simili in forma præiacto, ita formato: falsificare scientiam consensus est componere dissensum cum scientia: sed in arbitrio nulla est potentia ad componendum dissensum cum scientia consensus; ergo arbitrium non potest falsificare scientiam consensus: & irrideretur si diceret argui a sensu composito ad divisum, quia præmissæ nedum implicite, sed expressissime sensum compositum explicant, & inde infertur consequentia divisa, quia quoties in sola potentia sistitur nullus sensus compositus esse potest.

14. Urgeo 1. Quia alias inepte D. Thomas probaret *Deum non posse scire plura quam sciat*, exindeque scientiam Dei, nec posse augeri, nec minui: licet Deus possit scire, quod nescit, quia primæ propositiones semper intelliguntur in sensu composito, cum per hoc, quod dicitur *plura* importetur comparatio ad præexistentia: Vnde si syllogismus à nobis efformatus esset inefficax, quia ex præmissis exprimentibus sensum compositum intulimus impotentiam resistendi absolutam, inepte etiam intulisset D. Thomas ex præmissis exprimentibus sensum compositum impotentiam variationis, augmenti, aut diminutionis Divinæ scientiæ, quod nefas est concedere: unde sicut conceditur Deum posse scire, quod non scit, vel posse non scire, quod scit, quia istæ propositiones admittunt sensum divisum, negatur vero *scientiam Dei posse augeri*, quia explicat terminus *augmenti* essentialiter compositionem cum esse præexistenti, quod augetur; ita dicimus, voluntatem posse dissentire, non *resistere*, quia terminus *resistente* explicat essentialiter compositionem cum motionem cui resistitur.

D. Thom. q. 2. de Scientia art. 13 ad 5.

15. Urgeo 2. ex illo D. Thomæ mirabili dicto.

CUR.

D. Th. q. 3.
de predest.
art. 4. in so-
lut. ad 4. &
8.

curfu, vt probet numerum prædestinatorum ita esse certū
vt ei non possit fieri additio, nec diminutio, ex eo pri-
mum, quia esse habiturum finalem gratiam est impossibile
ei, quod est esse præscitum, quamuis in se sit possibile: ex eo-
que repugnare secundū; quia non esse habiturum finalem
gratiam est impossibile ei, quod est esse prædestinatum, quā-
uis sit in se possibile: Vnde ita arguit Sanctus: Vt numerus præ-
destinatorum augetur erat necesse, quod componerentur hæc
duo, esse aliquem præscitum, & habiturum finalem gratiam:
sed habere finalem gratiam, licet in præscito sit in se possibile
est impossibile ei, quod est esse præscitum: ergo non potest
augeri numerus prædestinatorum: Dices tu hic argui à sensu
composito ad diuisum, quia præmissæ exprimunt sen-
sum compositum, & consequentia est absoluta, & diuisa;
quia quoties in sola potentia sistitur nullus sensus compositus
esse potest? Minime; sed argui à definitione ad definitum
negative, seu à repugnantia compositionis ad repugnan-
tiam termini essentialiter includentis compositionem: syl-
logismus noster est similis formæ; ita enim procedit; vt mo-
tio Dei resisteretur erat necesse dissentiam coniungi cum
motione physica Dei, sed licet motus à Deo possit desen-
tire in se, & absolute, dissentire est impossibile cū mo-
tione Dei; ergo motio Dei resisti non potest.

Massoulie
ibid art. 9.
Gonet. apud
Tyrso. t. 1.
d. 17. f. 5.
D. Thom. in
4. dist. 11.
q. 1. art. 3.
questiunc.
3. ad 3.

16 Tercium, quod edocet prædictus Auctor, est;
vt defendat P. Gonetum à censura R. Tyrso, qui eum re-
prehendit quasi rem absurdissimam alicubi dixisset; pos-
se scilicet causam liberam resistere divino decreto poten-
tia antecedente, & in sensu diuiso, non potentia conse-
quente, & in sensu composito; quia, inquit, licet diuinū
decreti, & eius motionis eandem rationem esse necesse
sit, tamen, est sensus in quo arbitrium resistere possit Dei
decreto, sicut, & eius motioni; nam ex D. Thoma potest
esse resistentia dupliciter: vno modo ex parte agentis, quando
scilicet ex contrario agente virtus ipsius devilitatur; alio mo-
do

do ex parte ipsius effectus, quando ex contraria dispositione impeditur effectus. In omni actione ubi agens non patitur prima resistencia non habet locum, sed secunda solum, unde in operationibus divinis non attenditur difficultas secundum resistenciam ad agentem, sed secundum impedimentum effectus: Licet igitur voluntati Dei non possit resistere voluntas nostra, resistencia sumatur per respectum ad agentem, nam qui habet brachium sicut Deus, aut voce simili tonat, ut inquit Iob, ut velit cum eo contendere, & cum eo luctari. Tamen, quia voluntas nostra potest nolle, quod Deus vult, & velle, quod Deus non vult, potest impedire terminum divini decreti: unde potest arbitrium resistere Dei decreto secundum impedimentum effectus in quo sensu loquutum fuisse Gonetum, inquit, dum dixit: voluntatem nostram posse resistere decreto Dei, & omnino certum est voluntatem nostram posse resistere etiam predeterminationi, & in eo explicui alios Thomistas modum loquutionis P. Gonet imitantes; unde eruditioni huius sapientissimi Magistri debemus expositionem à nobis traditam in D. Thoma magno fulciri fundamento.

SECTIO SECUNDA

Probatum prædeterminationem consensus, cui voluntas non potest resistere per dissentium non ledere libertatem consensus.

[17] **P**rimo; cum prædeterminatione consensus est libertas, quæ sit potestas dissentiendi, & non sit potestas prædeterminationem frustrandi; ergo quæ stabit potestas, quæ sit libertas dissentiendi, & non sit potestas resistendi, prædeterminationi antec. communiter admittunt nostri; conseq. prob. quia nulla verisimilis disparitas esse potest, cur potestas ad dis-

consensum composita cum prædeterminatione consensus sit potestas ei resistendi, si non est potestas eam frustrandi? **18** Secundo: decretum divinum efficax consensus non tollit eius libertatem, licet à nobis resisti non possit per dissentium; ergo pariter prædeterminatio consensus; antec. supponitur; & quia consensus est liber, & decretum efficax Dei irresistibile; prob. consequent. in Thomistas, quia quæ maior difficultas esse potest in concilianda libertate consensus cum eius decreto [irresistibili à nobis], quam in concilianda libertate consensus, cum eius prædeterminatione irresistibili à nobis? Si enim stat cum decreto consensus esse potestatem dissentium, quæ non sit potestas resistendi decreto, cur cum prædeterminatione consensus non poterit esse composita potestas dissentium, quæ non sit potestas resistendi prædeterminationi?

19 Si Dicas cum his Authoribus, prædeterminationem esse resistibilem, quia Concilia, & SS. Patres edocent gratiam efficacem resistibilem, & gratiam efficacem esse prædeterminantem, secus accidere in decretis efficaci, quod Scriptura irresistibile clamat. Contra est 1. quia hoc extra rem est, quia nunc controvertitur, cum gratia irresistibili posse componi libertatem, sicut cum decreto irresistibili conciliatur. ¶ 2. Quia Concilia, & PP. non edocent gratiam efficacem resistibilem, immo potius esse irresistibilem affirmant; ut alibi fundavi; unde componere libertatem cum gratia efficaci erit eam componere cum gratia irresistibili. ¶ Addo: gratia, quam PP. edocent resistibilem est, cui aliquando resistitur, sed gratiæ efficaci nunquam actu resistitur, ergo gratiam efficacem non docent PP. resistibilem.

20 Si Dicas cum PP. Societatis, decretum efficax, licet irresistibile servare libertatem, quia est impedibile quoad existentiam: prædeterminationem vero libertatem lædere, quia coniungit cum irresistibilitate esse in

im-

Tom. I.
disp. 2. 9.
sect. 9.

Impedibilem quoad existentiam. ¶ Obiicit, quod suscepti-
 probandum, titulo, scilicet irresistibilis prædeterminatio-
 nem non ledere libertatem; in questione sequenti osten-
 dam hoc prædicatum adhuc, ut coniunctum cum impos-
 pedibilitate non esse libertati inimicum; legitur superius
 dicta, ubi ex SS. PP. August. & Thoma explicui nec volun-
 tatem efficacem Dei servare libertatem, quia est impedi-
 bilis; nec motum efficacem Dei eam non ledere, quia
 est resistibilis.

Sup. 9. 2.
 Sect. 13.

Ratio à priori conclusionis est. Volunta-
 tem non posse dissentire dissensu *composito* cum prædeter-
 minatione, est et non posse resistere, & eam irresistibilem
 esse; sed stat voluntatem prædeterminatam esse liberam
 in consentiendo, & non posse dissentire dissensu *composit-*
to cum prædeterminatione; ergo stat voluntatem esse li-
 beram in consentiendo; & non posse resistere prædeter-
 minationi: discursus rectus, prob. mai. prædeterminatio
 est irresistibilis si voluntas non potest ponere dissensum
 modo, quo est resistentia; hoc enim est voluntatem non
 posse in resistentiam; sed dissensus solum potest esse re-
 sistentia compositus cum prædeterminatione; quia dum
 prædeterminatio deest, licet dissensus adit non resistit præ-
 determinationi, non enim est resistentia, dum non est,
 cui resistatur; ergo. ¶ Probo 1. min. ut voluntas præde-
 terminata sit libera in consentiendo sufficit ut habeat se-
 cum compositam potestatem ad dissensum à prædetermi-
 natione *divissum*; ergo non exigitur potestas ad dissen-
 sum cum prædeterminatione compositum: prob. ant. 1.
 libertas consensus solum exigit potestatem dissensus; ut
 existentis modo possibili; sed dissensus compositus cum
 prædeterminatione consensus non est possibilis, sed solum
 est possibilis, ut ab ea *divissus*: ergo. ¶ 2. Potestas ad dis-
 sensum, ut oppositum consensui sufficit ad libertatem con-
 sensus, cum libertas sit ad opposita, sed dissensus *divissus*

à prædeterminatione consensus opponitur consensui; ergo potestas ad dissentium ita divisum sufficit ad libertatem consensus.

22. Explicatur 1. prædeterminationem consensus esse irresistibilem est esse inconiungibilem cum dissentio: sed componuntur prædeterminationem esse inconiungibilem cum dissentio, & coniunctam cum potestate dissentio: ergo componuntur prædeterminationem esse irresistibilem; & compositam cum potestate dissentio: sed prædeterminatio coniuncta cum potestate dissentio componitur cum libertate consensus: ergo stat prædeterminationem esse irresistibilem, & compositam cum libertate consensus: cætera patent præter 1. min. quæ ex eo probatur, quod potestas dissentio est realiter distincta, & separabilis a dissentio, ideoque consensus repugnans dissentio coniungitur cum potestate dissentio. ¶ 2. plurimis exemplis 1. existente scientia Dei de consensu est potestas dissentio, quæ non est potestas falsificandi scientiam, quia est potestas ad dissentium *non compositum*, sed *divisum* à scientia, & dissentio solum potest esse scientiæ falsificatio, ut compositus cum scientia, quia dum scientia non est non falsificatur; sicut ergo componitur potestas dissentio cum scientia infalsificabili, ita, & cum prædeterminatione irresistibili. 2. Stante in Christo præcepto irresistibili mortis est potestas ad omissionem mortis, quia est libertas in mortis acceptance, & non est potestas resistendi præcepto, quia est potestas ad omissionem non præcepto compositam; sed ab eo divisam, qualiter omisio non est resistentia, quia *ubi non est lex, nec prævaricatio*: si ergo omnes Thomistæ cum præcepto irresistibili mortis componere adstringimur potestatem omittendi mortem, eiusque libertatem, cur non ex eius principiis componemus libertatem cum prædeterminatione irresistibili?

23 Duo tamen animadvertit. 1. Numquam esse afferendum aliquam potestatem dissensus amittere voluntatem per praedeterminationem consensus. Quaecumque enim existens in voluntate ante praedeterminationem ei coexistit: Ratio, potestas ad dissensum *compositum*; cum praedeterminatione consensus non erat in voluntate ante praedeterminationem, quia haec potestas est chimærica, & ad chimæram; unde non est auferibilis; solum igitur potestas ad dissensum *divisum* à praedeterminatione erat in voluntate ante praedeterminationem; sed haec potestas per praedeterminationem non amittitur, immo potius ei coexistit, nulla igitur erat potestas in voluntate, quæ per praedeterminationem auferatur; & ei non coexistat.

24 Secundo illis vulgaribus terminis, *sensus compositi, & divisi*, ut equivocatio omnis auferatur, non esse utendum, ita ut possit applicari, *potestati*, aut potestatis termino: de potestate enim dissensus indubium est esse *compositam* cum praedeterminatione consensus; alias non componeretur cum praedeterminatione libertas consensus constituta per potestatem dissensus; debent enim semper afficere *terminam* potestatis; asserimus quidem cum praedeterminatione consensus esse *compositam* potestatem ad dissensum *divisum* ab ea praedeterminatione; ex quo inferes; esse *compositam* libertatem cum praedeterminatione; & non esse *compositam* potestatem resistendi ei; quia potestas, quæ est *composita* est ad dissensum *divisum*, non *compositum*, & dissensus à praedeterminatione *divisus* non est praedeterminationis resistentia.

SECTIO TERTIA.

Sophistica argutia scitu dignæ refutantur, & potestatem dissentiendi non esse potestatem resistendi praedeterminationi, roboratur.

25 Oppones 1. voluntati non est simpliciter necessaria

Graia n̄ non resistere gratia efficaci; ergo non est simpli-
 citer, & antecedenter impossibile resistere gratia efficaci
 & cum gratia efficax sit praedeterminans, non erit volun-
 tati impossibile resistere: praedeterminationi r. i. conse-
 quentia est evidens, quia v̄nius contradictorij antecedens
 impossibilitas est alterius contradictorij antecedens nec-
 cessitas, cū ergo resistere, & non resistere contradictoria sint
 antecedens impossibilitas resistendi est antecedens neces-
 sitas non resistendi: prob. r. antecedens. Si est anteceden-
 ter necessarium n̄ non resistere, est antecedenter necessarium
 consentire, posita praedeterminatione; sed consentire non
 est simpliciter necessarium, cum sit liberum adhuc praed-
 determinatione posita ergo, & liberum erit non resistere
 prob. nai. r. consentire posita praedeterminatione est non re-
 sistere praedeterminationi: consentiendo enim ei non resiti-
 tur: ergo eo modo, quo est necessarium n̄ non resistere erit
 necessarium consentire. ¶ Vel aliter; consentire est non resis-
 tere, sed posita praedeterminatione est voluntati liberum
 consentire ergo est voluntati liberum n̄ non resistere.

26. Hoc argumentum est evidenter fallax, &
 r. si ly resistere mutetur in ly non frustrare, quae respectu
 praedeterminationis idem sunt; clare instatur quia ecce
 eadem locum n̄; consentire est non frustrare; sed non frus-
 trare praedeterminationem est necessarium cum eius frus-
 tratio sit impossibilis; ergo consentire est necessarium. 2.
 instatur in pracepti mortis Christi adimpletione, posito
 pracepto mori est non peccare, seu non resistere pracepto mor-
 tis, sed Christo est necessarium non peccare, seu non re-
 sistere pracepto mortis; quia peccare est Christo antec-
 denter impossibile; ergo posito pracepto mortis mori est
 Christo necessarium, unde mors Christi non est meri-
 toria.

3. In omnium sententia instatur forma; si ly non
 resistere praedeterminationi mutatur in ly non falsificare

scien-

scientiam sub hac forma; supposita scientia consensus, *consentire est non falsificare scientiam; sed est necessarium non falsificare scientiam, quia falsificatio scientiæ Dei, imò, & nostræ est simpliciter impossibilis; ergo posita scientia est necessarium consentire.*

4. Instat hęc forma in prædictione efficaci Dei, quæ in omni sententia est irresistibilis; quia *si manus Domini est extensa, quis avertet illam, si Supremus Dominus exercituum decrevit, quis poterit infirmare? Nam voluntati Dei quis resistet? Unde sic inita; Posito decreto consensus, consentire est non frustrare, non infirmare, & non resistere decreto; sed est voluntati necessarium non frustrare, non resistere, & non infirmare, quia resistere decreto Dei, id infirmare, aut frustrare est impossibile; ergo posito decreto est voluntati necessarium consentire.*

27. Et ratio à priori est, quia hoc argumentum intendit probare principium hoc: *Dum suppositio est inconiungibilis cum aliquo termino, non potest componi cum potestate ad eum terminum; ex eo enim, quod prædeterminatione sit irresistibilis, seu inconiungibilis cum dissensu, infert consensum non esse liberum, seu prædeterminationem non esse compositam cum potestate dissensus, quod principium est evidenter falsum; quia suppositio consensus est inconiungibilis cum dissensu, & componitur cum potestate dissensus; imò, & in aqua suppositio caloris intensi, est inconiungibilis cum frigore intenso, & tamen suppositio caloris non solum coniungitur cum potestate, sed etiam cum naturali inclinatione frigoris intensi.* ¶ Nec docta Societas principium ita evidenter falsum assumit probandum, sed solum intendit, quod dum suppositio est incomponibilis cum termino, solum potest componi, cum potestate ad eum terminum, dum est potestas impediendi suppositionem;

& ideo asserunt potestatem dissentiendi coniunctam cum scientia, decreto consensus, & consensu, esse potestatem impediendi scientiam, decretum, & consensum; sed cum hoc his formis non probetur, sed alijs quaestione sequenti examinandis, media hic subiecta esse sophistica fate- mur, ut sciamus dum continuo in disputationibus publi- cis proponuntur, esse, ut ingenium exerceatur, non ut veritas inveniatur.

28 Sed ut expeditius in forma argutias istas apprime solvas; duo praemoneo. 1. quod *non resistere* praedeterminationi (idem dicitur de *non resistere* decreto, aut praeepto mortis in Christo, & de *non falsificare* scien- tiam) dupliciter sumitur potest enim *non resistere* praedeterminationi summi *positive*; dum scilicet consensu- sus componitur cum praedeterminatione; vel potest summi *non resistere pure negative*, dum scilicet deficiunt praedeterminatio, & consensus, quia dum praedeter- minatio non est, ei non resistitur; Ratio est evidens; quia *resistere* praedeterminationi, consistit in hoc com- plexo: *Existit praedeterminatio, & deficit consensus*; unde *non resistere* consistit in defectu huius complexi; illud autem autem complexum potest dupliciter deficere, vel quia existunt simul praedeterminatio, & consensus; tunc enim com- plexum non est ex illa parte *deficit consensus*; unde il- lud voco *non resistere positive*; quia datur *non resistere* re per existentiam positivam consensus; potest etiam id complexum deficere, quia simul deficiunt praede- terminatio, & consensus; tunc enim complexum non est ex illa parte, *existit praedeterminatio*; & ideo illud voco *non resistere negative*, quia datur non resistere per ne- gationem praedeterminationis.

29 Praemoneo 2. hoc principium debere esse certum, ad formalitates communes utrique libertatis extre- mo. *non est libertas, sed necessitas*. Ratio est clara, quia li- ber-

Veritas est necessitas disiunctiva alicuius ex extremis libertatis, specialiter si est libertas contradictionis: ergo est necessitas absoluta ad predicatum repertum in quolibet extremo libertatis; patet consequenter. Quia dum est necessitas ut sit *A*, vel *B*, est necessitas ut predicatum, quod est commune utrique, sit vel in *A*, vel in *B*: est enim indifferentia, ut predicatum illud sit in hoc, vel in illo, non autem est indifferentia, ut tale predicatum sit, vel non sit: sicut corpus est indifferens, ut habeat presentiam localem in hoc, vel in illo loco, non vero ut habeat presentiam localem, aut non habeat. ¶ Ex quo infero esse inefficax argumentum hoc: *Hoc predicatum convenit exercitio mihi libero: ergo est mihi liberum.* Solum enim inferitur ergo est mihi liberum, quod sit in illo exercitio. Si enim illud predicatum sit conveniens extremo libertatis opposito, non est mihi liberum, quod tale predicatum sit. ¶ Exempli gratia: quis inferret esse mihi liberum chymæram non esse, & exinde, & eius oppositum; chymæram scilicet esse; ex eo quod est mihi liberum esse consensum, qui non est chymæra. ¶ 2. quia voluntas libera non habet libertatem, ut exerceatur libere, alias esset libera, ut exerceatur non libere; unde posset per libertatem exercent non libere, quod est chymæra; libertas igitur voluntatis est necessitas ut exerceatur libere; & si ita instas, *Consentire voluntatem, est libere exerceri; sed voluntati libera est necessarium libere exerceri: ergo voluntati libera est necessarium consentire;* est egregium sophisma; quia voluntas libera est necessitata ut exerceatur libere, hoc est, non potest exerceri non libere, non autem est necessitata, ut exerceatur libere consentiendo, quia potest exerceri libere non consentiendo, seu dissentiendo. ¶ 3. in sententia negante puram omissionem liberam, & exinde asserente libertatem contradictionis esse obiectivam, non subiectivam; est voluntas libera neces-

litata ad agendum, sed est futilis cavillatio; *consentire est agere*; sed voluntas est necessitata ut agat: ergo ut consentiat. Quia eadem forma probaretur necessitas dissensus; *Dissentire est agere, sed voluntas est necessitata ut agat: ergo ut dissentiat*: quia voluntas licet necessitata ut agat, est libera ut agat consentiendo, vel agat dissentiendo; & defectus Dialecticus est, quia arguitur in secunda figura affirmatiue, & exinde medio illo *agere* nullibi distributo, quia prædicatum propositionis affirmatiue non supponit distributiue.

30 His præmuritus facile argutias istas dissolues; in forma igitur resp. neg. ant. & ad eius probationem neg. mai. Stat enim esse necessarium *non resistere*; & esse liberum *consentire*: ad eius probationes resp. esse fallaces, quia eodem modo probant esse voluntati necessarium dissentire hac forma; *dissentire* dissensu diviso à prædeterminatione est *non resistere*; sed est voluntati necessarium non resistere; ergo, & ita dissentire. Unde resp. iuxta 2. notabile hanc libertatem versari inter *consentire*, & *dissentire* dissensu à prædeterminatione diviso; & cum *non resistere* sit prædicatum commune utrique extremo libertatis ad id non est libertas. ¶ Expediuit in forma, ne recurramus ad Dialecticæ regulas dum serio Theologiæ dogmata examinamus, iuxta 1. notabile ita responde, *consentire est non resistere* dist. mai. *est non resistere positive* conced. *est non resistere negative* neg. distinguo etiam illud consequens: ergo eo modo, quo est necessarium non resistere est necessarium consentire; dist. consequens, quo est necessarium, *non resistere positive*, concedo consequentiam, positive, vel negative, nego consequentiam: Quia est dupliciter non resistere aliud *positive* per consensum cum prædeterminatione compositum; aliud *negative* per dissensum à prædeterminatione divisum; unde voluntas libe-

liberā ad consentiendum, & exinde necessitata; ut ita consentiat, vel ut ita dissentiat est necessitata ad non resistere, & nullam libertatem habet ad resistere, est vero libera ad non resistendum negative per dissentium.

3 1 Si inthes 1. non resistere prædeterminationi positive non est voluntati necessarium; non resistere negative non est voluntati necessarium, ut fateatur: sed nullum non resistere datur nisi positive, aut negative: ergo nullum non resistere est voluntati necessarium: ergo non resistere prædeterminationi non est voluntati necessarium, & exinde resistere erit contingens, aut liberum. Cabilatio est inepta, fateor 1. consequ. nullum non resistere esse voluntati necessarium, & neg. 2. quia nullum non resistere est necessarium determinate; sed est necessitas vaga, ut sit aliquod non resistere; sicut nullum ex contradictorijs contingentibus est necessarium, sed est necessitas vaga, ut sit aliquod ex contradictorijs contingentibus; v.g. non est necessarium existere Petrum, nec est necessarium deficere Petrum, nullum ex his est necessarium, sed est necessarium, quod Petrus contingenter existat; aut contingenter deficiat, & ideo defectus utriusque contradictorij est antecedenter impossibilis; ita non est necessarium voluntati non resistere positive, nec est necessarium voluntati non resistere negative; est tamen necessarium vage, & indeterminate disiunctim, quod detur contingenter, vel non resistere positive, vel non resistere negative, vnde resistantia, quæ includit defectum utriusque non resistantiæ, est antecedenter impossibilis.

3 2 Instabis 2. si est necessarium disiunctim non resistere prædeterminationi positive, vel negative: ergo casu, quo deficiat non resistere negative erit necessarium non resistere positive: patet consequ. quia quando disiunctum aliquod est necessarium est una pars necessaria pro casu defectus aliarum partium; sed in casu existentie

prædeterminationis deficit *non resistere ei negative*, quia constituitur per defectum prædeterminationis: ergo pro casu existentia prædeterminationis erit necessarium ei *non resistere positive*; sed non resistere *positive* prædeterminationi constituitur, ut diximus per existentiam consensus: ergo pro casu prædeterminationis erit necessarius consensus. ¶ Explicatur alias ut possibilis duplex modus non resistendi prædeterminationi: tamen prædeterminatione supposita non est possibilis alia non resistantia præter *positivam*, quæ includit existentiam consensus: consensus non est simpliciter necessarius: ergo *non resistere* prædeterminationi non erit in illo casu simpliciter necessarium: sed nec est *impossibile* alias prædeterminatio necessario resisteretur: ergo *non resistere* erit contingens, si consensus est liber, unde poterit per *resistentiam* excludi.

33 Sed istæ fallaciæ sunt: instandæque exēplis usque ad nauseam inductis. Unde neg. 1. consequ. vel dist. consequ. ergo casu, quo deficit non resistere *negative*, erit necessarium non resistere *positive*; erit necessarium consequenter secundum quid, & ex suppositione conceda erit necessarium antecedenter, & simpliciter, neg. stat enim disiunctum esse necessarium simpliciter, & non esse unam partem simpliciter necessariam ex suppositione defectus alterius, dum suppositio defectus alterius partis est contingens; disiunctum enim ex amore, & carentia amoris est necessarium simpliciter, quia est ex contradictorijs, & tamen non est una pars simpliciter, seu antecedenter necessaria adhuc ex suppositione defectus alterius, idem est in disiuncto ex scientia divina consensus, vel dissensus: Unde ut plures innanes argutias præcaveas. Nota, quod si disiunctum necessarium constat ex una categorica impossibili, alia est simpliciter necessaria, quia si est necessarium simpliciter unam ex illis existere, dum una necessario deficit, alia necessario existit; ut in hac *Petrus est homo,*

homo, vel non est homo: Dum vero in disiunctiva necessaria, quaelibet pars est contingens, nulla necessario simpliciter existit, adhuc ex suppositione defectus alterius; quia suppositio haec est contingens; Ad rem: cum supponis praedeterminationem existere deficit non resistere *negative*: sed defectu contingenti, unde licet sit necessarium non resistere *negative*, aut *positive* adhuc in illa suppositione non est necessarium non resistere *positive* nisi consequenter, & secundum quid.

Ad explicationem resp. dist. 1. ant. praedeterminatione supposita non est possibilis, alia non resistantia praeter *positivam*; non est possibilis *consequenter* concedo; non est possibilis antecedenter neg. quia semper manet antecedenter possibile non resistere *negative*; unde necessarium est simpliciter aliquam existere ex his non resistantijs, neutra tamen est simpliciter necessaria adhuc ex suppositione, quod altera deficiat, quia quaelibet contingenter deficit, & contingenter existit, & hoc argumentum in terminis sibi opposuit, & contriuit, D. Thomas, vt alibi pondera-

vi,

34

Iam vidimus contritum argumentum intendens esse necessarium consentire, quia est necessarium non resistere praedeterminationi, nunc eodem modo intenditur esse impossibile voluntati praedeterminatae *dissentire*, quia est impossibile praedeterminationi resistere; unde ex irresistibilitate oppugnatur utroque ex latere libertas, vel quia irresistibilitas est necessitas consensus, vel quia est impossibilitas dissensus: unde.

Oppones 2. a: voluntas praedeterminata posset dissentire, posset praedeterminationi resistere: ergo si non potest ei resistere, nec dissentire: ergo si praedeterminatio est irresistibilis voluntas praedeterminata non est libera ad consentium: caetera patent, & 1. ant. in quo stat difficultas

Borrula de
Scient. mo
dia disp.
10. sect. 1.
in fine,

prob. i. ille potest resistere alicui, qui potest ponere oppositum; dissentire autem est oppositum prædeterminationi ad consensum: ergo, qui potest dissentire, potest prædeterminationi resistere, eamque frustrare.

35 Confirmatur i. posita prædeterminatione actu dissentire, est actu resistere, & actu frustrare: ergo posse actu dissentire erit posse resistere, & frustrare, prob. conseq. quia potentia terminata ad id, quod est actu resistere, & frustrare, est potentia resistendi, & frustrandi sicut potentia terminata ad id, quod est actu cognoscere, est potentia cognoscendi, & potentia terminata ad id, quod est actu amare, est potentia amandi: potentia autem dissentendi actu est potentia terminata ad id, quod est resistere & frustrare; cum actu dissentire sit actu resistere, & frustrare: ergo, & potentia resistendi, & frustrandi.

36 Confirmatur 2. ex P. Alderete argumento; quo (ut ait) sui AA adversus non nullos ex nostris utuntur: *Non operari Petrum stante prædeterminatione de operatione ipsius, est frustrare talem prædeterminationem: sed homo stante tali prædeterminatione habet potentiam antecedentem ad non operandum: ergo habet potentiam antecedentem ad frustrandam talem prædeterminationem.* Consequentiam nemo iure negare potest, quoniam est lumine nature notissima, & argumentum procedit à definitione ad definitum; nam si semel concedatur hæc propositio: *non operari stante prædeterminatione est frustrare prædeterminationem*, nullus erit locus distinguendi illud consequens; ergo posse non operari actu stante prædeterminatione est posse potentia antecedentem eam frustrare, quia eo modo, quo fuerit potentia antecedens ad definitum necesse est sit potentia ad definitionem obiectivam, sed non operari stante prædeterminatione, & frustrari illam se habent, ut definitum, & definitio: vel si hoc negetur, explicetur quæso, quid sit formaliter frustrari prædeterminationem? ergo.

Vnde

P. Borrul
ibi.

P. Alderete
de sciēt. dis.
24. sect. 5.

Vnde sic proponitur efficacitas huius argumen-
ti: potentia ad non operandum stante prædeterminatione
est potentia ad id, quod est formalissime non operari
stante prædeterminatione; sed non operari stante præde-
terminatione est formaliter frustrari prædeterminatio-
nem: ergo potentia ad non operandum stante prædeter-
minatione eo sensu, quo est potentia ad non operandum
est formaliter potentia ad frustrationem prædetermina-
tionis.

37. Prob. ant. 2. necessitas non resistendi est im-
possibilitas antecedens *dissentiendi* posita prædetermina-
tione: ergo posse voluntatem prædeterminatam dissenti-
re, est posse prædeterminationi resistere: patet conseq.
Prob. ant. *hic* est rectus syllogismus *dissentire posita præde-*
terminatione est resistere prædeterminationi, sed voluntas non
potest resistere prædeterminationi: ergo stante prædetermina-
tione non potest dissentire. Sed mai. est certa, & min. est ve-
ra, quia necessitas non resistendi est non posse resistere:
ergo ex necessitate non resistendi inferitur impossibili-
tas dissentiendi. Prob. mai. hic syllogismus est rectus: *Re-*
sistere prædeterminationi est componere dissensum cum præde-
terminatione, sed voluntas non potest componere dissensum
cum prædeterminatione: ergo non potest resistere prædetermi-
nationi. Hoc enim syllogismo probatur voluntatem non
posse resistere prædeterminationi. quia dicebamus in eo
non arguitur à sensu composito ad divisum negative;
sed à definitione ad definitum; sed ille alter syllogismus
est similis forma, & in eo similiter arguitur à definitio-
ne ad definitum, seu de impossibilitate resistendi ad im-
possibilitatem illius, quod est resistere: ergo est syllogis-
mus rectus.

38 Sed hæc forma est evidenter sophistica, &
evidenter instatur in exemplis adductis, i. posse enim
supposita scientia divina consensus, dissentire non est
posse

posse falsificare scientiam, licet sit posse in oppositum eius, quod scientia affirmat. 2. supposita prædeterminatione efficaci divina consensus, licet impedibili, quam Societas defendit, posse dissentium, est posse in oppositum eius, quod prædeterminatio decernit, quin sit posse ei resistere, eam frustrare, & infirmare. 3. posse Christum adhucposito præcepto mortis non mori, non est posse prævaricare, legi, aut præcepto resistere, licet sit posse in oppositum rei præceptæ. Unde pro omnibus.

39 Respondeo negando antec. ad eius probationem dist. illam mai. *Ille potest resistere alicui, qui potest ponere oppositum coniunctim cum illo, concessio. Diuisiv e ab illo, nego.* Cū vero voluntas prædeterminata ad consensum, licet possit indissentium oppositum non possit dissentium compositum cum prædeterminatione, sed à prædeterminatione diuisum, non potest in oppositum modo quo sit prædeterminationis resistentia.

40 Confirmatio 1. est similiter fallax; fateantur, quod si voluntas prædeterminata ad consensum dissentiret actu, resisteret nego. vero, quod posse dissentire sit posse resistere; & i. in isto eadem forma; si voluntas consentiens dissentiret componeret dissentium cum consensu: ergo si voluntas consentiens potest dissentire, potest componere dissentium cum consensu: vbi idem arguendi defectus committitur. ¶ 2. audiamus Sanctum August. ita asserentem: *Horum (qui secundum propositum vocati) si quisquam perit fallitur Deus: sed nemo eorum perit, quia non fallitur Deus; & vide fallaciam: si quisquam prædestinatorum periret falleretur Deus ex August. ergo prædestinatum posse perire, est posse Deum falli: prosequitur August. Horum si quisquam perit vitio humano vincitur Deus; sed nemo eorum perit, quia nulla re vincitur Deus; En iterum fallaciam; si vocatus secundum propositum periret actu vinceretur Deus ex August. ergo si*

*Aug. de
Corrupt. &
grat.*

vocatus: potest perire, Deus potest vinci. Unde resp. concedo ant. si praedeterminatus dissentiret componeret dissensum cum praedeterminatione, & exinde resisteret praedeterminationi, & neg. conseq. & ad probationem concessa mai. quod scilicet potentia terminata ad id quod est actu resistere est potentia resistendi, neg. min. Quod scilicet potentia terminata ad dissentire terminetur, ad id, quod est actu resistere; & ratio est, quia dissentire compositum cum praedeterminatione est resistere praedeterminationi, & potentia, quae componitur cum praedeterminatione, non respicit pro termino dissentire compositum cum praedeterminatione, quia hoc dissentire est chymara; sed inspicit pro termino dissentire divisum a praedeterminatione, & ita dissentire non est resistere; unde potius redarguo: potentia terminata ad dissentire eo tantum modo, quo dissentire non est resistere non est potentia resistendi; sed praedeterminatus solum habet potentiam ad dissentire dissensu a praedeterminatione divisio; quomodo dissentire non est resistere; ergo praedeterminatus potens dissentire non potest resistere.

Ad 2. Confirm. Resp. tam longe abesse consequentiam illam esse lumine naturae notissimam, quod crederem esse evidenter fallacem, & syllogismum non esse recte dispositum; En mai. non operari stante praedeterminatione est frustrare praedeterminationem, quae est vera, & maior extremitas est ly frustrare praedeterminationem: medium est non operari stante praedeterminatione: de toto enim hoc subiecto affirmatur esse frustrationem. En minorem: sed homo stante praedeterminatione habet potentiam ad non operandum; ubi est in hac minore medium, quod erat subiectum mai. nam ly stante praedeterminatione se tenet ex parte subiecti, ly non operari ex parte praedicati, & medium, quod erat complexum subiectum mai. in min. partim po-

nitur ex parte subiecti; & partim ex parte prædicati: unde
 quatuor in terminis proceditur, cum terminus nullus af-
 sumptus in mai. iterum sit in minori; non ergo arguitur
 à definitione ad definitum, sed ex potentia ad unum ter-
 minum, ad potentiam ad alterum omnino dissimilem: ex
 potentia scilicet ad *non operandum* ad potentiam *ad frustra-
 randum*, quasi non operari non posset esse non frustrare,
 ut ergo fiat syllogismus in forma, ita debet efformari mi-
 nor: sed homo habet potentiam antecedentem ad non
 operandum stante prædeterminatione; tunc enim recte
 arguitur de potentia ad definitionem potentia ad defini-
 tum; scilicet ex potentia *ad non operandum stante prædeter-
 minatione*: potentia *ad frustrandum*, seu *resistendum*: sed si-
 cut consequens est falsum est falsa minor, quia in homine
 non est potentia *ad non operandum stante prædeterminatio-
 ne*. ¶ Ad cuius evidentiam nota, hanc propositionem;
homo stante prædeterminatione operationis potest non operari
 esse valde diversam ab ista: *homo potest non operari stante
 prædeterminatione operationis*; prima enim est vera, secun-
 da est falsa; prima enuntiat cum prædeterminatione ex
 parte subiecti esse potestatem ad non operandum, quod
 est verum; secunda affirmat esse potestatem ad non ope-
 randum cum prædeterminatione, quæ se tenet ex parte
 termini, seu non operationis, quod est falsum; quia hoc
 complexum *non operari stante prædeterminatione operatio-
 nis* nullam potest terminare potentiam veram: unde si
 syllogismus assumit primam propositionem veram, defi-
 cit in forma; si assumit secundam, non deficit in forma;
 sed assumit præmissam falsam, & infert falsum conse-
 quens.

42 Et ut diverſitatem istarum enuntiationum
 percipias, vide in his propositionibus; *Petrus in instanti po-
 test moveri* est vera, quia solum enuntiat in instanti conve-
 nire Petro potestatem motus, hæc vero *Petrus potest mo-
 veri*

*verit in instanti, est falsa, quia enuntiat esse potestatem in Petro, et in instanti moveatur, quod est falsum, quia motus in instanti est chimæra; in eodẽ sensu sumuntur istæ propositiones *Petrus immotus potest currere*, quæ est vera, quia *ly immotus* se tenendo ex parte subiecti solum enuntiat, quod Petro dum non movetur, convenit potestas cursus, quod est verum; hæc vero *Petrus potest currere immotus*, est falsa; quia *ly immotus* ex parte termini enuntiat cursum posse esse sine motu, quod est falsum: idem est in his *aqua cum calore inclinatur ad frigiditatem; aqua inclinatur ad frigiditatem cum calore*: prima est vera, quia aqua coniungit cum calore inclinationem frigiditatis; secunda falsa, quia terminus inclinationis naturalis aquæ non est frigiditas cum calore, quia naturaliter cum eo inconiungibilis: hancque doctrinam nos edocuit S. Thomas dum enim opponeret, ut Deus non posset facere nisi facta, hanc propositionem; *Deus non potest facere nisi, quod præscit se facturum*, ita respondet exponendo eam (*hæc locutio Deus non potest facere, nisi, quod præscit se facturum, est duplex, quia exceptio potest referri ad potentiam, quæ importatur per *ly potest*, vel ad actum, qui importatur per *ly facere*; Si primo modo, tunc locutio est falsa, plura enim potest facere, quam præsciat se facturum, & in hoc sensu ratio procedebat; si autem secundo modo, sic locutio est vera, & sensus, quod non potest esse, quod aliquid fiat à Deo, & non sit à Deo præscitum, sed hic sensus non est ad propositum.*) Et omnes, qui concedunt prædeterminationes divinas impediabiles adstringuntur pariter distinguere hanc propositionem: *voluntas potest facere, quod non sit prædeterminatio postquam est*; quia si *ly postquam est* se tenet ex parte obiecti, seu termini libertatis, propositio est falsa; si *ly postquam est* significet ex parte subiecti durationem in qua existit libertas propositio est vera; similiter dicimus nos, si huic propositioni *Petrus potest non operari* addis *ly cum**

D. Thom. q.
 1. de pot.
 art. 5. ad 1.

pre-

prædeterminatione, vel *ly cum* prædeterminatione refertur ad potentiam, que importatur per *ly potest*, significando durationem, in qua existat libertas, & tunc locutio est vera, sed non est ad propositum, ut inferas potentiam resistendi, quia non operari non est resistere: vel *ly cum* prædeterminatione refertur ad actum, qui importatur per *ly non operari* significando obiectum libertatis, & tunc locutio est ad propositum inferendi, resistentiam; quia in hoc complexo *non operari cum prædeterminatione*, stat resistentia; sed locutio est falsa, quia prædictum complexum non terminat potentiam veram.

43 Instabis: hæc omnia solum probare, quod sit impossibile consequenter frustrare prædeterminationem, aut ei resistere, seu quod verum sit nunquam actu resisti, & frustrari, minime vero convincere esse impossibile antecedenter eam frustrare, & ei resistere; & proba prædeterminatio reddit impossibilem resistentiam, & frustrationem, quatenus reddit impossibilem dissensum, cum sit connexa cum consensu; sed prædeterminatio solum reddit impossibilem consequenter dissensum; quia nunquam potest verificari prædeterminatum actu dissentire, non reddit autem dissensum impossibilem antecedenter; ergo non antecedenter, sed consequenter impossibilem reddet resistentiam; difficile enim apparet, impossibilem esse dissensum cum prædeterminatione esse impossibilitatem resistendi, & quod impossibilitas resistendi sit antecedens, si impossibilitas disensus est pure consequens.

44 Resp. argutiam esse inanem, plurimis materijs communem; sed pro eius clara, & facili solutione expono universale principium in materia libertatis ex terminis notum, ut iudico: *impossibilitas consequens existendi B orta ex eo, quod existat A, est impossibilitas antecedens coniungendi B. cum A.* Ratio est evidens, quia si B posset coniungi cum A, existere B non pugnaret cum existere A dum

dum enim vnum potest coniungi cum alio, non pugnat cum existentia illius; ergo ex eo, quod existeret A non esset impossibilitas aliqua, vt existeret B: ergo a contradictorio consequentis, si A est impossibilitas aliqua, vt existat B, est omnino impossibile A coniungi cum B. ¶ Exēplis declaratur: vnum contradictorium reddit impossibile consequenter alterum, quia est antecedenter impossibile coniungi duo contradictoria: 2. in amore, & odio, in scientia diuina, & praedestinatione consensus cum dissensu, in praeepto consensus imposito voluntati impeccabili, & dissensu; omnes enim istae formae reddunt impossibilem consequenter dissensum, quia est antecedenter omnino impossibile formas praedictas coniungi cum dissensu 3. quia D. Thomas ex impossibilitate consequenti in Deo praedestinandi non praedestinatam, intulit esse impossibile antecedenter Deum mutari, & addere numero praedestinatorum, vnde (plurimis exemplis omissis) nulla est impossibilitas consequens, quae non fundetur in aliqua impossibilitate antecedente; vnde praedeterminatio ad consensum est impossibilitas consequens dissensus, quia est antecedenter impossibile eam praedeterminationem componi cum dissensu, exindeque resistentia erit antecedenter impossibilis, cum consistat in compositione praedeterminationis ad consensum cum dissensu, alias chimærica.

45 Ad 2. Prob. antec. allatam num. 37. resp. neg. ant. ad cuius prob. neg. illum syllogismum esse rectum, quia cum arguitur ex impotentia resistendi impotentia dissentendi infertur ex impotentia in sensu composito quem exigit resistentia, impotentia ad sensum diuisum; vnde est fallax argutio, sicut enim inepte arguitur a sensu diuiso ad compositum affirmative, ita, & a sensu composito ad diuisum negative; nec valet alium syllogismum, quo vtimur, esse rectum, quia in eo solum colligitur ex impotentia ad compositionem impotentia ad terminum exigentem necessario eam compositionem; qui

Supra scilicet.

29

qui modus arguendi est à definitione ad definitum; quod evidenter conspicies si attendas exempla superius ex D. Thom. adueta, ut Deus possit scire quod non scit, quia possit scientia Dei augeri, hic enim syllogismus est fallax: *si stante hoc numero scitorum, Deus aliud sciret, scientia Dei augetur; sed scientia Dei non potest augeri; ergo stante hoc numero scitorum Deus non potest aliud scire*: Quia arguitur ex impotentia augmenti, quod exposcit sententiam compositam, impotentia aliud sciendi, quæ est impotentia in se suu diviso: hic vero syllogismus est rectus (quia eodem utitur S. Thom.) ad probandum scientiam Dei non posse augeri; *Augeri scientiam est componi Deum scire aliquid, quod prius non scivit; sed non possunt hæc duo componi; ergo scientia Dei non potest augeri*: quia arguitur à definitione ad definitum, seu ab impotentia compositionis ad impotentiam termini exigentis compositionem, ita etiam potest instari, in numero prædestinatorum, cui non potest fieri additio, licet Deus possit prædestinare non prædestinatum: similiter accidit in nostro casu.

§. III. *46*

Oppones 3. hæc propositio, *voluntas prædeterminata potest resistere prædeterminationi* est modalis diuisa; ergo, & vera, licet resistentia non sit componibilis cum prædeterminatione: consequenter inferitur; quia istæ propositiones, *iustus potest lethaliter peccare; sedens potest currere*, sunt veræ, licet peccatum cum gratia, & curus cū sessione coniungi non possint, quia faciunt sententiam diuisam, probant. nam iuxta regulam apud Thomistas vulgarem, modalis composita est in qua dictum subiicitur, & modus prædicatur, seu ponitur in fronte propositionis sicut hæc, *album esse nigrum est possibile*: modalis autem diuisa est illa in qua modus mediatur inter partes dicti, sicut in his, *album potest esse nigrum. vel album possibiliter est nigrum*:

nigrum, sed in ea proportione; voluntas praedeterminata potest resistere praedeterminationi modus inediat inter partes dicti, ut patet; ergo praedicta propositio est modalis diuisa.

47 Sed licet M. Lemos concedat non esse inconueniens eam regulam infringi eo, quod non est universaliter vera; eam tamen, quia apud Thomistas communem, & in D. Thoma solide fundatam, admittendo; respondeo tripliciter: 1. eam regulam esse certam, dum actus, qui est terminus potestatis non exprimit ex terminis compositionem cum actu, qui se tenet ex parte subiecti; sicut accidit in nostro casu; ubi *resistere praedeterminationi*; expressum ut terminus potestatis dicit ex se compositionem cum praedeterminatione, seu forma posita ex parte illius subiecti *voluntas praedeterminata*: quis enim diceret hanc propositionem; *voluntas praedeterminata potest componere dissensum cum praedeterminatione* facere sensum diuisum ex eo, quod *ly potest* inediat inter partes dicti? Cum expressissime sensum compositum explicet.

48 Resp. 2. illam propositionem ex modo enuntiandi esse diuisam, quia non componit terminum potestatis cum actu se tenente ex parte subiecti, quia ex parte subiecti se tenet, sed quia ipsemet actus ulterius significatur ex parte termini; non enim componitur resistentia cum praedeterminatione, quia praedeterminatio ponitur ex parte illius subiecti; *voluntas praedeterminata*; sed quia additur ex parte illius termini; *resistere praedeterminationi*: cuius signum evidens est, has propositiones esse eoque falsas *voluntas potest resistere praedeterminationi: voluntas praedeterminata potest resistere praedeterminationi*. Et tamen in prima non ponitur praedeterminatio ex parte subiecti, sed solum componitur de possibili resistentia cum praedeterminatione, ex parte termini potestatis; igitur secunda non ideo est falsa, quia componit terminum

M. Lemos.
tom. 1. trac.
4. cap. 12.
D. Th. opus.
34. cap. 5.

potestatis cum actu, qui se tenet ex parte subiecti, quia se tenet ex parte subiecti, sed quia ipse actus subiecti ulterius includitur in potestatis termino; unde hæc propositio; *voluntas prædeterminata potest resistere gratiæ excitanti*. est absolute vera, & facit sensum diuisum resistantiæ à prædeterminatione, quæ est ex parte subiecti, licet resistantiæ gratiæ excitantis sit inconiungibilis cum prædeterminatione, non alia ratione, nisi quia prædeterminatio ulterius non includitur in termino potestatis. ¶ Rem exemplo declaro: hæc propositio; *Petrus sine motu potest currere sine motu*; est ex terminis falsa, quia componit possibiliter cursum cum carentia motus, non quia hæc ponitur ex parte subiecti, cum ex modo enuntiandi sit diuisa termini potestatis ab actu subiecti; sed quia carentia motus includitur in termino simul cum cursu; cuius signum certum est; quod hæc propositio: *Petrus potest currere sine motu*: est similiter falsa, & impossibilis; licet carentia motus non ponatur ex parte subiecti; hæc vero *Petrus sine motu potest currere* est absolute vera; quia facit sensum diuisum termini potestatis, scilicet cursum à carentia motus posita ex parte subiecti.

49 Resp. 3. quod licet propositio de *ly potest* dum mediat inter partes dicti; sit diuisa termini potestatis ab actu, qui est ex parte subiecti; tamen potestatem ad terminum componit cum subiecto: unde hæc propositio; *Iustus potest peccare* componit cum subiecto potestatem peccandi; licet non componat cum subiecto peccatum; & ideo hæc propositio *Christus potest peccare*; licet diuisa est facta, quia non est in Christo peccandi potestas; hæc vero propositio: *voluntas prædeterminata potest resistere prædeterminationi*; licet faciat sensum diuisum termini potestatis ab actu subiecti componit potestatem cum subiecto; hæc autem potestas est chimerica, si-

cut, & eius terminus, vnde cum nullo subiecto componi potest, & ideo illa propositio, licet faciat sensum divinum, nullum potest admittere sensum verum.

¶ IV. *Utrum possit ponere carentiam actus prædeterminati.*

¶ *50. Oppono.* 4. voluntatem libere ponere actum prædeterminatum est posse ponere carentiam actus prædeterminati: sed posse ponere carentiam actus prædeterminati est posse prædeterminationem frustrare, & resistere; ergo libere ponere actum prædeterminatum est posse prædeterminationi resistere. Discursus rectus, & mai. prob. libere ponere actum prædeterminatum est posse ponere eius contradictorium, quia libertas vnius contradictorii est libertas alterius: sed contradictorium actus prædeterminati est eius carentia, quia defectus rei, & res formaliter contradicunt: ergo. Probo etiam min. posse ponere carentiam actus prædeterminati est posse ponere carentiam actus stante prædeterminatione, quia solum carentia actus cum est prædeterminatio est carentia actus prædeterminati; sed posse carentiam actus coniunctam cum prædeterminatione est posse ei resistere, quia in hac coniunctione stat resistentia, ergo.

¶ *51. Ad id.* Hoc argumentum est egregium sophisma; eadem enim forma ex libertate ad actum prædictum, aut prædefinitum à Deo, vel ad actum impeccabili præceptum probari posset libertas falsificandi scientiam, frustrandi prædeterminationem, aut resistendi præcepto: vnde in forma respondeo, neg. mai. dum per carentiam actus prædeterminati præcisè negatur actus, & non prædeterminatio, impositius affirmatur; & ad eius probationem neg. min.

¶ *Quia actus prædeterminatus, & carentia actus prædeterminati*

minati nō opponūtur cōtradictorie, sicut Petrus cognitus; & carētia Petri cogniti; actus p̄ceptus; & carētia actus p̄cepti cōtradictorie non opponūtur. Et ratio est duplex: Prima, quia contradictoria non possunt simul deficere; & deficiente cognitione Petri, simul deficiunt Petrus cognitus, & carētia Petri cogniti: deficiente p̄cepto, simul deficiunt actus p̄ceptus, & carētia actus p̄cepti: & deficiente p̄determinatione, simul deficiunt actus p̄determinatus, & carētia actus p̄determinati. ¶ Secunda. cōtradictoria talis sunt naturæ, vt quidquid vnum affirmat, alterum neget: actus p̄determinatus: affirmat actum; & p̄determinationem: carētia actus p̄determinati: negat existentiam actus, & non p̄determinationem; vt supponis, cum potius enuntiet existente p̄determinatione deficere actum: ergo non opponuntur cōtradictorie.

52 Sed insistes: aliquod cōtradictorium est huius complexi *actus p̄determinatus*: non aliud nisi *carētia actus p̄determinati*; ergo hæc complexa sunt cōtradictorie opposita. ¶ Vtius: non est securior modus adstruendi cōtradictorium complexi, quam anteposendo toti complexo negationem: ergo *non actus p̄determinatus* est cōtradictorium *actus p̄determinati*; sed non actus p̄determinatus, & carētia actus p̄determinati equivalent: ergo actus p̄determinatus, & carētia actus p̄determinati opponuntur cōtradictorie.

53 Respondeo: cōtradictorium huius complexi *actus p̄determinatus* esse hoc complexum disiunctivum, *vel non existit actus; vel non existit p̄determinatio*: vnde cōtradictorium non exigit defectum actus existente p̄determinatione, & exinde nec *resistentiam p̄determinationis*: ratio est;

est, quia complexum *actus prædeterminatus* affirmat copulatiue existeret actum, & existeret prædeterminationem sed propositioni copulatiue (iuxta Dialecticæ regulas) solum contradicitur per disiunctivam ex extremis contradictionis, & ideo uniuersali, & particulari oppositæ qualitatis, dum contradicunt, quia sunt eiuſdem de eodem, debetur, primæ copulatiue descensus, & secundæ disiunctiue, ergo illi complexo solum contradicitur per hanc disiunctivam, *vel deficit actus, vel deficit prædeterminatio,*

54 Ad id, quod additur respondeo: quod *actus prædeterminatus, & non actus prædeterminatus* opponuntur contradictorie, si *ly non* neget actum, & prædeterminationem sub disiunctione, & eodem modo *carentia actus prædeterminati*. si vero vtrumque neget solum actum, affirmando prædeterminationem, neutrum est contradictorium actus prædeterminati, unde libertas eius, quæ est potestas, aut libertas sui contradictorii non est potestas ad componendam carentiam actus cum prædeterminatione, ac per iade, nec ad resistendum prædeterminationi.

55 Sed restat scrupulus: licet non sit contradictorium *actus prædeterminati: non actus prædeterminatus, ly non* negante actum, & non prædeterminationem, tamen quia ita accipitur *ly non* est id complexum extremum contrarietatis *actus prædeterminati*: sic enim propositiones possunt esse simul falsæ, non simul veræ: sed voluntas non solum est libera ad actum prædeterminatum libertate contradictionis, sed etiam libertate contrarietatis, vt patet: ergo est libera ad id complexum *non actus prædeterminatus ly non* negante actum, & non prædeterminationem: sed eo ipso potest resistere, vel componere carentiam actus cum prædeterminatione, ergo.

56 Respondeo: libertatem contrarietatis *actus prædeterminati*

*prædeterminati non respicere pro termino contrarie
opposito non actum prædeterminatum ly non negante tan-
tum actum, licet sint extrema contraria, sed vnum ac-
tum, vt alteri contrarium: libertas enim contrarietatis ad
amorem prædeterminatum respicit, vt extremum contra-
rium odium prædeterminatum. Ratio: quia voluntas est li-
bera ad actum prædeterminatum, non, quia est libertas ad
prædeterminationem, sed ad actum; hoc enim concretum
accidentale cum sit supponit pro subtracto actus, licet in-
recto importet formam prædeterminationis: vnde liber-
tas contrarietatis non debet respicere non actum, quod con-
tradicit actui, seu termino libertatis; sed debet inspicere ac-
tum contrarium, vt subest oppositæ prædeterminationi.*

57 *Aliter infurges; hæc disiunctiva; vel non existit
actus, vel non existit prædeterminatio est contradictorium
actus prædeterminati; sed ad veritatem disiunctivæ suffi-
cit veritas vnius partis; ergo potest contradictorium ac-
tus prædeterminati verificari per non existentiam actus,
existente prædeterminatione; & exinde per resistere præ-
determinationi.*

58 *Respondeo; illam disiunctivam non posse
verificari nisi per vtriusque partis veritatem, seu per non
existentiam, tam actus, quam prædeterminationis. Ratio;
quia sunt mutuo connexi termini disiunctionis; vnde si
vnum deficit, & alterum: qua ratione hæc disiunctiva;
vel non existit Paternitas, vel non existit filiatio: nequit ve-
rificari per veritatem solam vnius ex categoricis: & sicut
illa copulativa contradicens; Existit actus, & existit præ-
determinatio: nequit esse falsa, per salutem solum vnius
ex categoricis; ita nec disiunctiva cui contradicit potest
esse vera solum per veritatem vnius ex categoricis.*

59 *Cum hæc scriberem, ita veritate conuictus
vt hoc quartum argumentum sophisticis argutijs addij-*

cerem; perlegi ingeniosam & recentiore n. Iesuitam p. &
 iactam solutionem, vt apperte falsam impugnantem; pri-
 mo; quia confundit contradictoria Logica, cum Phyſi-
 cis, ex eo enim, quod in contradictione Logica propo-
 sitionum dentur affirmationes, & negationes copulative,
 & disiunctive, intendit in contradictione extremorum li-
 bertatis intervenire easdem suppositiones. ¶ Secundo;
 contradictorium actus præcepti est non existentia actus,
 & existentia præcepti; ergo contradictorium actus præde-
 terminati est non existentia actus, & existentia prædeter-
 minationis; prob. ant. 1. contradictorium actus liberi esse
 debet non existentia actus, & existentia libertatis; ergo
 pariter. ¶ 2. Quia contradictorium huius; *existentia actus*
cum præcepto actu existente; est hoc; *non existentia actus cum*
præcepto actu existente; sed hic negatur existentia actus; &
 affirmatur existentia præcepti; ergo. ¶ 3. Efficacissime;
 quia alias Angeli in secundo instanti, & homines peccato-
 res liberi esse possent ad contradictorium actus præcepti,
 & impeccabiles.

Sed hæc non sunt ta n difficilia, vt reddant
 apperte falsam solutionem, quam ex Dialecticæ regulis fir-
 mavi num. 5. 1. mihi enim omnino certum videtur, hoc
 complexum *actus prædeterminatus* copulative affirmare
 existentiam actus, & existentiam prædeterminationis, &
 copulativæ vñice contrarij per disiunctivam ex cathe-
 goricis oppositis in qualitate partibus copulativæ; quia
 tamen prædictus R. contrarium existimat; & mihi publi-
 ce disputanti aliquando dixit: paucis; sed efficacibus ratio-
 nibus convincā, esse ita apperte falsū, quā quod maxime.
 ¶ 1. Quia id nō tā probant, quā supponūt plurimi ex his,
 qui pueros prima dialecticæ rudimenta docent, vt videre
 est in Collegio S. Thom. in P. Arriaga; & in P. Quiras,
 qui huius propositionis *uterque homo currit* assignat pro
 contradictoria hanc, *alter homo non currit*; quia prima ex

P. Escobar
 ria disput.
 11. de Ang
 eis cap. 3.

Colleg. S.
 Thom. lib.
 2. Sumul. c.
 21. d. 1.
 P. Arriaga
 disp. 11. in
 Sumul. sect.
 4. num. 3. 2.
 P. Quiras
 tract. 1. dis-
 put. 4. sect. 3.

binario hominum, copulatiue affirmat hunc, & illum currere; secunda ex ipso binario hominum disiunctiue negat, hunc, vel illum non currere.

61 2. Id ipsum non tam probat, quam demonstrat P. Lince; cum in rotulo huic copulatiue Petrus currit, & Paulus currit contradiceret per hanc disiunctiuam Petrus non currit, vel Paulus non currit: sub hac forma: 1. quia simul veræ, aut simul falsæ esse nequeunt, vt meditati constabit, nobis enim impræsens non vacat. ¶ 2. Si Petrus, & Paulus soli essent possibili, hæc copulatiua Petrus currit, & Paulus currit equivaleret huic omnis homo currit, & hæc disiunctiua Petrus non currit, vel Paulus non currit, decideret in hanc aliquis homo non currit; sed hæc posteriores contradicunt omnium consensu: ergo, & illæ priores contradicunt in illo eventu; ac proinde etiam in hoc quando sunt in utroque eodem; par autem est ratio cuiusvis alterius copulatiue, & disiunctiue cæteris paribus. Hęc transcripti, vide alia, vt cognoscas copulatiue per copulatiuam contradici non posse.

62 3. quia hoc vt primum principium tradit P. Izquierdo inter Dialecticos Societatis nulli secundus, qui postquam duplici demonstratione probaret propositioni complexæ copulatiue contradici debere per complexam disiunctiuam; hæc scripsit: Itaque in doctrina huius propositionis omnes Logici re ipsa conspirant, addunt tamen plerique unicuique propositioni complexæ datæ, seu copulatiue, seu disiunctiue per præpositam negationem non infinitantem, sed negantem contradici (inter hos AA est P. Franciscus Alphonsus) quod verum est, quatenus composita ex datæ, & ex negatione præposita æquivalens est contradictoriæ, quam nos ipsius datæ assignauimus, quæ certe magis formalis magisque exacte est contradictoria eius; sicut huius copulatiue Petrus legit, & Paulus audit, eatenus hæc non Petrus legit, & Paulus audit, contradictoria est, quatenus facit hunc sensum; non sicut con-

P. Lince lib 4. dialect. cap. 12.



Izquierdo in Pbaro disp. 29. q 4. prop. 1.

P. Alphonsus lib. 4. c. 5.

coniuncta re vera, hæc duo, sed alterum saltem eorum
deest, atque ita huic equivaleat: Petrus non legit, vel Paulus
non audit, quæ est illius contradictoria legitima, iuxta regu-
lam à nobis traditam. Hæc. ius P. Izquierdo.

63. His præmunitus facile solves instantias ad
1. Resp. quod sicut in obiectis datur veritas obiectiva, non
formalis, contradictio obiectiva, non formalis: ita da-
tur coniunctio, vel disiunctio obiectiva, non formalis: vñ
de dñm quæritur contradictorium termini; aut extremi
incomplexi libertatis, debet assignari, per aliud incomple-
xum extremum, si tamen postulatur contradictorium
termini, aut extremi complexi libertatis, debet assignari
per extremum complexum contradictorie obiective op-
positum, quod nullum est, nisi copulativo disiunctivum,
aut disiunctivo copulativum.

64. Ad 2. neg. ant. ad eius 1. prob. neg. etiam
ant. quia contradictorium huius complexi *actus liber* nō
est: non existentia actus, & existentia libertatis, quia hæc
obiecta possunt simul deficere, & de facto deficiunt beatis
*amor Dei liber, & non existentia amoris, & existentia liber-
tatis*, quia non est in eis libertas ad amorem: vnde con-
tradictorium *actus liberi, est vel non est actus, vel non est li-
bertas*, hæc enim contradictoria, nec possunt simul defi-
cere, nec possunt simul existere, sicut autem voluntas est
libera ad *actum liberum*; quatenus est libera ad existentiam
actus, licet non sit libera ad existentiam libertatis, ita est
libera ad contradictorium obiectivum illius complexi,
quatenus est libera ad non existentiam actus; li-
cet non sit libera ad non existentiam libertatis. ¶ Ad 2.
prob. neg. mai. in sensu minoris, quia hæc complexa: *exis-
tentia actus, cum præcepto actu existente; non existentia actus,
cum præcepto actu existente*, si ly non neget actum; & non
præceptum, non sunt contradictoria, quia verumquæ af-
firmat præceptum, & deficiente præcepto simul deficiunt;

vnde solum potest habere sensum contradictorium si
 non sumitur neganter, & non infinitanter, negando quide
 cōiunctionē actus, & præcepti, & equivalēo huic disiu
 ctivæ, *vel nō existit actus, vel non existit præceptum*, quia ne
 gare duo simul esse, est dicere aliquod ex illis acesse, quod
 est, vel nō existere hoc, vel nō existere illud, vt superius de
 monstravit P. Izquierdo. ¶ Ad 3. prob. ant. licet efficacis
 simam. Vno verbo resp. quod nec in Angelis in 2. infan
 tanti, nec in hominibus, probatur peccabilitas, ex libertate
 contradictionis ad actum præceptum, quod præter plura
 hac vnica ratione suaderi potest, quia libertas contradic
 tionis ad actum præceptum perfectio libertatis est, & po
 testatis: potestas peccandi imperfectio, & defectus potesta
 tis, & libertatis est: ergo libertas contradictionis ex se nō
 est connexa cum potestate peccandi, & exinde medium
 ineptum ad eam colligendam, præmissas huius discursus
 alibi recolito diffuse fundatas.

P. Izquierdo
 do ubi sup.

Tom. I. dis.
 I. 9. §. IIII.
 12.

SECTIO QUARTA.

*Argumentis ex Concilio Tridentino desumptis satis fit
 & voluntatem non posse dissentire gratiæ efficaci, nec
 eam abijcere defenditur.*

65 **P**atres Societatis inter nostros dissidia magna
 referunt erga Tridentini Decretorum intelli
 gentiam; An, scilicet, Sacra sua dogmata pro
 cedant de efficaci gratia, vel solum de gratia sufficiente?
 Quia ex nostris alios affirmare, alios negare videtur: simi
 liter: An propositio Concilij in illo celebratissimo Cano
 ne quarto sit intelligenda in sensu composito, aut divis
 so? In quo non videtur vna Thomistarum sententia: vt er
 go convenientes nostros agnoscas, & dubia in hac gene
 ralitate proponenda non esse, per sequentes conclusiones
 veritatem apperiam, & nescio, an aliquis ex nostra

Schola alicui ex illis dissentiat, aut dissenturus sit.

Propositio Catholica ex illo Canone desumpta his verbis à Sacro Concilio describitur: *liberum arbitrium motum, & excitatum à Deo cooperatur assentiendo Deo excitanti, & vocanti, ita ut possit dissentire, si velit.*

Ex hoc principio argumentum sibi efficacissimum desumunt Adversarij ad probandum gratiam efficacem non esse prædeterminantem; quia Concilium loquitur de gratia efficaci, & in sensu composito, ita ut affirmet arbitrium *posse dissentire si velit* gratiæ efficaci; sed arbitrium non potest dissentire gratiæ prædeterminanti; ergo gratia efficax non est prædeterminans. Vel ita potest obicij contra nostram conclusionem: gratia efficax ex Concilio est prædeterminans, ut asserimus; sed ex ipso Concilio arbitrium potest dissentire gratiæ efficaci: ergo potest dissentire gratiæ prædeterminanti: sed idem est posse dissentire gratiæ efficaci, ac posse ei resistere: ergo gratia prædeterminans est resistibilis.

Argumenti vis procedit ex hoc principio; *Arbitrium potest dissentire gratiæ efficaci*: quod nec ex Concilio probatur, nec est verum; ut igitur exponamus qualiter loquatur Concilium de efficaci gratia; & eius propositionem facere sensum divisum dissensus ab efficaci gratia sequentes subiungo conclusiones.

Et ut certa ab incertis separemus: dico I. propositio Tridentini non facit sensum compositum dissensus cum cooperatione assensus, ita ut sensus sit, quod arbitrium ita cooperatur assentiendo; ut possit componere dissensum cum assensu; hæc conclusio est ex terminis nota; quia potestas ad componendum dissensum cum assensu est chimærica sicut, & talis compositio; ergo potestas ad ita componendum dissensum nequit adstrui à Tridentino in libero arbitrio.

68 Dico 2. propositio Tridentini componit potestatem dissentus, tam cum libero arbitrio moto, quam cum ipsa cooperatione assensus. Conclusio est omnino certa; nam Tridentinum intendit contra Hæreticos componere libertatem consensus cum arbitrio moto, & excitato, & cum ipso consensu; sed libertas consensus constituitur per potestatem dissentus; ergo Concilium potestatem dissentus componit cum arbitrio moto, & excitato ad consensum, & cum ipso consensu. ¶ Explicatur; componere cum arbitrio moto à Deo ad consensum, & consentiente, libertatem consensus, idem est, ac cum hijs componere constitutiva huius libertatis; sed libertas consensus constituitur per potestatem dissentus; ergo idem est componere cum libero arbitrio moto libertatem consensus, ac potestatem dissentus; sed Concilium intendit componere cum arbitrio moto ad consensum libertatem consensus, contra Hæreticos id negantes; ergo Concilium componit cum arbitrio moto ad consensum potestatem dissentus.

69 Dico 3. Concilium in illa propositione facit sensum compositum dissentus cum Deo excitante, & vocante; ita ut exponatur propositio eius per hæc; *liberum arbitrium motum, & excitatum secum componit potestatem ad componendum dissentum cum Deo excitante*; Hæc conclusio est verissima; & probatur: dissentire alicui est componere dissentum cum illo; nullus enim dissentitur suasioni non existenti; sed ex Concilio liberum arbitrium motum, & excitatum potest dissentire Deo excitanti, atque vocanti, ergo, & potest componere dissentum cum Deo excitante, & vocante: prob. min. I. nam verba Concilij sunt, hæc: *Liberum arbitrium cooperatur assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, ita ut possit dissentire*. Cui? Eiquidem, cui assentitur: sed Deo, excitanti, & vocanti cooperatur assentiendo; ergo ei potest dissentire. ¶

arbitrium libere assentitur ei, cui assentitur, alias assensus liberi arbitrij necessarius foret; sed libere assentiri est assentire, & posse dissentire; ergo arbitrium potest dissentire ei, cui assentitur: sed assentitur Deo excitanti; atque vocanti, ergo potest ei dissentire, & exinde cum eo dissentiu coniungere.

70 Dico 4. Concilium in illa propositione non componit dissentium cum Deo movente adhas possibiliter: ita ut sensus sit: *liberum arbitrium motum potest coniungere dissentium cum Deo movente*: hanc conclusionem negat Aduersarij, sed fateri coguntur omnes edocentes *motum Dei esse connexam, determinantem, & non indifferentem*, hoc enim nisi terminis luditur; idem est ac esse inconiungibilem cum dissentiu, seu cum opposito eius ad quod movet: probaturque 1. omnibus rationibus, quibus alibi fundavimus gratiam moventem, seu adiuvantem, ut ab excitante distinctam esse irresistibilem, & esse praevientem sub munere adiuvantis: recolo si exciderit. 2. Quia si Deus movet voluntatem ad aliquid impossibile est huic positioni, quod voluntas ad illud non moveatur, et motio pure moralis indifferens sit per illuminationem, inspirationem, & excitationem, Conciliumq; aliud intelligit per *ly motum*, quam per *ly excitatum*: ergo per gratiam moventem intelligit non motionem moralem indifferentem, sed physicam, & determinantem, & exinde vni extremo connexam, & alteri opposito inconiungibilem.

Tom. I. dist. put. 2. q. 4. s. 9. D. Tb. I. 2. q. 10. art. 4. ad 3.

71 Dico ultimo: haec propositio: *liberum arbitrium motum, & excitatum potest dissentire Deo excitanti* est absolute divisa, & omnino vera, probatur: quia licet ex dictis: haec propositio componat potestatem dissentius cum toto subiecto: & terminum dissentius cum actu aliquo sit tenente ex parte subiecti, non cum componit cum omni actu subiecti, quia non coniungit dissentium cum motione Dei, sed ut propositio de *ly potest* sit divisa, & ve-

vera, sufficit, quod dividat terminum potestatis ab aliquo
 actu subiecti, licet componat potestatem, cum toto sub-
 iecto, & terminum potestatis, cum aliquo actu subiecti;
 ergo mai. constat ex praesatis conclusionibus, & proba-
 min. exemplis: i. quia haec est divisa: *corpus album, & quã-
 tum potest esse nigrum*: exinde, quod licet potentia ad ni-
 gredinem componatur cum toto subiecto, & nigredo
 sit coniungibilis, cum aliquo actu subiecti, scilicet *quantitate*,
 non est tamen componibilis, cum alio actu subiecti,
 seu *albedine*. ¶ 2. Hæc sine dubio est divisa: *Materia quã-
 ta sub forma viventis potest recipere formam cadaveris*, prop-
 ter eandem rationem, quippe quia potestas suscipiendi aliã
 formam, licet composita enūtietur cum toto subiecto,
 & terminus potestatis sit componibilis, cum aliquo actu
 subiecti, scilicet cum *materia quantã*, non autem cum toto
 subiecto, scilicet cum *forma viventis*; sicut ergo istæ pro-
 positiones sunt absolute veræ, & faciunt sensum divissum
 ita, & ea de qua controversamur. ¶ Prob. min. etiam ra-
 tione; sensus illius propositionis est: *liberum arbitrium mo-
 tum, & excitatum secum componit potestatem contingenti dis-
 sensum cum Deo excitante, sed non potest eum coniungere cum
 Deo movente*; sed hoc est facere ad summum sensum, se-
 cundum quid compositum, & simpliciter divissum, ergo.
 ¶ Explicatur; sensum diversum important istæ proposi-
 tiones: *liberum arbitrium excitatum potest dissentire a Deo
 excitanti, liberum arbitrium motum, & excitatum potest dis-
 sentire a Deo movente*; cum in prima componatur terminus
 potestatis cum toto subiecto: secus in secunda; sed prima
 facit absolute sensum compositum; ergo, secunda divi-
 sum. ¶ Hinc vides summa unione procedere Tho-
 mas; quia dum affirmant aliqui Concilium loqui de
 gratia efficaci intelligi debent ex parte illius subiecti, *libe-
 rum arbitrium motum, & excitatum*; dum negant Conci-
 lium

num loqui de gratia efficaci intelliguntur ex parte illius
 termini potestatis; *dissentire si velit*. Similiter dum
 Concilium loqui in sensu composito, est quia Concilium
 expresse coniungit efficacem gratiam cum arbitrio, seu
 potestate dissentis, cum scripserit; *liberum arbitrium meum,*
& excitatum potest dissentire; & cum affirmant Concilium
 loqui in sensu diviso, est, quia divisit dissentium a gratia
 efficaci, quando quippe dixit; *assentiendo Deo excitanti, at-*
que vocanti, ita ut possit dissentire; solum composuit pos-
 sibiliter dissentium cum Deo excitante, & vocante, non
 eum Deo movente; unde omnes, concludunt propositio-
 nem Concilij esse absolute divissam.

De Concilio Tridentino, Lib. 2. Cap. 5. §. 11. Hanc doctrinam edocui in prima huius

tractatus parte; quam novissime sequitur, illustrat, & lau-
 dat, P. Palanco: ingeniosus autem Societatis Scriptor po-
 tius irridet, quam impugnat, levissimas eius obiectiones
 ex alijs transcriptas, & sibi satisfactas omittere non dicit:
 Primo enim ait: *miris sunt hominum studia: Thomista ve-*
teres in eo toti fuere, ut propulsarent adversus praedeter-
minationes phycas, ictum argumenti ex doctrina Tri-
dentini formati, Recentes vero praedeterminationem non
latentem solum asserunt in Tridentino, sed manifestissime
expressam; quam confidentiam iure iam diu miratus est
inter alios Modestissimus Scriptor, & Doctor Eximius P.
Suarez. ¶ Sed quis, quæso est ex Priscis Thomistis, qui ex
 Tridentina Synodo phycas praedeterminationes non
 probaverit? O magna veritatis vis! Si iam diu miratus est
 inter alios Modestissimus Suarez Thomistarum confi-
 dentiam asserentium in Tridentinae manifestissime expres-
 sam praedeterminationem; quomodo est connatus Re-
 centium Thomistarum? Nisi admiratio propheticæ spiri-
 tu præcedat euentum. Argumenta, & rationes evolva-
 mus.

P. Palanco
 9. 17. de
 Prov. f. 8.

P. Aranda
 disp. 6. sec.
 1. n. 328.



Duo enim intendit: 1. Concilium non loqui de prædeterminatione nomine gratiæ adiuvantis, quæ liberum arbitrium est motus; unde cum loquatur de gratia efficaci concluditur efficacem gratiam non esse prædeterminantem. ¶ 2. Quia ex Concilio arbitrium potest dissentire gratiæ efficaci.

74 Primum probat. 1. quia Concilium loquitur de gratia adiuvante, quæ dat posse ex illo, *adiuvat; v. possis*; & prædeterminatio non dat posse; sed ad hoc iam abunde superius satisfecimus. ¶ 2. Quia Concilium iungit *adiutorium* sensu, quo iumpserunt contra Pelagium, & semi Pelagianos Augustinus, & alij SS. Patres: quid autem magis certum, quam *adiutorium* in calamo Augustini sonare sufficientiâ, & vires requisitas ad posse? ¶ 3. Prius est in littera Concilij arbitrium esse *motum*, quam *excitatum*; quomodo ergo in illa motione venit prædeterminatio, si actus secundus non sit prior, quam actus primus? Quis cogitet ista paradoxa!

75 Assumptum ita suadet. 1. potest abijci ex Concilio gratia, quæ ex eius præsentia recipitur ab homine; sed, quæ recipitur ab homine est gratia efficax; recipere enim in sensu Concilij est *cooperari vocationi*; ergo gratia efficax potest abijci. Ergo arbitrium potest gratiæ efficaci dissentire, quia gratia per dissentium abijcitur. ¶ 2. Concilij intentio fuit damnare Calvinum; sed Calvinus aperte locutus est de gratia efficaci, quæ solis consentientibus datur: ergo Concilium de gratia efficaci definiit abijcibilitatem. ¶ 3. Concilium loquitur de *tactus cordis per inspirationem* habente effectum, qui tactus est efficax, cum homo ipsum recipit; si gratia habeas effectum est efficax; ergo Concilium abijcibilitatem tribuit gratiæ efficaci.

Ultimo: ex Concilio abijcibilitas requiritur in aliqua gratia sufficiente, ut detur locus electioni; ergo

Conc. Jesh.
6. cap. 11.

9. 4. s. 8. d.
n. 236.

in omni: prob. conleq. quia irremittibilitas, ideo negatur in aliqua, quia ex genere suo nocet, ergo quia nocet in omni. ¶ Tum quia implicat libera abiectibilitas in vna gratia praeveniente, ū repugnet in altera necessario requisita ad operandum; quod patet. Nam quando *unum* operari est cooperari *duo*, qui nequit facere ne cooperentur *duo*, nequit facere ne *unum* operetur; atqui non abiecti gratiam sufficientem est coexistere praedeterminantem: ergo qui non potest libere facere ne coexistent duae non potest facere, ne maneat abiecta gratia sufficiens; ergo, vel vtraque est abiectibilis, vel neutra.

76 Sed haec facilia sunt; ad 1. resp. adiutorium *sine quo* in calamo Augustini, & SS. Patrum sonare sufficientiam, & praestare vires; quippè non est distinctum à gratia excitante; adiutorium autem *quo* minime praestare vires ad perseverandum, sed esse *quo perseverantia ipsa donatur*; gratiam vero adiuvantem, ut ab excitante distinctam esse efficacem, & praedeterminantem. ¶ Ad 2. prius dicere Concilium arbitrium *motum*, quam *excitatum*, non quia *motio* physica sit prior excitatione morali, sed quia arbitrium moveri physice admittebant Haeretici Calvinus, & Lutherus, quos damnare intendebat Concilium, arbitrium excitari negabant, & prius posuit praedicatum in quo conveniebant, & postea, quod rennuebant, ut cum vtraque gratia movente, & excitante libertatem consensus definiat, per potestatem dissentendi Deo excitanti. Motioni gratiae correspondet cooperatio arbitrij, suasioni gratiae excitantis correspondet arbitrij consensus; unde quia Concilium prius dixit arbitrium *motum*, quam *excitatum*, hoc ordine dixit *cooperatur assentiendo*, prius exprimaendo cooperationem, quam assensum: non ita in Capite, cum enim prius exprimeret gratiam *excitantem*, quam *adiuvantem*, prius nominavit *assentiendo*.

sensum, quam cooperationem, ita enim ait *gratia efficiendo, & cooperando.*

**P. Palanco
de Prov.**

77 Ad 2. assumpti prob. absolute affirmat P. Palanco arbitrium posse abijcere gratiam efficacem, quatenus potest eam impedire, vel ei resistere resistantia formali, eaque Tridentini verba, *ita ut tangente, &c.* exponit non solum de gratia sufficiente; sed etiam de efficaci; & *ly recipiens* non solum esse intelligendum (inquit) de receptione morali, prout idem est recipere, ac *acceptare*, sed etiam de receptione pure physica.

78 Sed plura in hac solutione mihi valde displicent: 1. asserere verba Concilij: *quippè, qui illam abijcere potest* intelligi posse de gratia efficaci. 2. asserere verba illa Concilij, *neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens* posse intelligi de receptione pure physica, & materiali: primum probo; quia licet abijcere sumeretur pro impedire, aut resistere resistantia formali, non sic gratia efficax esset abijcibilis, quia nec gratiæ efficaci possumus resistere, ut supra probavi, nec gratiam efficacem impedire, ut inferius dicam. ¶ 2. Si dissentire exterminis facit sensum compositum cum gratia, cui dissentitur, ut fatetur hic Author: & *falsificare*, frustrare, addere, subtrahere: exterminorum propria significatione, faciunt sensum compositum, ut indubium est? Cur *abijcere* nam faciet sensum compositum cum gratia, quæ abijcitur? Si ergo non possumus abijcere gratiam efficacem in sensu composito, non possumus proprie eam abijcere, specialiter; cum Canon 4. Concilij exponat cap. 5. de ea gratia abijcibilitatē declaravit cap. 5. cui voluntas potest dissentire iuxta Can. 4. sed gratiæ *excitantis* potest voluntas dissentire, non efficaci: ergo gratiam excitantem non autem efficacem potest voluntas abijcere. 3. Et urgentius; capitale fuit præiactum Tridentini decre-

tum ad probandum contra Iansenium veritatem catholicam, dari nempe, in statu lapsus gratiam interiorem non intrinsece efficacem, & nullus ex ijs, quos videre licuit, qui Iansenium devellarunt, hoc testimonium prætermisit, & proculdubio operam perderent, si *abijcere in/pirationem* posset intelligi de gratia interiori intrinsece efficaci; ut enim est evidens inefficax est ad probandum dari aliquam gratiam interiorem non intrinsece efficacem in statu lapsus, testimonium quod potest recte intelligi de gratia intrinsece efficaci; unde recte aiunt P. Salman. quod *Concilium non loquitur de abiectione auxilij efficaci, sed de abiectione gratia excitantis evidenter constat ex eius verbis.*

*Salmanicus
dis. 7. dub.
4. n. 2159*

79 Quod vero illa Concilij verba: *Neque homo ipse nihil omnino agat in/pirationem illam recipiens*, sint intelligenda de receptione morali, ita enim certum iudicavi, quamquod maxime; solum enim Vincentius Lenis contrarium asserit, de quo ita scribit P. Decamps. *nemo Theologus leviter tinctus ignorat his vocibus in/pirationem illam recipiens exprimi receptionem moralem, quæ est ipse consensus voluntatis libera: rationeque huius veritatis videri poterunt alibi.*

*Decampsus
lib. 2. disp.
3. cap. 3.
Tom. 1. ar.
put. 2. q.
n. 17.*

80 Unde facile resp. ad 1. prob. dist. mai. potest abijci ex Concilio gratia, quæ recipitur moraliter ab homine conc. mai. gratia, quæ recipitur physice neg. mai. & eodem modo dist. min. gratia, quæ recipitur pure physice est gratia efficacis conc. quæ recipitur moraliter neg. & neg. conseq. ex Concilio enim homo agit *in/pirationem recipiendo*, seu acceptando, quam, & *abijcere potest* sed in/piratione non est gratia efficacis, sed excitans, seu sufficiens; gratia enim efficacis comprehenditur à Concilio nomine gratia adjuvantis, & moventis; cum enim intenderet hominem disponi ad iustificationem libere assentiendo gra-

tiæ excitanti, & cooperando adiuuanti; primo loquitur de excitante per illa verba *ita vt, &c* quia eam voluntas, assentiendo ei, acceptat, & recipit, abijcereque potest; & statim exponit munus gratiæ adiuuantis efficacis, seu mouentis per verba, quæ subiungit, *nec tamen sine gratia Dei movere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate potest*, de hac tamen gratia, qua denominatur *liberum arbitrium motum* in Can. 4. non ait Concilium, quod eam libere recipiat, quod eam abijcere potest, aut quod ei potest dissentire.

81 Ad 2. prob. sæpius est dictum, quod Calvinus in duobus erravit hæretice, negando gratiam interioriorem, & pure sufficientem, & asserendo per gratiam efficaciter mouentem ad consensum tolli potestatem dissentus, vtrumque damnat Concilium, quin, nec leuiter innuat potestatem abijciendi gratiam efficacem. ¶ Ad 3. prob. iam olim dixi esse falsum gratiam coniunctam cum effectu esse efficacem: omnis enim gratia efficax est coniuncta cum suo effectu, sed non omnis gratia coniuncta cum effectu est efficax; dum enim adest gratia efficax, simul cum ea sunt illuminatio, & inspiratio Spiritus Sancti, quæ sunt gratia interior excitans, & aliæ gratiæ externæ, inefficaces quidem, sed cum effectu coniunctæ; & hoc ideo, quia non coniunguntur cum effectu ratione sui, sed ratione alterius gratiæ, & gratia efficax est illa *vt cuius* infallibiliter voluntas coniungitur effectui. Adest exemplum in voluntate Dei; voluntas illa qua Deus vult omnes homines salvos fieri, communis prædestinatis, & reprobis, non est efficax in prædestinatis, licet in eis coniungatur cum effectu salutis, quia coniunctio cum salute non est ex vi illius, sed ex vi voluntatis efficacis propriæ prædestinatorum.

82

Ad ultim. prob. neg. conseq. ad 1. prob. qua cum aliqua ex gratijs libertatem constituat, debet esse resistibilis; non omnis gratia, quia nec omnis gratia praeveniens est libertatis constitutiva. Ad 2. esse argum. solutum, & infra accuratius examinandum, qualiter voluntas habet in potestate abijcere gratiam sufficientem, si non habet in potestate non coexistere efficaci, quod requiritur, ut abijciatur sufficiens; sicut habet in potestate dissentire quia habeat in potestate non esse gratiae efficaci, cuius gratiae defectus exigitur, ut dissentiat.

§. III.

83

Sed ut olim promissis fidem fervemus difficilliora ex Tridentino oppono argumenta; primo; potest dissentire gratiae efficaci est posse resistere gratiae efficaci; sed voluntas nostra potest dissentire gratiae efficaci, ergo, & ei resistere; si autem non potest resistere gratiae praedeterminanti; gratia efficax, quam Concilium, & fides docet, non erit praedeterminans: mai. nota: quia dissentire gratiae moventi ad consensum, & ei resistere convertuntur; nec enim alio ex principio potest voluntas resistere gratiae sufficienti, nisi quia potest ei dissentire. in qua est difficultas probo. Libere consentire gratiae efficaci est posse ei dissentire; quia libertas consensus est potestas dissensus; sed voluntas libere consentit gratiae efficaci; alias dum consentit necessario consentiret; ergo voluntas potest dissentire gratiae efficaci.

Tom. II
disp. 2. q. 2.
sect. 3.

84

Huic objectioni respondeo ex alibi dictis, neg. min. & ad eius prob. neg. etiam min. & quod subinfert quia voluntas, nec necessario, nec libere consentit gratiae efficaci, quia ei non consentit; & dum non datur consentire alicui, nec ei libere, nec necessario consentire datur. Pro cuius clara intelligentia praenotavi. Has propositiones esse valde diversas, voluntas cum gratia efficaci con-

Vbi supra
q. 4. sect. 7.

sentit; voluntas gratia efficaci consentit. Prima enim est catholica: secunda est falsa, similiter sunt istę distinctio voluntas cum gratia efficaci potest dissentire: voluntas gratia efficaci potest dissentire: quia prima est orthodoxa in tridentina Synodo definita; secunda est falsa, distinctio harum propositionum ex primarum diversitate colligitur, quia arbitrium potest dissentire cum eo, cum quo consentit; quia dum consentit libere consentit, & libere consentire est posse dissentire; similiter arbitrium potest dissentire et cui consentit; quia libere consentit ei, cui consentit, & ex inde ei potest dissentire, quia libere alicui consentire est ei posse dissentire; si ergo diversa sunt consentire cum aliquo, & consentire alicui; & diversa erunt posse dissentire cum aliquo, & posse dissentire alicui. ¶ Nec video qualiter hoc negari possit: r. nam voluntas cum consensu est potens dissentire; & non est potens dissentire consensui; ut est notum; similiter cum voluntate possum dissentire non voluntati; & arbitrium, ut instructum omnibus gratijs; tam internis, quam externis est potens dissentire, quia libere consentit, & tamen, adhuc apud adversarios omnibus ijs gratijs dissentire non potest; Ratio: quia inter gratias externas ad consensum precipuum locum obtinet prædefinitio divina consensus, & arbitrium huic gratiæ dissentire non potest, quia dissentire includit sensum compositum cum eo cui dissentitur, & dissensus est inconiungibilis cum prædefinitione divina consensus.

85 Quod autem arbitrium, nec assentiat nec consentiat gratiæ efficaci, seu adiuvanti, sed solum gratiæ sufficienti, seu excitanti; colligitur r. quia assentire, & dissentire sunt respectiva gratiæ suadenti, solum enim suasioni consensionem, aut dissensum exhibere possumus; consentire enim est idem ac cum alio sentire; sed gratia sufficientis seu excitans est moralis motio, seu suasio, efficax autem, & adiuvens non est suadens, sed physice movens; ergo solum

lum assentimur, aut dissentimus gratiæ sufficienti excitanti, non efficaci adiuvanti. ¶ Secundo: solum gratiæ, quam sentimus possumus consentire aut dissentire, cum consentire ex D. Thoma sit *ad aliud* sentire; sed gratiam excitantem, & sufficientem sentimus, & ipsa experientia adversus Iansenium fundamus; gratiam autem efficacem sensibilibiter non percipimus; ergo gratiæ sufficienti consentimus, aut dissentimus; non autem efficaci: prob. min. quæ ad 2. partem: quia ideo S. August. eam vocat occultam; cum ait *Hæc gratia, quæ occulte humanis cordibus divinâ largitate tribuitur, à nullo duro corde respuitur; gratia, quæ non respuitur est efficax, & hæc occulte cordibus tribuitur: de qua ait Senonêle esse occultum secretioris inspirationibus infatum contingentem voluntatem, ut se se convertat in Deum.* ¶ Tum, quando ait Deum occultissima, & efficacissima potestate transtulisse cor Regis ab indignatione ad lenitatem; similiterque dum dixit *occulta potestate operari Deum in cordibus bonas voluntates, & alibi pluries; ergo gratia efficax nullatenus sentitur.*

86 ¶ Oppones graviter: voluntas ex Tridentino non solum assentitur, & consentit cum gratia efficaci, sed etiam gratiæ efficaci; ergo non solum cum ea, sed et potest dissentire: prob. ant. ex illis Tridentini verbis: *ut qui à Deo averti erant per eius excitantem, atque adiuvantem gratiam ad convertendum (se etiam gratiâ libere assentiendo & cooperando disponantur; vbi Tridentinum per gratiam excitantem intelligit sufficientem, & per adiuvantem efficacem; ut certum est apud nos; alias gratiæ efficacis altum silentium in Concilio esset; sed ex ipsa Sacra Synodo eidem gratiæ adiuvanti quidem, & excitanti libere assentiendo, & cooperando, averti à Deo disponuntur ad convertendum se; ergo averti à Deo gratiæ efficaci assentiendo disponuntur: ergo non solum cum gratia efficaci assentiunt, sed gratiæ efficaci,*

D. Th. 1. 2.

9. 15. art.

1. ad 3.

August. de

Predest.

Sanct. cap.

10:

Concil. Se-

nonêse Dec

ret. 15.

Aug. cont.

2. ep. Pa-

gion. lib.

cap. 20.

Aug.

grat. Chri-

sti cap. 24.

Trident. s.

5. sess. 6.

Tom. I. dis.
l. 9. 2. sec.
B.

87. Respondeo: quod *ly assentiendo* Concilij non correspondet gratia adiuvanti, seu efficaci, sed gratia excitanti, seu sufficienti; sicut *ly cooperando* non correspondet gratia excitanti, sed adiuvanti; ut diffuse alibi diximus cum communi Nostrorum sententia, in qua clare instatur argumentum; mens ergo Concilij fuit cum utraque preveniente gratia excitante, & adiuvante componere libertatem voluntatis nostrae, quia libere assentitur excitanti, & cooperatur adiuvanti; quod duo suadent, 1. Quod in eo capite; quia prius expressit gratiam excitantem, quam adiuvantem, etiam primo declaravit in actu salutari nostro formalitatem assensus excitationis, quam cooperationis adiutorij: dum vero doctrinam capituli reduxit ad Canones: declarat Concilium *liberum arbitrium motum, & excitatum à Deo cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti.* Vbi quia prius appositum gratiam moventem, seu adiuvantem quam excitantem, prius etiam expressit cooperationem, quae correspondet adiuvanti, quam assensum, qui correspondet excitanti. Nec dixit, liberum arbitrium cooperari assentiendo gratia moventi, & excitanti, ita ut assensus exprimeretur ei duplici gratia appositae ex parte subiecti in *ly motum, & excitatum, sed solum cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti.* ¶ 2. Fundatur in usitato loquendi modo, quia nunquam proprie dicitur, nos adiuvanti assentiri, sed cooperari; sicut nec suadenti cooperari, sed assentiri, suadeat, & excitet Petrus ut portem pondus, Paulus adjuvet, ut ipsum feram, quis proprie non dicet, me assentiri, dum pondus fero, Petro suadenti, & me cooperari Paulo adiuvanti: si igitur Concilium duplicem explicat gratiam moventem, seu adiuvantem, suadentem, seu excitantem; & actum arbitrij esse cooperationem, & assensum, ut prius sensus Concilio tribuatur, cooperatio debet correspondere adiuvanti, sicut, & assensus gratia

Tom. I. v. 1.
v. 1.

suadenti, seu excitanti: id ipsum ex Synodis Provincia-
libus Coloniensi, & Maguntina legito alibi collec-
tum.

88 Sed infurges: ergo licet arbitrium non as-
sentiatur gratiæ adiuvanti, seu efficaci, libere ei coopera-
tur, sed hoc sufficit, ut arbitrium possit resistere gratiæ ef-
ficaci, ergo ex Concilio arbitrium potest resistere gratiæ
efficaci, exindeque gratia efficax non erit prædetermi-
nans: 1. conseq. ex Concilio intulimus illis in verbis *eidem*
gratia libere cooperando; subsumpta Prob. libere cooperari
gratiæ efficaci est posse ei gratiæ non cooperari, sed pos-
se non cooperari gratiæ efficaci est posse ei resistere, er-
go. Mai. est essentia libertatis. Prob. min. 1. arbitrium non
cooperari gratiæ efficaci esset ei resistere: ergo posse ei
non cooperari, est posse ei resistere. ¶ Aliter posse non
cooperari gratiæ efficaci, est posse gratiam suo effectu
frustrare, sed posse frustrare gratiã est posse resistere gra-
tiæ: ergo posse non cooperari gratiæ est posse ei res-
sistere.

89 Urgetur ex RR. Tyrso; libere cooperari
gratiæ efficaci est libere coniungere consensum cum
gratia efficaci; sed hoc est posse resistere gratiæ efficaci:
ergo: mai. certa prob. min. libere coniungere consensum
cum gratia efficaci, est posse non coniungere consensum
cum illa: sed posse non coniungere consensum cum ea,
est posse ei resistere, seu posse coniungere dissensum cum
ea: ergo: mai. est essentia libertatis; prob. min. posse non
coniungere vnum cum alio est posse sciungere, seu sepa-
rare vnum ab alio; idem enim est posse non coniungere
A cum B ac posse separare B ab A; ergo posse non con-
iungere consensum cum gratia, est posse separare consen-
sum à gratia, sed hoc idem est ac posse coniungere carẽ-
tiam consensus cum gratia, quod est formalissime gratiæ
resistere: ergo posse non coniungere consensum cum gra-
tia efficaci, est posse ei resistere.

Resp.

Tyrso t. I.
disp. 17.
sect. 1.

90. Resp. cōcessa 1. cōseq. neg. subsūp. ad cuius proba-
 neg. min. hęc enim diversa sunt *volūtas potest non cooperari
 gratiā efficaci, volūtas potest resistere gratiā efficaci* primū
 enim est omnino verum: tum quia ex Cōcilio infertur
 cū quia arbitriū efficaciter motū posse nō operari est pos-
 se non cooperari gratiā: secūndū est falsum, quia potestas
 non cooperandi gratiā non est potestas, ei resistendi, ra-
 tio est; *quia non cooperari gratiā potest intelligi dupliciter,
 vel non cooperari gratiā eā existentē, vel non coopera-
 ri gratiā eā deficientē*; cum ergō volūtas adhuc adiuta
 gratia habeat potestatem non cooperandi gratiā eā defi-
 ciente, habet potestatem in vero, & absoluto sensu ad nō
 cooperandum gratiā. ¶ Vnde resp. simul ad probationes
 min. non cooperari gratiā *compositum* cum gratia est ei
 resistere, & eam frustrare conced. non cooperari gratiā
divisum a gratia est ei resistere, & eā frustrare neg. min.
 & neg. cōseq. quia posse non cooperari gratiā est posse
 non cooperari divisum. ¶ Explicatur solutio 1. exemplis
 quibus innixi diximus volūtatē cum gratia efficaci
 posse non consentire, & non posse ei dissentire; ita dici-
 mus posse ei non cooperari, & non posse ei resistere. ¶
 2, Quia sicut dicimus Christum posse *non adimplere* prę-
 ceptum, & non posse resistere pręcepto, quia *non adimple-
 re* cum sit extremum negativum nōa exigit nec existen-
 tiam pręcepti, neque existentiam adimplentionis; vnde
 verificatur non adimplere alterutro, vel utroque deficien-
 te, quōd non posset verificari de *resistere*, quia cum im-
 portet conceptum positivū exigit existentiam eius, cuius
 est resistentia; idem dicimus de *ly non cooperari gratiā*: quia
 extremum negativum cum sit, est possibile arbitrio utro-
 que deficiente, non tamen est possibile arbitrio resistere;
 quia resistere gratiā efficaci exigit existe. tia. n gratiā, cui
 sit resistentia.

min. ad eius prob. neg. min. quia sicut arbitrium prae-
 terminatum potest non operari potest non coniungere
 operationem cum gratia: ad cuius prob. neg. aut, hoc qui-
 dem posse, esse posse sciungere, seu separare consensum,
 seu operationem a praedeterminatione, illud enim prin-
 cipium quod assumitur ut verum: *posse non coniungere B cum*
A est posse separare A a B est mihi falsissimum; ratio, quia
 separare vnum ab alio est vnum existere sine alio, solum
 enim datur separatio, quando vnum existit, & alterum de-
 ficit: non coniungere vnum cum alio potest verificari
 nullo existente; deficiente enim simul *A & B* non coniu-
 gitur *A* cum *B*: ergo stat non coniungere vnum cum
 alio, quod non sit separari vnum ab alio. ¶ Vel aliter: con-
 iungere *A* cum *B*, & non coniungere sunt contradicto-
 ria, sed coniungere affirmat copulative existentiam vtrius-
 que coniuncti, coniugi enim *A* cum *B*, est existere *A*, &
 existere *B*: ergo non coniungere negat vtriusque coniuncti exis-
 tentiam sub disiunctione iuxta Sumularum regulam su-
 perius firmatam, & ita consistit in hac disiunctiva, *vel*
non existit A, vel non existit B, quae potest esse vera per
 veritatem vtriusque partis, deficientibus simul *A & B*:
 sed *A* separari a *B* nequit esse utroque deficiente, quia
 constituitur per hunc conceptum *existere A sine B*: ergo
 duo non coniungi non est separari: potest ergo dari po-
 testas non coniungendi consensum cum gratia efficaci,
 quae non sit potestas separandi consensum ab ea gratia, &
 exinde nec potestas eam frustrandi, aut ei resistendi. ¶ Ex-
 plicatur duplici exemplo 1. in sua praedefinitione inten-
 tiva consensus, qua posita voluntas libere consentiens, &
 coniungens consensum cum illa, potest non coniungere
 consensum cum illa, & tamen non potest separare, aut se-
 iungere consensum ab illa, quia voluntas non potest sepa-
 rare essentialiter connexa; ergo stat posse non coniunge-
 re, quod non sit posse separare; unde argumentum ineffi-

ficax est; sicut vero contrarij, hoc componunt, quia voluntas potest non consentire *impediendo* prædefinitionem quod est posse non cõiungere cum illa consensum, & non est posse separare consensum ab illa, ita nos dicimus voluntatem posse non consentire *impedita* prædeterminatione, quod est posse non cõiungere consensum cum illa, & non est posse separare consensum ab illa. ¶ 2. Quia possum non *coniungere* cursum cum motu, quia possum non currere, & non possum separare cursum à motu, cum quo essentialiter coaerectitur, ergo posse non coniungere. *A cum B non est posse separare B ab A.*

SECTIO QUINTA.

Quantum distet Angelica Schola Doctrina à Calvinij, & Iansenij heretico errore, evidenter exponitur.

Coactus veritatis vi, & aliquorum iniusta postulatione quaerentium differentiam inter Calvinij, & Iansenij errorem, & Thomistarum sententiam; duo a primæ tractabo. Primum, esse hanc differentiam evidentem; secundum, in quo stet hæc diverſitas.

§. I.

92 Primum probo. I. ex extraneis, & Adversarijs: *illa enim est vera, & sine contradictione probatio, quæ (D. Ireneus ait) ab adversarijs ipsis simbola testificationis profert.* I. Ratione: Thomistarum sententia in re cõvenit cum Calvinij, & Iansenij perfido dogmate: ergo, vel iniuste nostra sententia ab Ecclesia permittitur, vel iniuste Calvinus damnatur; consequens est evidens, quia ut ait D. Hieronymus; *in Dogmatibus, & questionibus differendis, non persona, sed causa querenda est.* Et alibi dixit:

D. Iræneus lib. 4. c. 14

Hieronym. lib. 3. adv. Pelag. in princ.

Nec fieri potest, ut diuersus sit eorum exitus, quorum est una sententia: a nullo autem Catholico admitti potest, sed solum ab Hæreticis: Non igitur credi potest, Catholicos serio assentum antecedenti præstare.

Hieronymus
Epist. ad
Etesiphonem

93 Aliter: Si sententia Thomistarum, & Calvinistarum non nisi verbotenus, & penes loquendi modum discrepant, in se tamen affinitatem, & coincidentiam obtinent; ergo (1.) vel Calvinus est Catholicus in suo peruerso dogmate libertatis extinctæ per gratiam; vel Angelica schola est Hæretica. Ergo (2.) vel licitum est Angelicam scholam Hæresis infamare, vel illicitum est, Calvinum Hæreticum nominare: Illatio est recta, sed consequens contra Ecclesiæ Decretis; Hæreticis propitium, & piarum aurium offensivum; non decet Catholicos pro Thomistarum incommodo concertare Hæreticorum gaudium; nec confirmare Hæreticorum audaciam, illorum vires augendo nimio ardore, imprudenti aduersus Catholicos contentione. Unde recte dixit Sapientissimus Caramuel: *Respondeo assignando disparitatem inter Thomistarum, & Iansenistarum opinionem: illa enim est probabilissima, & ut talis ab Ecclesia sapissime approbata: hæc autem à multis Pontificibus reiecta, & tandem ab Innocentio X. Hæreseos condemnata; & hoc sufficit ut altera defendatur, & altera non defendatur.* Ergo, & sufficit ut vna in re non sit altera. Rectissime ergo dixit Mag. Lorca Cisterciensis, & Scoti Primarius Complutensis: *Nimis excedunt qui insuperabili contentione defendunt physicam prædeterminationem, quam docent Thomistæ, auferre libertatem, & sententiam, quæ illam asserit nihil, aut parum à Calvino differre.* Cum enim evidens sit, esse S. Thomæ doctrinam, & plerumque ex antiquis Scholasticis, nulla ratione timendum est aliquid inesse periculi, sed potius credendum est, esse fidei Catholicae consonam.

Caram. in
Theol. fundam. cap. I
fund. I.

Lorca de p.
21. de gratia. Concl.
2.

94 Secunda demonstratio traditur à Salman-

*Salmant. de
grat. disp.
7. dub. 4.
§. 114*

*Decamps li
br. 2. disp.
3. cap. 5.*

*Decamps
lib. 2. disp.
6. cap. 9.*

*Ripalda con
s. B. c. disp.
14. sc. c. 5.*

*Decamps li
b. 1. de He-
res. Iansen-
iana.*

ticensibus sub hac forma: Iesuitæ omnes, qui contra Ianseniam disputant evidenter convincunt Thomistarum sententiam à Iansenij errore longissime distare; sed Iesuitæ isti efficaciter suadent dogma Iansenij esse Calvinianum: ergo sententia Thomistarum longissime distat ab errore Calviniano. Discursus evidens; Præmissæ constant. Maiorem enim expressè probant. I. P. Decamps nobilissimus Iansenij debellator, dum refutat Iansenistas continuo deblaterantes concordiam cum Dominicanis; asserit enim: *At istud falsitatem omnem superat, & ab ijs cum stomacho videtur, quibus utraque opinio nota est; atque perspecta.* Quid illustrius? Quod alibi dixit, refutando vanam elationem Iansenistarum vociferantium physicæ prædeterminationis defensores esse sui dogmatis patronos: *Vere tamen mihi videor esse dicturus, nullos huic doctrinæ infensores reperiri, quam qui post natam Calvinianam Heresim ex S. Dominici Ordine, alijsque eiusdem sacramenti Theologis, maioris eruditionis, & ingenij laude floruerunt.*

Deinde idem fatetur P. Ripalda, ut alios omittam: *Appellabis (ait) pro Batavis ad Thomistas assertores physicæ prædeterminationis, quos à doctrina Calviniana longe dissidere fas non est negare.*

95 *Maiorem etiam, de convenientia Iansenij cum Calvino, erudite, & evidenter convincit P. Decamps, in toto illo libro primo, cui titulus: Iansenius hereticorum plagiaris: ubi probat sententias, fundamenta, testimonia SS. Patrum, & effugia omnia, quibus vulgaria Theologorum argumenta eludere conatur, Iansenium ex Calvino mutuasse; repeto ex præiactis principijs discursum: evidens est prædeterminationis defensores toto Cœlo distare ab errore Iansenij, ut testantur Iesuitæ; evidens est, ipsis testantibus, errorem Iansenij esse pestiferum ipsum Calvinianum dogma: ergo evidens est prædeterminationem toto Cœlo distare à Calviniano errore: qua*
igi-

igitur audacia dicitur : Dominicanos damnatis Iansenij propositionibus adherere, cum Iesuitæ convincant calumniam istam: *Omni falsitatem supperare, & ab ijs cum stomacho rideri, quibus utraque opinio nota est, atque praespecta?* Audi P. Contenton: *Si ita esset, ut imbellis emulus calumniatur, cur ordo totus Roma anno 1650. in Capitulo Generali coactus damnatarum propositionum Iansenij impium quinarium Theologis suis operosissime refutandum praecepit? Cur in lucubrationibus singulis, quae ex inde prodierunt, Authores nostri ab illis damnatis erroribus abhorruerunt, & errorem suum fufissimis disputationibus, & quavis data occasione Petrus Labat, Bernardus Guyard, Baptista Gonet, Vincentius Barosius, alijque significaverunt?*

Contenton.
lib. 10. dis-
sert. 3. cap.
2.

96 Addo 1. *Supponendum est, Semipelagianos admisisse scientiam mediam, & tamen non est dedecus Societatis scientiam mediam docere, quia eam, licet Haeretici docerent, non tamen haeretice: ut ait P. Annatus celebris Societatis scriptor (immo, & de Arrianis idem scripsit P. Henao) quia illorum error in eo praesertim situs erat, quod assererent initium fidei esse ex nobis; pariter ergo, licet Calvinistas admisisse gratiam praedeterminantem supponamus, non vertetur nobis in dedecus eam protegere; quia eam, licet haeretici docerent, non tamen haeretice: quia illorum error in eo praesertim situs erat, quod humani arbitrij libertatem indemnem non servabant.*

P. Annat.
disp. 4. c. 4.
§. 2. num.
102.

P. Henao.

97 Addo 2. Calvinus ex efficacia intrinseca omnium auxiliorum gratiae libertatis inferebat ruinam; unde ita objiciebat: *Auxilia Dei ad consensum sunt ex se efficacia: ergo non sumus liberi in consentiendo;* tria igitur assererat Calvinus; antecedens esse verum; consequens esse verum; & consequentiam esse bonam: omnes orthodoxi vno ore fatemur, consequens esse haereticum, hac igitur in parte omnes à Calvino recedimus; quid

quid ergo erit comertij cum Calvino? Quod dicimus an-
tecedens esse verum, ut assererat Calvinus, sed in hoc ca-
lumniari non possumus; quia Iesuitæ dicunt, consequen-
tiam esse bonam, ut assererat Calvinus; si ergo Iesuitæ si-
ne periculo affirmant, bonam esse consequentiam, licet
hoc Calvinus affirmaret; ergo, & Thomistæ sine pericu-
lo affirmant verum esse antecedens, licet hoc affirmaret
Calvinus: ratio est, nam Calvinus duo copulative affirma-
bat, scilicet, *antecedens esse verum. & consequentiam esse bonam*;
non sunt argui Thomistæ coincidentiæ cum
Calvino, quia affirmant totam copulativam, cum provi-
ribus decertent *consequentiam non esse bonam*: sicut Iesuitæ
non affirmant totam copulativam, quia decertant *ante-*
cedens non esse verum: nec possunt coincidentiæ cum Cal-
vino argui Thomistæ, quia affirmant aliquam partem
illius copulatiæ: scilicet, *antecedens esse verum*; quia Iesui-
tæ securi sunt ab hac calumnia, & tamē iustinent aliquam
partem illius copulatiæ, scilicet, *consequentiam esse bonam*:
ergo nullo titulo possunt Thomistæ argui coincidentiæ
cum Calvino, sicut nec Iesuitæ; non isti, quia solum di-
cunt *consequentiam esse bonam*; quod hucusque non dam-
navit Ecclesia: non illi, quia solum docent *antecedens esse*
verum, quod hucusque non damnauit Ecclesia.

98

Vnde argumento, quod nobis obijcitur;
de eo quod Calvinus tradidit prædeterminationem, evi-
denter respondetur ex dictis. Quibus addo. i. ex Mag^o
Alvarez, iuxta illud quod dixit Psalmista: *quoniam in mul-*
tis erant mecum: Hæreticos in multis esse cum Catholicis;
solumque esse hæreticos in ijs in quibus à Catholicis dis-
sentiant; ut Sanctus August. eleganter dixit de Donatistis:
Bar. ismum habebamus uterque, in eo erant mecum; evange-
lium uterque habebamus, erant in eo mecum; festa Martyrum
celebrabamus, erant ibi mecum; Pascha celebratarem frequen-
tabamus, erant ibi mecum; in schismate non mecum; in heresi

non

Alvarez de
Auxilio dis-
put. 2 in. 9.
Psalm. 54.
August. su-
pra eundē
Psalm.

on mecum; in multis mecum, in paucis non mecum: sed in his paucis in quibus non mecum non eis profunt multa in quibus mecum: proportionabiliter nos dicimus de Calvinistis, quæ S. August. de Donatistis: Et si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris.

Hierem. 15.

99 Adde 2. ex Antonio à Matre Dei; vñtatum esse apud hereticos, veritatem aliquam suis hæresibus immiscere, & ex vno antecedenti vero inferre ob suam malitiam suos errores: vnde Arriani ex vnitæ Divinæ essentia deduxerunt non esse tres Divinas personas; quod ita eleganter notavit Tertulianus: *Vanis Diabolus emulatus est veritatem. Affectavit illam defendendo concutere. Vnicum dominum vindicat omnipotentem mundi conditorem, ut de unico hæresim faciat.*

Ancotius & Matre Dea tract. 3. dist. p. 9. dub. 5. ff. 5. n.

Tertul. cõtr. Praxiam.

Adde ex P. Henao, quod vt eleganter præmonuit S. August. non propterea pro patria non est miles armandus, quia contra patriam nonnulli arma sumpserunt; aut ideo vti non debent boni, doctique Medici feramentis medi. in alibus ad salutem, quia his ad perniciem indocti, pessimique abutuntur: quare (subdit Henao) quod aliqui heretici abutuntur opinione Dominicanorū, & alij ea, quæ est Iesuitarum, non sufficit, vt siue vna, siue altera reprobetur,

Henao evēc 38.

August. lib. 1. cont. Cresconium c. 11.

§. II.

100 Accedamus iam ad exponendum, quantum distet à damnato Calvinii errore Angelicæ Scholæ veritas. Observa tamen, Calvinum in multis errasse, non solum erga naturam liberi arbitrij ad salutariter operandum, sed etiam erga veram Christi gratiam; eiusque omnes errores execramur, anathematizamus cum Tridentino; sed gratiam intrinsece efficacem ad meritum vitæ eternæ exactam sustinemus.

101 Primo enim erravit Calvinus, quia negavit veram libertatem à necessitate ad meritum, & demer-

ritum esse exactam in hoc statu lapsæ naturæ : hoc e erim
 ita certum est, quam quod maxime : prædicatum vero,
 quod negavit, ut voluntati adimeret libertatem veram
 non fuit *sine coactione agere*: hoc enim cum omnibus Ca-
 tholicis, imo, & cum hæterodoxis libertatis ossoribus fa-
 tetur: nec fuit, iudicium rationis dirigens voluntatem; sed
 fuit indifferentia activa proxima voluntatis ad extrema
 opposita. Vnde asseruit: *voluntatem motam à Deo non posse
 dissentire* & ex efficacia impulsus Spiritus Sancti vocife-
 rabat, *vbi est illa potestas, quam sibi somniant Papistæ?* Vnde
 illam exclamationem P. Annati aientis: *quamvis suspensio
 iudicis more dubitatum, expectando solutionem*: in quo cau-
 to se explicandi modo eum plures imitantur: *Nonne iusta
 est defensorum scientia media petitio, qui post tam longam
 annorum altercationem, adhuc querunt, quæ sit re ipsa diffe-
 rentia inter Thomistarum, & Calvini doctrinam, in ea practi-
 se dubitatione, qua petitur, sit ne, aut non sit in homine libert
 arbitrij usus aliquis?* Iam diu ipsimet PP. Societatis refu-
 tarunt, & reijcierunt, & P. Annatus Thomistas ab hoc in-
 fami comertio liberavit; decem & octo discrimina inter
 Thomistas, & Calvinistas obseruando, & probando, sed
 quod specialiter ad hoc pertinet, audi P. Annatum: *Calvi-
 nus ita gratiam efficacem defendit, ut ab illa nullam aliam,
 nobis relinquit libertatem putet, nisi illam, quæ di-
 citur à coactione*: Apud Catholicos Doctores inter se
 componuntur hæc duo: *gratia in voluntate, & in eadem
 voluntate sub gratia constituta sufficiens non consentendi po-
 testas, nec dubitant quin hic sit verus Tridentini Concilij sen-
 sus, in istis verbis: potest dissentire si velit*. Vnde qui acriter
 increpabat Thomistas verissime ipsos defendit, dum ait:
*Quem inuenient Fanseniant inter Thomistas, qui concedat ita
 necessarium consensum, quem voluntas præbet motioni gratiæ,
 quandiu illa inhaeret, quomodo necessarius est amor Beatificus,
 quandiu durat visio? Quem inuenient, qui dixerit, volunta-*

P. Annat.
 in resp. ad
 17. epist.
 Mentalis.

tem divina gratia prædeterminatam credere proxima ad dis-
 sentendum potentia? Confule P. Gonet diffulle, & eleganter
 prosequente. u P. Annatum, iam acculantein, iam excusan-
 tem Thomistas a coincidentia cum Calvinii errore. Nec
 diffiteor, quod novissime scripsit Recentior Societatis: in-
 docto P. Annato exculare Thomistas, quos olim accusa-
 bat, non esse in consequentis calami, sed prudentis: fateor cer-
 te prudentis animi esse Thomistas excusare a Calvinismi
 infamia; nec prudentia esset, nisi hoc esset verum; solet
 enim esse prudentia taceendi verum ex causis, quarum ali-
 quas attingit Augustinus; nequit autem esse prudentia pro-
 mere falsum. Nec inconsequentia docti P. accusari debet,
 sed imitari eius siacera veritas; prudentiam ergo huius
 excusationis, ita eleganter laudat P. Contenson, pro ea
 gratias nomine Sacrae Dominicanæ familiæ agendo, dum
 ita ait: *Gratulamur venerando seni, quod non infamia ducat
 priora sua iuditia rescindere, quod non pigeat revocare, quod a
 se depræbendit præcipiti impetu, non veritate prolatum, Res sa-
 ne plena equitate, & laude digna, fatert se hominem, & huma-
 ni à se nihil alienum putare. seque in questionibus facti infal-
 libilem non arbitrari.*

Idem fecerunt magna eruditione P. Ri-
 palda, Thomistas longe distare à Baianis demonstrando
 B. Decampa (qui disp. 3. cap. 30. increpat Vincentium Lo-
 nis asserentem, Thomistas omnes nostros sunt his verbis: *O te
 ad fingendam auda'em! Cedo ex ijs, vel unum, qui tecum sen-
 tiant; certe eorum Principes Bannez, Ledesma, Alvarez, Cabre-
 ra, Estius hanc opinionem Calvinianam, atque hereticam esse
 profitentur.*) Et P. Martinonus, ex professo sæpius con-
 vincentes nullos Iansenismo magis infellos Thomis-
 tis; & cum Iansenistæ, & Baiani eodem luto hereant
 cum Calvino; ex ipsis inimicis nostris salutem, & securi-
 tatem obtinemus.

Gonet in Ap-
 pologia
 Thomista-
 rum.

P. Aranda
 disp. 8. sec.
 1.

Annatus
pag. 654.

August. lib.
2. de ordine
cap. 7.

hac una linea (quod, scilicet, prædeterminatio physica ad consensum non aufert potestatem proximam dissentendi) hætenus sua doctrina, & Calviniana consilia inconfussa servasse, ut fatetur P. Annatus sub nomine Eugenij Philadelphij, ut communiter refertur: sed si esset aliquis, qui cum gratia efficaci componeret potestatem proximam dissentendi gratiæ sufficienti, & negaret ea cum gratia componi libertatem consensus: esset ne hæreticus, aut Catholicus? Videtur enim Hæreticus, quia negat libertatem in Concilijs definitam: videtur etiam Catholicus, quia dissidium inter ipsum, & Catholicos esset de nomine, fateretur quidem omnia, quæ nos fateamur, dum libertatem defendimus; scilicet, & iudicium indifferens, & potestatem proximam dissentendi compositam cum efficaci gratia, licet dissensu ab efficaci ea gratia diviso, unde illud dissidium esset despiciendum: Nam ubi res conveniunt, quis non verba contemnat?

104 Resp. illum esse Hæreticū, quia negaret de facto esse libertatem, quam fides, & Concilia docent: nec fuisse dissidium de voce inter eū, & Catholicos, cum fateretur ea prædicata à Thomistis assignata, & in quibus libertas constituitur; quia erat de re controversia, an illa prædicata sufficiant, ut voluntas sit libera, an secus? Dum ergo fide libertas credimus adstringimur, non solum ad sentiendum esse in voluntate salutariter consentiente ea prædicata, quæ re vera sufficiunt, ut sit libera; sed etiam ad confitendū prædicata illa ad libertatem sufficere: cuius doctrinæ nobile exemplum adduxit ex D. Thoma Mag. Ferre: refert enim S. Doct. Græcos quosdam asseruisse, quod Spiritus Sanctus est à filio, & quod à filio profluit; simulque negasse Spiritū Sanctū a Filio procedere; nunc tamen isti essent hæretici, quia licet assererent, quod re vera ad processionem sufficit, processionem tamen negarent à sacris Concilijs definitam; ita in nostro casu.

D. Th. I. p.
q. 36. art. 2
Ferre tract.
4. de primo
motore q. 1.
est. 234

105 Oppones 2. Calvinum ut illis distinctionibus: voluntatem motam posse in oppositum in sensu *diviso*, non in sensu *composito*; & consensum à Deo prædefinitum esse necessarium necessitate *consequentis*, non *consequentis*, quibus frequenter utuntur Thomistæ. Conf. quia Amesius, Calvinismi professor, verissimam esse asserit Mag. Alvarez sententiam, & exinde Thomisticam; si ergo convenit cū Calvino, & Thomistis, isti inter se non dissentiunt.

106 Resp. ex P. Contenson, Calvinum, & Secretarios eadem cum Thomistis distinctiones usurpare, sed in longe diverso sensu (ut de ea distinctione *sensus divisi*, & *compositi* iam explicui, & de distinctione necessitatis *consequentis*, & *consequentis* inferius exponam) varietate enim Hæreticis innata; nihil aliud satagunt, quam hæresim venena, Catholicorum verbis veluti melle oblinere; veniunt enim sub vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: quid mirum, eos verbis Catholicorum fucos, & colores querere, qui testimonis Scripturæ utuntur passim, & passim abutuntur? Vnde ad conf. facile resp. Amesium Calvinistam non esse, quia convenit cum Thomistis in assertionem gratiæ, & arbitrii, sed quia alia dogmata impia sustinet: nec est dedecus Thomisticæ Scholæ, quod aliqui Calvinistæ clypeo prædeterminationis muniantur, quia, & alij, scilicet, Armeniani, duce Iacobo Armenio, scientiam mediæ ad suæ causæ præsidium advocant. *Iam quæro, quænam periculosior confessio, an cum Iacobo Armenio se Molinistam prædicante, an cum Amesio se Thomistis assentire mentiente? Nonne ambo Hæretici? Nonne per æque à Catholica fide extorres? Si ergo Thomistis nocet Amesij consensio, cur Molinae sententiæ non nocebit Iacobi Armenij suffragium? Quæ verisimilis disparitas? Dicamus igitur; utinam in nullo alio peccarent Armeniani, quam in illo erga Molinistam affectu; utinam*

Vide Gonet
in Apologia

in nullo alio peccaret Amesius, quam in illa cum Thomae
mitis confessione. Ambo si ceteros errores suos ciura-
rent, essent Catholici.

107 Imprudentis certe animi est Catholicorum
sententias erroris nota infamare, & prae-textu du-
bitandi, & ut nos doceant, ut dicunt, calumnias prae-
mandare; cum evidentissimum sit, sententias illas, quas
Ecclesia censurare prohibet toto celo distare ab errori-
bus ab ipsa Ecclesia, veritatis columna, anathemate fulgu-
ritis; quid evidentius? Qui igitur, calumniam tentant igno-
rantiam suam evidenter demonstrat: cum Pelagio sentire
Doctrinam Societatem vociferant aliqui; irridet, quia Cal-
vianus, & Lutherus Pelagianismi nota detrahebant Catho-
licos defensores libertatis verae: cur nos non irridebimus,
cum increpant esse destructores arbitrij, si Pelagius Ca-
tholicos Patres simili nota infamabat? Quae verisimilis
disparitas: dicamus igitur cum Hieronymo *Frustra blasphe-
mas, & ignorantium auribus ingeris, nos liberum arbitrium
condemnare, damnetur ille, qui damnat.*

108 Et ego recte possum usurpare verba Hie-
ronymi: ego ne liberum tollo arbitrium, qui in tota disputa-
tione mea nihil aliud egi, nisi ut omnipotentiam Dei, cum libero
arbitrio conservarem? Vel dicamus cum S. August. (dum
respondet Vitali, qui partes agebat Pelagianae hereseos)
quomodo dicuntur negare liberum voluntatis arbitrium, qui
confitentur omnem hominem, quisquis suo corde credit in Deum
non nisi sua libera credere voluntate? Indubium ergo sit prae-
iactum argumentum solum opponi posse, ut eloquentia,
& rationi, quae verborum sit frons: composita, facile vulgus ce-
dat ignovile, ut aliquando aiebat S. Hieronymus. Sequa-
mur igitur Apostoli documentum: *noli verbis contendere;
ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium: ubi ut
ait S. Thomas: Non Apost. prohibet totaliter disputationem, sed in-
ordinatam, quae magis sit contentione verborum, quam firmitate
sententiarum.*

*Hieronym.
Ep. ad Euseb.
siph.*

*Hieronym.
lib. 3. adv.
Pelag.*

*S. Aug. epis.
t. 107.*

*Hieronym.
sub Ecclesi-
ast. c. 10.*

*Apost. 2. ad
Thimot. 2.*

*D. Thom. 2.
2. q. 10. ar-*

2. ad 1.

Moderatius autem opponit R. Tyr. 1. multum prestare doctrinam Societatis doctrina Thomistarum in materia de auxilijs, ad defendendam libertatem indifferentiæ, contra hereticos Calvinistas, & Lutheranos: ratio est; nam si Calvinista, aut Iansenista in singulare certam esse dederet cum Thomista, & ad probandam conclusionem hereticam: assumeret hoc medium: *Deus per suam promotionem irresistibilem determinat voluntatem ad consensum; ergo voluntas necessario, & non libere elicit consensum.* Thomista concederet antecedens, & negaret consequentiam; Iesuita autem negaret antecedens: sed non est opportunum concedere antecedens ad vitanda Hereticorum tela; ergo: prob. min. quia Sapientissimi DD. Catholici censent consequentiam everisionis libertatis necessario sequi ex antecedenti prædeterminationis, ut constat ex Scrip- toribus Catholicis impugnantibus prædeterminationem.

Tyrfo t. 4. aisp. 6. sect. 38.

110 2. Opponit suam sententiam multum prestare nostræ: quia nostra non habet definitionem Pontificiam, ex qua constet, Calvinum non errasse in adtribuenda physica prædeterminatione, sed solum habet argumenta probabilia: sententia autem Societatis habet definitionem Innoc. ij X. ex qua certum est non errasse Semipelagianos, quia negaverint gratiam prædeterminantem, cui voluntas resistere non posset; unde iam ei non potest Semipelagianismus opponi, quia negat gratiam prædeterminantem, licet nobis possit Calvinismus opponi, quia eam fatemur. Assumptum probat; ex quarta propositione damnata ab Innocentio X. ut hæretica, quæ talis est: *Semipelagiani admittebant prevententis gratia inter ipsius necessitatem ad singulos actus, etiã ad initium fidei, & in hoc errant Heretici, quod vident, eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare: ex quo etiã allerit qui iam olim P. Inguatius noster pro Societate: Nos gloriamur ab*

Tyrfo t. 1. d. 10. 17. sect. 14.

Tyrfo in f. Jes. 16.

4. propositio damnata ab Innoc. X. anno

1653.

P. Peynado in materia de auxilijs.

oraculo fidei definitum esse, nostram sententiam non esse Semi-
pelagianam, & prædeterminantes hucusque proferre non pos-
sunt Ecclesie definitionem. statuentem eorum sententiam in hac
parte non esse Calvinianam.

III Resp. 1. Magis expedire esse duos modos

probaviles evadendi Hæreticorum argumenta, quia ut
ait S. August. Tanto enim fortius convincuntur Hæretici, quan-
to plures exitus patent ad eorum laqueos evitandos. Resp. 2.

minorem esse falsam, quia melius longè est ad responden-
dum Hæreticis, concessio antecedenti prædeterminatio-
nis, negare consequentiam everisionis libertatis, ut facit

Thomista: quam negare antecedens. 1. Quia semper est

melius concedere verum, quam negare, ut verum defen-
datur. 2. Quia si Hæretico disputanti negaretur antecedens,

illud efficaciter posset probare testimonijs Sacræ Scriptu-
ræ: Conciliorum, & SS. PP. quibus utuntur Tho-

mista, ut antecedens probent, si autem Hæretico dispu-

tanti antecedens conceditur, non potest consequens pro-

bare, nisi Dialecticis formis in re Dogmatica inferioris

ponderis respectu argumentorum ex testimonijs Sacris

eructantium; non enim posset uti Hæreticus illis autori-

tatibus, quibus utuntur PP. Societatis contra Thomistas;

istæ enim sunt ex prædicatis libertatis desumptæ, & quæ

libertatem supponunt, & exinde Hæretico inutiles, cum

eius studium non sit supponere libertatem, ut exinde præ-

determinationem oppugnet, ut est in PP. Societatis. Exhi-

be enim medium ab autoritate ad probandum, liberta-

tem non esse, ex eo, quod sit prædeterminatio, quod non

supponat esse libertatem, ut defectum inferat prædeter-

minationis?

III Ad 2. respond. Eque certum esse ex defi-

nitionibus SS. Pontificum, sententiam Thomistarum non

esse Calvinianam, ac est, sententiam Societatis non esse

Semipelagianam (in eo in quo Semipelagiani fuerunt ab

Eccle-

August. de
Trinit. lib.
3. in fine.



Ecclesia damnati) Ratio, quia una, & altera sententia ab Ecclesia permittitur, & prohibitum est censuram cui-
bet ex illis opponere: Nefas autem dictum est, errorem Calvinistarum, aut Semipelagianorum Ecclesiam per-
mittere, aut eius censuram prohibere. 2. habet etiam Do-
ctrina Thomistarum definitionem Pontificiam: Inno-
centij X. segregantem eam à Calvinij, & Iansenij errore,
nam post editam constitutionem adversus Iansenij pro-
positiones, *vix vocis oraculo saepius declaravit, se non inten-*
disse doctrinam de gratia per se ipsam efficaci directe, vel
indirecte attingere, & in decreto ab ipso edito in Congre-
gatione Generali Sanctae Inquisitionis die 23. Aprilis an-
ni 1654. sancivit, se celebrem illam de gratia per se ef-
ficaci controversiam, in eodem, in quo erat in congre-
gatione de auxilijs statu, relinquere, in eaque quaestione
debere observari Decreta Pauli V. & Urbani VIII. quae
strictissime prohibeat, ne quis sententiae affirmanti, vel
neganti gratiam per se efficacem, aliquam erroris no-
tam inurat: ut fere ad verbum refert Gonet: Quae igitur
expressior definitio Pontificia esse potest, declarans sen-
tentiam Thomistarum non esse Iansenianam, aut Cal-
vinistam?
113. 3. respond. Ex illa definitione Innocen-
tij X. damnantis quartam Iansenij propositionem non
fuisse statutum, sententiam probabilem Societatis non ef-
se Semipelagianam, in eo scilicet, in quo ut Haeretici fue-
runt ab Ecclesia Semipelagiani damnati; sed tantum hoc
fuit statutum, dum fuit prohibitum eam censurare, sicut
& nostram. Vel clarius: in illa declaratione est statutum,
sententiam Societatis non esse Semipelagianam, in eo
puncto, in quo est omnium Orthodoxorum sententia; non
autem in puncto eo, in quo Societatis opinio ab alijs Or-
thodoxis est denegata, & non sequuta. Assumptum de-
monstro. Duo dicit Societas, unum indubium, ab om-
ni-

Gonet in
Theol. Tho-
mist. art. 8.

abus Catholicis, ut si de Divina certum admissum, scilicet: *Dari gratiam interiorem, cui voluntas possit resistere, vel obtemperare.* Aliud acriter inter Orthodoxos controversum, scilicet: *Præter hanc gratiam resistibilem, non esse ex acq̄tate ad consensum salutarem gratiam aliam ex Deo efficacem, & non ex nostri arbitrii cooperatione;* Sed Sanctus Pontifex Innocentius X. in illa damnatione quartæ Lanseanij propositionis, solum sancivit; *Semipelagianas non fuisse Hereticas, quia vellent gratiam talem esse, cui voluntas posset resistere, vel obtemperare.* Ut ex ipsa propositione damnata manifeste conspicitur. Unde recte dixit P. Annatus: *Id in quo convenimus (Thomistæ, & Jesuitæ) sancivit Pontifex, id in quo dissidemus (disputationi nostræ) reliquit:* ergo Innocentius X. in damnatione illius quartæ propositionis solum sancivit non esse Semipelagianam sententiam Societatis in confessione illius gratiæ, quam vno ore omnes fatemur Catholici; non vero declaravit non esse Semipelagianam in puncto controverso in quo ab alijs Catholicis impugnatur. Ad vero in damnatione huius quartæ Lanseanij propositionis sit definita differentia inter Societatis opinionem, & Semipelagianos, quatenus Societas catholice fatetur interioris gratiæ prævenientis necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, quod negabant Semipelagianæ: alterius loci est examinare; interim vide *Conc. de Hæresi Semipelagianâ art. 3.*

§. IIII.

114. Hæc est evidens diversitas inter errorem Lanseanij & Calvinum mutuatum, & verissimam Thomistarum sententiam in puncto libertatis à necessitate in statu nature collapsæ per peccatum. Differentia alia evidens, in puncto gratiæ prævenientis arbitrium, est, quod Calvinus negavit gratiam interiorem sufficientem, non effici-

efficacem, immo gratiam excitantem, & adiuvantem, & cooperantem repudiat. Hoc ita certum est, quam quod maxime, idque fundavi olim duobus in locis consulem dis; sed quia Adversarij hoc etiam negant, forte ut iudicis persuadent, errorem Calvinii fuisse in defendendo gratiam prædeterminantem, seu independentem à cooperatione arbitrij efficacem; hoc amplius evidentissimis testimonijs comprobabo. 1. Calvinus ait: *Motum Spiritus Sancti, sic esse efficacem, ut fidem semper gignat fallique Tridentinos Patres, quod motum nobis afferrè somniant, qui mediam electionem nobis relinquat.* Quod testimonium ita manifestum est, ut otiosum sit alia congerere ex ipso.

115 Sed Hæreticæ factionis asseclæ idem testantur: Paulus Ferrius ait: *Nulla est gratia vere sufficiens, quæ non sit efficax, & efficiens.* Hinc etiam David Paræus eiusdem erroris discipulus, aiebat: *Omni gratia ad conversionem sufficiens, est conversionis efficax: Ad conversionem enim nulla motio potest esse sufficiens, nisi quæ eandem efficit.* Et hanc fuisse Calvinii dementiam fatentur eius debellatores. Sic Duvalius ait; *Calvinus sufficientem gratiam, quæ tenus efficacè opponitur, tanquam vanam, & superfluum rejicit.* Ioannes Vigers scribit; *Calvinus nullam vult agnosendam gratiam excitantem, quæ non sit efficax.* Idem testificantur Camerarius, Pennotus, Gamacheus, Puteanus, & alij quam plures, quos omnes citatos reperies apud P. Decamps nobilem Societatis Scriptorem; unde nescio quomodo de hac veritate, ita firmata ab Authoribus Societatis, dum impugnant Iansenistas, possit ab eisdem dubitari, dum adversus Thomistas disputant.

116 Unde minime credo, Calvinum erravisse in logica, dum consequens hæreticum intulit de libertatis defectu, sed in Theologia semper; quia assumpsit antecedens hæreticum ad simile consequens inferendum. Non enim colligebat defectum libertatis, ex hoc

Tom. I. q. 1. sect. 2. & sup. 7. I. sect. 1. & q. 4. lect. 1. Aran d. disp. 6. sect. 2.

Calvin. in Antidoto ad Se. 6. cap. 6.

Ferrius Orthod. cap. 13.

Paræus lib. 1. de grat. cap. 2. lect. 112.

Duvalius tom. 1. de grat. q. 5. art. 1.

Vigers in 1. 2. q. 111. art. 3.

Decamps lib. 1. disp. cap. 2.

antecedenti: *Datur gratia prædeterminans, quod esset as-
sumere a recedens verum ad inferendam Hæresim; sed
potius ex hoc: Omnis gratia interior est prædeterminans, seu
nulla est gratia interior, que non sit efficax. Hoc antecedens
est hæreticum, sed per rectam consequentiam infert li-
bertatis ruinam; quia hæc ablato auxilio sufficienti de
medio tollitur.*

SECTIO SEXTA.

*Argumenta difficilia Societatis, que intendunt gratiam
irresistibilem tollere libertatem, sol-
vuntur.*

Herrera q.

13. de sciēt

s. 4.

Tyrso t. 1.

aiso. 16. &

alibi sepe.

August. 1.

3. de libero

arbitrio c.

18.

D. Th. 1. p.

q. 62. art. 3.

ad 2.

Tyrso 1. 2.

disp. 4. les.

10.

Avendaño

1. 2. disp.

20. cap. 2.

Avendaño

si & ali-

l.

Primo ab Authoritate opponunt August. asseren-
tem: *Quæcumque causa est voluntatis, si ei resisti nō
potest, sine peccato ei ceditur, ergo quæcumque
causa est voluntatis, si ei resisti non potest, sine
merito ei ceditur: patet conseq. quia in hoc nulla potest
esse diversitas inter peccatum, & meritum; ideo enim sine
peccato ceditur causæ voluntatis irresistibili, quia sine li-
bertate; vnde etiam sine merito ceditur causæ irresistibili
moveni ad bonum; ergo si gratia prædeterminans ir-
resistibilis movet ad bonum, sine merito ei ceditur.*

119 *Oppon. 2. D. Thomam aientem: Inclina-
tio gratia non importat necessitatem, sed habens gratiam po-
test ea non uti, & peccare. Vbi de omni gratia non impo-
nente necessitatem, tradit subiacere vsui habentis illam;
sed gratia irresistibilis, seu prædeterminans non subiacet
vsui habentis illam; cum non possit ea non uti, & pecca-
re; ergo gratia irresistibilis necessitatem imponit: vel è cō-
tra; si gratia efficax, que defacto datur necessitatem non
imponit; gratia efficax non erit prædeterminans, seu ir-
resistibilis.*

120 3. quia ex D. Thom. *Movens tunc ex necessitate causat motum in mobili, quanto potestas movens excedit, ita quod tota eius possibilitas moventi subdatur.* Sed si Deus moveret ad actus voluntatis prædeterminatione, seu motione irresistibili, verificaretur, voluntatem in ovari ab alio, cuius potestas excedit, ita quod tota voluntatis possibilitas Deo moventi subderetur. Ergo Deus prædeterminationi irresistibili movens voluntatem ex necessitate causat motum in voluntate.

121 4. ex D. Thom. *Angeli in quantum possunt concitare passiones, possunt voluntatem movere, non tamen ex necessitate; quia voluntas semper remanet libera ad consentiendum, vel resistendum passioni.* Unde Angeli ex necessitate moverent mediante passione, si voluntas non remaneret libera ad resistendum passioni; sed, dum Deus movet prædeterminatione irresistibili voluntas non remaneret libera ad resistendum prædeterminationi, dum libertas ad resistendum motioni irresistibili sit chymæra; ergo Deus per eam motionem voluntatem ex necessitate moveret.

122 Denique, quia D. Thom. semper salvat libertatem ad non peccandum in habente habitum vitiosum, & in iusto ad peccandum; *Quia homo habens virtutem potest non uti virtute, sed in contrarium usum extrinsecus, & similiter habens habitum vitiosum potest non uti habitu illo.* Sed habens motionem irresistibilem non posset non uti illa: ergo nec libere eliceret actum illius motionis. Similiter habitus, & passiones non repugnare libertati probat D. Thom. quia eiusmodi qualitates arbitrio subiacent; in quantum in nobis est eiusmodi qualitates acquirere, vel casualiter, vel dispositive, vel à nobis excludere: & sic nihil est, quod libertati arbitrii repugnet. Unde hanc regulam generalem statuit D. Thom. *Si dispositio per quam videtur aliquid alicui bonum fuerit naturaliter, non subiacenti voluntati*

Avendaño ibi, & alij. D. Thom. I. p. q. 82. art. 1. ad 2.

D. Thom. I. q. 111. art. 2. in cor. p.

D. Thom. in 2. dist. 28. art. 2. ad 4.

D. Thom. I. p. q. 83. art. 1. ad ultimum.

P. Herrera de Predestinatione q. 6. scilicet 2.

D.Th. q. 63
de malo ar
t. unico

tati, ex necessitate naturali voluntas praelegit illud; sicut omnes homines naturaliter desiderant esse, vivere, & intelligere: & infra. Si autem sit talis dispositio, quae non sit naturalis, sed subiacens voluntati, puta cum aliquis disponitur per habitum, vel passionem ad hoc, quod aliquid sibi videatur, vel bonum, vel malum in hoc particulari non ex necessitate movetur voluntas, quia poterit hanc dispositionem removere. Sed qualitas notionis irresistibilis arbitrio non subiacet, quia non est in nobis eam excludere, si militer non est dispositio subiacens voluntati, quia non poterit hanc dispositionem removere: ergo talis motio libertati arbitrij repugnat, & ab ea ex necessitate movetur voluntas.

123 Facile tamen haec omnia solues, si fundamenta iam praedicta obserues, de essentia enim arbitrij liberi creati esse à nullo agente creato determinari ad sua exercitia; sicut & nulli agenti creato subijci; eius tamen essentiam exposcere Deo universorū, & ipsius arbitrij, Domino subijci, & ab eo determinari: consequenter enim dicitur; De essentia arbitrij creati esse à nullo agente creato irresistibiliter moveri; eius tamen essentiam exposcere irresistibiliter moveri à Deo; & ratio est vana, quia motio determinans, & arbitrium subijciens est connexa cum termino ad quem movet, & exinde irresistibilis; sed nullum agens creatum movere potest determinando, & subijciendo arbitrium, & ita movet Deus; ergo nullum agens creatum irresistibiliter movet arbitrium, sed solus Deus.

124 Unde licet Doctor Sanctus, ut saluet libertatem arbitrij cum motione habituum, & passionum, Daemonum, & cujuslibet agentis creati recurrat ad indifferentiam, in connexionem, & irresistibilitatem eorum motionum; ad eam inconnexionem, & resistibilitatem minime aufugit dum de motione physica Dei loquitur; immo ingenue factur: voluntatem efficacem Dei.

&

Quest. 4.
sect. 11. &
12.

& mentionem eius connexionem libertatem non laedere, cum intulit; Quod ex hoc ipso quod nihil voluntati divinae resistit, sequitur quod non solum fiant ea, quae Deus vult fieri, sed quod fiant contingenter, vel necessario, quae sic fieri vult; similiterque licet fateatur impossibile est Deum movere voluntatem ad aliquid, & quod ipsa non moveatur. Vbi connexionem, seu irresistibilitatem motionis Dei edocet, statim subiunxit: Non esse impossibile simpliciter, quod voluntas moveatur, vt libertatem voluntatis se moventis motu componat, cum connexionem motionis. Et ideo ait: Impossibile est haec duo simul esse vera, quod Spiritus Sanctus velit aliquem movere ad actum charitatis, & quod ipse charitatem amittat peccando.

D. Thom. I.
p. 9. 19. ar.
t. 8. ad 2.

D. Thom. I.
2. q. 10. ar.
tic. 4.

D. Th. 2.
2. q. 24. ar.
tic. 11.

125

Sed Decretorium testimonium D. Thomae, ubi hanc differentiam inter causam creatam determinantem, & primam increatam, exposuit, habetur, dum dixit: Dominium quod habet voluntas supra suos actus per quod in eius est potestate velle, vel non velle; excludit determinationem virtutis ad unum, & violentiam causa exterioris agentis, non autem excludit influentiam superioris causa, a qua est et esse, & operari. Unde dominium liberum excludit virtutem voluntatis in se determinatam, agens exterius, seu creatum ipsam determinans (imò hoc agens violentiam, determinando, induceret) minime vero excludit influentiam Dei determinantem, vt superioris causa a qua est in voluntate dominium liberum, & operatio libera, & in hac differentia, perpetuo fuit D. Thom. ita enim ait: Ergo motus voluntatis directe procedit a voluntate, & a Deo, qui est voluntatis causa, qui solus (pende exclusivam) in voluntate operatur, & voluntatem inclinare potest quocumque voluerit; Ergo solum Deus voluntatem potest irresistibiliter movere: rationemque dedit D. Thom. quia postquam edocuit, quod Deus movet hominem ad agendum non solum sicut proponens sensus appetibile, vel sicut im-

D. Thom. I.
contra gen-
t. cap. 58.

D. Th. 1.
3. de malo

D. Th. I. 2.
9. 6. art. 1.
ad 2.

*Ibi art. 4.**Sol. ad 1.*

mutans corpus, se etiam sicut movens ipsam voluntatem; in super docuit, quod Deus qui est potentior, quam voluntas humana potest voluntatem movere secundum illud Proverb. 21. Cor Regis in manu Dei est, & quocumque voluerit vertet illud: Non ita appetitus, passio, &c. cum nullum agens creatum sit voluntate potentius; ergo nec potens eam irresistibiliter movere, seu quocumque voluerit vertere.

126 Vnde ad testimonia apposita facilis est responsio. Ad 1. ex Aug. desumptum; illud principium; *quaecumque est causa voluntatis si ei resisti non potest sine peccato ei ceditur*; non posse applicari ad actus bonos, nec apud adversarios, quia Decretum efficax influit mediate in actus bonos, & tamen recte ipsum esse irresistibile edocent. Vnde solum ait omnem causam ad peccatum inducentem esse resistibilem cum adiutorio Dei, & ideo ipsum exposcimus, ut & ipse Sanctus Pater se exposuit, cum id testimonium toties adversum nos inductum, sibi à Pelagio oppositum, refert per hæc verba: *Tum, inquit (Pelagius aiebat) Augustinus Episcopus in libris de libero arbitrio, quaecumque illa causa est voluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur: Si autem potest; non cedatur, & non peccabitur. An forte fallit incantum? Ergo caveat ne fallatur. An tanta fallacia est, ut caveri omnino non possit: si ita est, nulla ergo peccata sunt. Quis enim peccat in eo, quod caveri nullo modo potest? Peccatur autem, caveri igitur potest. En ubi expresse Augustinus loquitur de causa in peccatum inclinante, quam esse resistibilem docet; Auscultemus ipsum pro se Pelagio responderem: Agnosco, verba mea sunt, sed etiam ipse dignetur agnoscere superius cuncta, que dicta sunt. De gratia quippe Dei agitur, qua nobis per mediatorem medicina opitulatur, non de impossibilitate iustitie. Potest ergo et causa, quaecumque illa sit, resisti, potest plane. Nam in hoc adiutorium postulamus,*

*Aug. de
nat. & gra
tia cap. 65*

dicentes, ne nos inferas in tentationem: Quid adiutorium non posceremus, si resisti nullo modo posse crederemus. Potest peccatum caveri, sed opitulante illo, qui non potest falli. Ita cauetur morbi, seu peccati malum, ut non accidat, & ut si acciderit cito sanetur; caveamus, dicendo, Dimitte nobis debita nostra. Sine ergo imminet, sine desit, caveri igitur potest. Quis ex hoc contextu recte inferet, ergo adiutorium, quod poscimus, & quo cavemus peccatum opitulante illo, qui non potest falli, nec vinci, est adiutorium, cui resistere possumus?

D. Th. 1^a
p. 2. q. 62. ar.
tic. 3. ad 2^{am}

127. Ad 2. testimonium Divi Thomae aientis, inclinatio gratiae non importat necessitatem, sed habens gratiam potest ea non uti, & peccare. Resp. Doctor Sanctus de gratia habituali praedicta scripsit: quod intentum enim illius articuli erat Angelos creatos fuisse in iustificante gratia; quia ex Augustino erat Deus in eis condens naturam, & largiens gratiam; cum hoc tamen dono habitualis gratiae, in quo omnes Angeli creati fuerunt, componit Divus Thomas plures Angelos fuisse a Deo averfos, & omnes fuisse liberos ad se convertendos ad Deum; quia haec inclinatio gratiae nullam necessitatem imponit: quia habens gratiam potest ea non uti, & peccare. Et Divi Thomae ratio solum hoc universale principium concludit, *omnis ea gratia, qua arbitrium potest non uti, & peccare non imponit necessitatem*. Quod principium firmum est; similiter inferitur ex hac Divi Thomae ratione, quod ea gratia, quae necessitatem imponit, non est talis, ut ea arbitrium possit non uti, & peccare, quia hic arguitur a contradictorio consequentis ad contradictorium antecedentis consequentiae Divi Thomae: haec tamen rationem: *Gratia efficax non est talis, ut ea arbitrium possit non uti, & peccare; ergo imponit necessitatem*, colligere nemo potest ex Divi Thomae dictis; quia

Aug. lib.
12. de Civ.
vit. Deo

quia arguitur à contradictorio antecedentis ad contrādictorium consequentis consequentię D. Th. qui modus arguendi inefficax est.

128 Sed instabis; inclinationem gratiæ habitualis ad bonum non imponere necessitatem, & talem esse, vt ea arbitrium possit non vti, & peccare, ex eo probat D. Thomas, quia *omnis forma inclinat suum subiectum secundum modum naturæ eius: modus autem naturalis intellectus naturalis natura est, vt libere feratur in ea, quæ vult.* Sed inclinatio gratiæ efficacis etiam debet esse inclinatio intellectualis naturæ secundum modum eius: ergo inclinatio gratiæ efficacis debet non imponere necessitatem, quia habens eam gratiam posset ea non vti, & peccare.

D. Thom.
ibid.

129 Respond. maiorem Divi Thomæ expressè procedere de *forma* habituali, seu permanenter inclinante subiectum, vt est habitualis gratia: non autem de inclinatione, quæ est per modum motionis transeuntis, seu applicationis ad agendum, vt est inclinatio, aut potius motio physica gratiæ efficacis, quia hæc ex Divo Thoma distincta est à *forma*, quæ *inest*, & *habet esse ratum*, & *firmum in natura*, cum sit motio, quæ à Deo fit in re naturali, vt agat, & exinde non exigit indifferentiam, vt arbitrium possit ea non vti componendo cum ipsa non agere.

D. Th. q. 3
de Pot. ar.
tic. 1. ad 7.

130 Ad tertium testimonium Divi Thomæ respond. intentum Divi Thomæ in illo articulo esse *voluntatem ex necessitate non velle omnia, quæ vult.* Argumentum intendebat obiectum voluntatis ex necessitate movere ipsam, quia *motus mobilis necessario consequitur ex movente.* In cuius solutione hæc habet D. Thomas: *Ad secundum dicendum, quod movens tunc ex necessitate causat motum in mobili, quando potestas moventis excedit mobile, ita quod tota eius possibilitas moventi subdatur.*

Cum

Cum autem possibilitas voluntatis sit respectu boni uniuersalis, & perfecti, non subijcitur eius possibilitas tota alicui particulari bono; & ideo non ex necessitate movetur ab illo: hucusque Sanctus Doctor; ubi expressè loquitur de motione obiectiva, & quod voluntas non ex necessitate movetur à particulari bono obiective, probat ex eo, quod eius possibilitas nulli particulari bono subijcitur; sed exinde, quæ erit paritas ad motionem effectivam? Nunquid, quia possibilitas voluntatis Deo moventi subijcitur, Deus ex necessitate causabit motum in voluntatem? Minime; aliàs ex argumento non tam impugnaretur voluntatem determinari à Deo, quam voluntatem subijci Deo, cui plane tota eius possibilitas subijcitur. Differentia ergo inter movens obiective (de quo Divus Thomas loquitur) & movens effective, cur quidem obiective movens, si subijcit voluntatem eam necessitat, & movens effective eam non necessitat, licet eam subijciat? Ex alijs principijs deducenda est, vel quia movens obiective indifferentiam iudicij aufert, dum voluntatem subijcit, secus movens effective. Vel quia obiective movens, quatenus tale non libere, sed naturaliter movet; ideoque dum subijcit voluntatem, secundum ultimum suæ virtutis operando, posse ad oppositum à voluntate aufert. Movens autem effective subijciens voluntatem, ut Deus, libere movet, & ea, quæ fiunt à voluntate Divina talem necessitatem habent, non qualem Deus potest inducere, sed qualem Deus vult ea habere. Sicut ergo omnes concilii tenemur, Deum movendo voluntatem, quam subijcit, eam non necessitare, ita nos dicimus, Deum non necessitare voluntatem, quam determinat.

*D.Th. 1. p. 2
q. 19. art.
8. ad 3.*

131 Ad quartum ex ipso Divo Thoma desumptum ex eo quod ait: Angelos concitando passio-

nes non ex necessitate voluntatem movere, quia voluntas est libera ad consentiendum, vel resistendum passioni; Respond. minime de motione physica Dei idem dicendum esse. Tum; quia arbitrium nequit subijci Angelo, & debet subijci Deo. Tum; quia vt in ipso articulo dixit Divus Thomas: *Solus Deus efficaciter potest movere voluntatem, Angelus autem, & homo per modum suadentis.* Si igitur D. Thomas inter motionem Dei, & Angeli in eo articulo distinguit, quia motio Angeli est inefficax, & motio Dei efficax, quomodo colligi potest ex eo, quod motionem Angeli resistibilem adstruat, talem, & esse motionem Dei. Et eodem defectu laborat hoc argumentum ac precedens, quia ex consequentia, quam Divus Thomas rectam edocuit, intendit deducere ex contradictorio antecedentis, contradictorium consequentis, vt confidenti constabit.

132 Ad vltima D. Thomæ testimonia, in quibus habitum non necessario voluntatē movere, docet, quia voluntas potest non vti habitu, & similiter passionēs non ex necessitate mouere voluntatē, quia voluntas potest eas excludere, & arbitrio subiacent; Resp. nullā esse paritatē ad motionē Dei, quæ arbitrio non subiacet. Tū: quia causa libera Deo, & nulli præter Deū subijci potest. Tū: quia in hoc arguendi modo idē defectus cōmittitur, ac in præcedentibus, quia inferre ex D. Th. doctrina omnē motionem non subiectam arbitrio necessitare, est inferre ex contradictorio antecedentis contradictoriū consequentis, quia discursus D. Th. est: *Habitus, & passionēs arbitrio subiacent: ergo arbitrium non necessitat.* Et argumentum ita infert: *Motio physica Dei non subiacet arbitrio: ergo necessitat.*

133 Hinc vltimo opponi poterat, argumentū ex definitione causæ liberę desumptū; est enim; *qua positis omnibus requisitis ad agendum, potest agere, & non agere*: ergo

Tom. 1. dis.
1. q. 4. sect.
4.

P. Aranda
dis. 3. sect.
3.

si prædeterminatio est requisita ad agendum, potest voluntas cum prædeterminatione coniungere, tam agere, quam non agere. Sed ipsum prætermitto, quia diffuse alibi scripti, sensum illius diffinitionis non esse, quod agere, & non agere possint coniungi à causa libera cum omnibus requisitis ad agendum; sed, quod cum omnibus requisitis ad agendum componat causa libera potestatem non agendi; nec quæ contra ibi dicta acri stylo opposuit Pater Aranda speciali indigent discussione; sed solum, quod, si exciderint, recolantur.

QVÆSTIO SEXTA.

Utrum gratia prædeterminans consensum pugnet cum illius libertate, quia non potest à voluntate impediri?

IAM coronidem desiderat tractatus ille, ut argumenta difficiliora doctæ Societatis solvamus intendenti prædeterminationem consensus eius libertatem tollere, quia prædeterminatus ad consensum non potest dissentire; ex eo enim, quod præcedat supposita conexa cum consensu à voluntate in impedibilis, nulla adest vera potestas ad dissensum, vel oppositum consensui.

2. Ut ergo clare procedam i. nota ut certum; suppositionem aliquam dupliciter posse dici impedibilem; vel quod efficaciam, quatenus sit in potestate voluntatis, quod talis suppositio sit efficax, vel inefficax, vel quoad existentiam, quatenus sit in nostra potestate, quod talis suppositio existat, vel non; gratiam prædeterminantem non esse impedibilem à nobis in sua efficacia clare convincitur; quia nomine gratiæ prædeterminantis intelligitur gratia ab intrinseco efficax necessario cum consen-

in connexa, & non indifferens; sed nequit esse in potestate voluntatis reddere inefficacem gratiam ab intrinseco efficacem, alias posset voluntas facere chimæram, & haberet in suo dominio prædicata rebus intrinseca immutari; ergo gratia, quæ semel est prædeterminans est à voluntate inimpedibilis quoad suam efficaciam. Dubium vero est, an gratia prædeterminans possit esse inimpedibilis quoad suam existentiam, quatenus sit in dominio voluntatis, quod talis gratia existat, vel non? Et an hæc gratia inimpedibilis à voluntate quoad existentiam lædat, vel non, libertatem?

3 Aliqui Thomistæ tenent gratiam prædeterminantem esse à voluntate inimpedibilem, quoad existentiam, quatenus pro suo dominio possit facere, quod existat, vel non, ita quod dum voluntas peccat, & consensus salutaris deficit, voluntati non solum imputetur non consentire, ut docet fides, sed etiam ei imputetur, ad culpam non prædeterminari ad consensum, horum alium congressu in quest. vii. i. tractatus.

4 Alij Thomistæ sentiunt cum omni Schola Societatis gratiam prædeterminantem debere esse à voluntate inimpedibilem quoad existentiam, si semel exacta & præveniens sit ad omne exercitium liberum; unde solum esse pro dominio Dei prædeterminare, aut non, ad salutarem consensum. Hinc arguit docta Societas hoc assumens principium, *Gratia efficax cum qua defacto libere operamur debet esse à voluntate nostra inimpedibilis; vel quoad existentiam, vel quoad efficaciam*; sed gratia prædeterminans non est huiusmodi; ergo gratia efficax, cum qua defacto operamur non est prædeterminans.

5 Thomistæ vero, qui docent prædeterminationem inimpedibilem, assument idem principium, quod Societas, sine tamen toto Cælo diverso; non enim id assument, ut inferant gratiam efficacem defacto non esse præ-

prædeterminantem, sed ut inferat, gratiam prædeterminantem esse impedibilem; ita enim disputant: gratia efficax, cum qua defacto operamur est à nobis impedibilis, vel quoad existentiam, vel quoad efficaciam; sed gratia efficax cum qua defacto operamur est prædeterminans; ergo gratia prædeterminans est à nobis impedibilis uno, ex prædictis modis; sed non est impedibilis, quoad efficaciam; ergo est impedibilis quoad existentiam; unde illi Thomistæ discursui formato à docta Societate, ut defendant conclusionem gratiæ prædeterminantis, concessam, de impedibilitate gratiæ efficacis, negant min. quia dicunt gratiam prædeterminantem esse impedibilem,

6 Alij vero Thomistæ, quia gratiam prædeterminantem agnoscunt impedibilem cum Societate, cum asserant, gratiam efficacem cum qua defacto operamur esse prædeterminantem, tenentur dicere; gratiam efficacem non esse à nobis impedibilem, quoad efficaciam, quia est intrinsece efficax, nec quoad existentiam, quia eam dividit Deus singularis prout vult; unde dicunt, esse liberum voluntati consentire, vel non, posse voluntatem impedire, vel non impedire consentum; non vero esse liberum voluntati prædeterminati, aut non, impedire, vel non impedire adiutorium efficax Dei. Hic est status questionis.

7 Nota 2. nos in præsentibus investigare, quæ prædicata gratiæ prædeterminanti conveniant, & quæ gratiæ efficaci sint propria. Vade si prædicata gratiæ efficacis, gratiæ prædeterminanti repugnent, non inferas, quod gratia prædeterminans non sit prædeterminans, sed solum, quod gratia efficax, quæ defacto datur non sit prædeterminans; unde cum omnes admittant defacto dari gratiam efficacem, si huic gratiæ conveniunt prædicata propria gratiæ prædeterminantis, gratia efficax, quæ defacto datur erit gratia prædeterminans, secus autem, si

secus, quod ut explicem plura dubia suscitabo. 1. an gratia prædeterminans possit esse impedibilis à nostra voluntate quoad existentiam, ita ut eius defectus sit voluntati nostre imputabilis? ¶ 2. an semel admissa, gratia prædeterminante, eius impedibilitas sit exacta ad libertatem consensus, & exinde debeat esse imputabilis voluntati defectus talis gratiæ, ut imputetur ei defectus consensus? ¶ 3. Ad absolute loquendo gratia efficax, quæ defacto datur, sit à nobis quoad existentiam impedibilis? ¶ 4. quomodo concilietur talis gratiæ impedibilitas cum vera libertate consensus, & potestate voluntatis ad impediendum consentum per dissentum? Vbi erit necesse dissolvere Societatis Capitalia argumenta.

SECTIO PRIMA

Probatu r gratiam prædeterminantem esse à voluntate nostra inimpedibilem quoad existentiam, ita ut eius defectus non possit esse voluntati nostre imputabilis.

Hanc conclus. tract. 1. quæst. ult. fundavi impugnando modos dicendi diversos, ut adstruatur prædeterminatio à voluntate nostra impedibilis, vel quia semper negatur à Deo in pœnam præcedentis peccati, vel quia Deus deneget prædeterminationem ad actum præceptum propter peccatum, licet non tempore tamen prius in aliquo signo naturæ, vel denique, quia prædeterminatio, licet in genere causæ efficientis sit prior actu præcepto, dependet ab illo in genere causæ materialis dispositivæ, & exinde propter defectum actus, seu dispositionis est homini imputabilis ipsius prædeterminationis defectus; hi enim sunt omnes modi hucusque excogitati ut defendatur prædeterminatio nobis imputabilis quoad existentiam.

Sed dum lego in Rec. quodam saepe laudato
 conclusionem contra me ex professo munitam, ita ut ab-
 solute iudicet me deteruisse opinionem in D. Thom. ex-
 pressam, & inter Thomistas communem, eandem senten-
 tiam amplius illustrare cogor; & ut videas, qui sunt mo-
 derni in doctrina D. Thom. caecutientes, duo notare pla-
 cet. I. ut principium Sanctum omnibus Catholicis: prae-
 determinationem, seu gratiam efficacem esse impedibilem
 terminatiue, connectiue, seu passiuè; quia hoc nihil aliud
 sonat, quam terminum, cum quo connectitur esse à vo-
 luntate impedibilem, quod est indubium, cum terminus,
 seu consensus, cum quo connectitur gratia efficax sit mi-
 hi liber; unde dum dicitur esse mihi liberam prae-
 determinationem passivè, seu illam participare, quatenus est mihi
 liberum consentire, aut non consentire, ita certum est, ut
 nec indubium vertatur: difficultas enim sitit; an gratia ef-
 ficax, siue intrinsece inherens in consentiente, siue non
 inherens ei, quod ad praesentem controversiam non mul-
 tum interest, sit à voluntate nostra vere impedibilis, ut
 realiter distincta à consensu? Clarius, an voluntas nostra
 impediendo consensum, seu ponendo dissensum vere im-
 pediat gratiam efficacem à consensu distinctam, ita ut vo-
 luntati non solum vere imputetur deficere consensum,
 sed etiam deficere gratiam?

P. Palauco
 q. 12. de
 Provid.

10. nota ut dubium percipiatur, quid debet
 intelligi per hoc, quod est agens aliquod impedire B, exē-
 pli gratia, per A, non enim est praecise agens illud pone-
 re A, & A esse inconiungibile cum B, per hoc enim pra-
 cise A solum est impedimentum pure passivum, ut exis-
 tat B, non vero est impedimentum activum ut existat B,
 & exinde agens non vere dicitur impediens active B per
 A: in hoc enim sensu, certum est voluntatem per dissen-
 sum impedire, seu ponere impedimentum passivum gra-
 tiae efficaci ad consensum, inmo, & scientiae consensus,
 &

& prædeterminationi vivit; quia evidens est, voluntatē nō of-
 tram ponere dissenſum, & diſſenſum eſſe inconiungibilē
 cum gratia efficaci, ſcientia Dēi, & prædeterminatione con-
 ſenſus: Ergo eſſe impedimentum activum exiſtentię B,
 ſeu agens impedire B per A; exigit agens efficere A, &
 A eſſe, eſſe formaliter deficere B, vel rationē a priori exclu-
 ſivam exiſtentię B: vnde cum diſſenſus non ſit formale
 excluſivum gratiæ efficaciſ ad conſenſum, & ſit cum ea
 inconiungibilis: ſolum voluntas poteſt per diſſenſum im-
 pedire gratiam efficaciſ conſenſus, quatenus diſſenſus
 ſit ratio a priori excluſiva gratiæ efficaciſ conſenſus; vnde
 de hoc ſolum eſt, quod indubium vertitur, dum inquiritur,
 an voluntas poſſit impedire gratiam efficaciſ conſenſus
 per diſſenſum? An ſcilicet, diſſenſus poſſit eſſe ratio
 a priori excluſiva gratiæ efficaciſ conſenſus?

Res explio; ne vt ſæpius accidit poſt diſtinctionem
 diſtinctionem, in terminis iſtius dubij implicemur, agens
 determinare B per A non eſt agens efficere A, & A eſſe
 connexum cum B, ſed ulterius exigit conceptus determi-
 nandi B, A eſſe rationem a priori exiſtentię B. hoc eſt
 indubium; & ideo voluntas per conſenſum non determi-
 nat gratiam efficaciſ, licet conſenſus ſit connexus cum
 gratia; quia conſenſus non eſt ratio a priori exiſtentię
 gratiæ efficaciſ; vnde communiter dicimus voluntatem
 determinare conſenſum *determinata* gratia, non *determi-
 nando* gratiam, voluntatem ponere conſenſum *poſita* gra-
 tia efficaciſ, non *ponendo* gratiam efficaciſ, & quod in-
 quirimus eſt, an non ſolum ſit verum voluntatem impe-
 dire conſenſum, ſeu ponere diſſenſum *impedita* gratia ef-
 ficaciſ, ſed etiam ſit verum voluntatem impedire conſenſum
impediendo gratiam efficaciſ?

II. Conclusionem autem noſtram, nempe, voluntatem
 per diſſenſum non impedire gratiam efficaciſ, ſeu
 prædeterminationem conſenſus; ſic probo; voluntas ne-
 quit

quit impedire per assensum nisi, id quod a priori, vel formaliter per dissensum excluditur; sed per dissensum non excluditur, nec formaliter, nec a priori praedeterminatio consensus: ergo voluntas per dissensum nequit impedire praedeterminationem consensus: mai. est explicatio dubij, & prob. min. non excluditur formaliter, nec a priori per dissensum, quod deficit pro priori ad dissensum; sed praedeterminatio consensus deficit pro priori ad dissensum: ergo. Prob. min. prius intelligitur deficere praedeterminationem consensus, quam deficere consensum; sicut prius intelligitur existere praedeterminationem consensus, quam consensum existere, sed signum in quo deficit consensus est signum in quo intelligitur dissensus, ut patet, ergo. ¶ Aliter, praedeterminatio ad consensum eo in signo intelligitur deficere dum deficit, in quo intelligitur existere, dum existit, sed dum existit intelligitur existens in signo priori ad consensum: ergo dum deficit intelligitur deficiens in signo priori ad defectum consensus.

12. ¶ Urgentius: dum Deus praedeterminat actum peccati, hic actus non est ratio a priori determinativa suae praedeterminationis, ut fatemur: ergo, nec est ratio a priori exclusiva praedeterminationis ad actum praecipuum, prob. conseq. praedeterminatio ad actum transgressivum praecipi est formaliter exclusiva praedeterminationis ad actum adimpletivum: ergo stare nequit, dissensum excludere a priori praedeterminationem oppositam, nisi a priori determinet suam: idem enim est a priori excludere B, quod formaliter excluditur per A ac a priori determinare A.

13. ¶ Sed dices cum ingenioso R. praedeterminationem accipi posse dupliciter, vel *active*, ut se tenet ex parte Dei, qualiter est actio divina, qua Deus gratuito efficit nostrum consensum, aut determinationem; vel *passive*, prout participatur a voluntate, quae participatio est in-

Palanco 1.
17. f. 64

indistincta à nostro consensu, seu determinatione, & si prædeterminatio 1. modo sumatur sic prævenire exercitia nostra, ut sit à nobis inimpediibilis; quia Deus ita est Supremus Dominus donorum suorum, ut à nullo impediri possit, ut ea conferat; potest tamen voluntas impedire gratiam prædeterminantem in 2. sensu; quia per dissentiam ponit obstaculum consensui, seu receptioni gratiæ.

Sed statim, ac ista perlegi miratus sum valde, quod iste me, & alios Thomistas acriter impugnet, & primo argumento ita succumbat, ut manus det; nos non dubitamus prædeterminationem passive, aut terminative sumptam, seu consensum, ut clarius loquar, esse à nobis impedibilem, imo hoc, ut principium sanctum fatemur, solum ab hostibus libertatis Catholicæ dubitabile; solum controversatur, an prædeterminatio, siue intrinseca nobis, quia qualitas inhærens, siue extrinseca nobis, quia actio, quod in præsentia impertinenter se habet, ut realiter distincta à consensu sit à nobis impedibilis: qui eam inimpedibilem fatentur, nobiscum sentiunt, sicut cum fide iudicant, dum eius terminum, seu consensum impedibilem supponunt.

14 Vnde dum dicitur voluntatem posse impedire gratiam efficacem, non causaliter a priori, nec dispositive; sed formaliter, seu exclusive, quatenus peccatum est incompouibile formaliter cum gratia efficaci, est extra terminos quæstionis exire, quia certum est disiectionem excludere formaliter consensum, seu gratiam efficacem passive; dubium sistit, an voluntas possit impedire gratiam efficacem, ut realiter à consensu distinctam? in quo dubio nequit adduci distinctio illa de gratia *active*, aut *passive* sumpta, quia gratia passive est ipse consensus.

15 Et 1. si affirmatur absolute voluntatem posse impedire gratiam efficacem, quia eam potest impe-

dire passive, aut terminative; qualiter est ipse consensus, cur negatur voluntatem posse acquirere gratiam efficacem, cum eam possit acquirere *passive*, & terminative; quia potest comparare consensum;

2. Est in dominio electivo Dei negare gratiam efficacem; ergo defectus gratiæ efficacis magis imputatur Deo, quam voluntati, prob. ant. est in dominio electivo Dei gratiam efficacem donare, ut patet, quia est Supremus Dominus gratiæ: ergo; & eam denegare: patet conse 1. quia dominium liberum, seu electivum versatur inter contraria; & impossibile est esse in dominio electivo rem existerem, & in eodem non esse rem deficere.

16 Resp. Palanco; dominium liberum Dei esse *positivum* ad existentiam gratiæ efficacis, sed solum *permisivum* ad eiusdem gratiæ defectum: aliter enim permissionem peccati, seu carentiam gratiæ esse à Deo volitam permissive, non causaliter; & exinde permissionem peccati esse prædestinationis effectum, quatenus Deus ex fine prædestinationis permittit peccatum, *Et peccatum ipsum permittit ordinat in bonum prædestinati.*

Palanco
ibidem.
84.

17 Sed hæc valde mira sunt, & ex confusione *carentiæ gratiæ efficacis*, cum peccato, procedunt; quis enim hucusque dixit, libertatem non esse determinativam utriusque exercitii libertatis, sed determinativam unius, & permisivam alterius? Hoc enim est confundere exercitium libertatis, cum eius termino, seu obiecto; omne exercitium divinum est à Deo libere determinatum, si necessarium non est: & Deus vere, & non necessario permittit peccatum: ergo permissionem Deus libere determinat, vel positive, si est exercitium positivum, vel negative si est negativum; à quo dictum est, permissionem esse à Deo permissam, cui eam permissionem permittit? Obiectum permissionis, seu peccatum est permissum; permissio vero est volita; Deus permittit, & permittit, quia vult permittere,

ergo permissio est voluta à permittente, licet obiectum permissionis sit permissum.

Illa vltima verba Deus ordinat *peccatum permissum* in bonum prædestinati, nescio an ab alio vcuſque dicta ſint; aliàs peccatum posset dici prædestinationis effectus, quia à Deo ordinatum in bonum prædestinati; & ex D. Thom. *Deus habet præscientiam etiam de peccatis, sed prædestinatio est de bonis salutaribus*; quomodo enim erit à Deo ordinatum peccatum permissum, si est de fide peccatum non esse à Deo præordinatum, aut prædefinitum.

D. Tb. in c.
8. Ep. ad
Rom. lect. 6.

18 Denique prob. conclus. & argum. sententiæ oppositæ infringitur: ponere formam incomposibilem cum alia forma non est impedire existentiam illius formæ, nisi forma opposita inferat, seu inducat per modum rationis apriori carentiam alterius formæ; ideo enim visus, licet causet visionem incomposibilem cum forma ligni, non impedit existentiam eius in materia, quia eius carentiam supponit per formam viventis, à qua procedit; sed licet voluntas possit dissensum incomposibilem cum gratia efficaci ad consensum non potest dissensus inferre per modum rationis apriori carentiam efficacis gratiæ, quia carentia gratiæ efficacis est prior dissensu, seu carentia consensus, sicut gratia efficax est prior consensu: ergo licet voluntas possit ponere dissensum, non potest impedire gratiam efficacem consensus.

19 Vnica solutio adhiberi potest huic argumento negando nempe min. quia licet gratia efficax sit prior consensu; carentia gratiæ efficacis non est prior dissensu, seu carentia consensus; vnde dissensus potest esse ratio apriori inferens defectum gratiæ, licet consensus non possit esse ratio apriori inferens gratiam. ¶ Quod explicari potest, quia male colligitur carentiam vnius formæ esse priorem carentia alterius formæ, ex eo, quod vna
for-

forma sit altera forma prior, ut plurimis exemplis manifestum sit: 1. quia vita est prior quam respiratio, & tamen non sequitur carentiam vitæ esse priorem carentia respirationem, sed pluries contrarium accidit, quia dum quis suffocatur, vel suspenditur, carentia respirationis est prior carentia vitæ. ¶ 2. Habitus fidei est prior fidei assensu, quia eius causa, & non valet e contra, quia disensus hæreticus est prior carentia fidei: similiter gratia habitualis est prior bonis operibus; & tamen carentia gratiæ non est prior carentia boni operis; cum homo in penam operis debiti carentiæ, gratia privetur. ¶ 3. Quia idem concipitur in formis oppositis: ita enim possunt duo extrema contradictionis opposita comparari ad unam formam; ut unum extremum contradictionis sit posterius illa forma & aliud extremum contradictionis sit prius quam carentia talis formæ; amor enim v.g. est prior quam carentia odii; & tamen carentia amoris non est prior, quam odium; similiter forma ignis, est prior carentia formæ ligni; & tamen carentia formæ ignis non est prior forma ligni, sed potius e contra: ergo consensus, & illius carentia, ita possunt comparari ad gratiam efficacem, quod consensus sit posterior gratia efficaci, & ommissio consensus sit prior gratiæ efficacis carentia; unde voluntas nostra per omissionem consensus poterit impedire gratiam efficacem.

Et ratio apriori est; quia gratia efficax est prior consensu ex eo, quod eum causat; ideo enim voluntas consentit, quia adiuvatur à Deo; sed carentia gratiæ efficacis non causat carentiam consensus; hæc enim causalis voluntas non consentit, quia non adiuvatur à Deo, est falsa; ut inferius tanquam principium sanctum statuemus, ergo carentia gratiæ efficacis non erit prior carentia consensus: unde voluntas omitendo consensum, potest gratiam ef-

Infra sect.

3.

licentiam impedire, & eius carentiam acquirere, licet per
 consensum non possit gratiam efficacem comparare.
 Sed contra hanc solutionem stat: quod li-
 cet non inferatur per consequentiam formalem, quod
 carentia gratiæ efficacis sit prior, & independens à ca-
 rentia consensu, ex eo, quod gratia efficax sit prior, & in-
 dependens à consensu; colligitur tamen per consequen-
 tiam materiale, ex eo, quod prius debet exerceri
 libertas Dei conferendi, aut non conferendi gratiam effi-
 cacem, quam libertas nostra consentiendi, aut non cō-
 sentiendi, & quod illa Dei libertas à nullo extremo nos-
 tra libertatis est impedibilis, aut determinabilis: ex quibus
 principijs inferitur, quod cum vnum extremum nostre li-
 bertatis sit connexum cum alio extremo libertatis divi-
 nae, sicut extremum positivum libertatis divinae
 intelligitur prius extremo positivo libertatis creatæ,
 ita, & extremum negativum; cum hac tamen differentia,
 quod extremum positivum est prius prioritate phyſica,
 & causalitatis; extremum autem negativum solū est prius
 prioritate logica intelligentie, seu illationis.
 Vnde ita infurgo; prius intelligitur in Deo liber-
 tas donandi consensum per gratiam efficacem, quam in-
 telligitur in me libertas ad consentiendum, & illa libertas,
 nec est à me impedibilis, nec determinabilis, vt contra D.
 D. Societatis arguit nostra Schola, constituentes prædesi-
 gnationes à nostra voluntate impeuibiles, quatenus potest
 impedire libertatem Dei ad ita prædignationem: ergo vo-
 luntas nostra per exercitium suæ libertatis, nequit impedi-
 re Deum, vt conferat gratiam; hoc enim esset determinare
 Deum, vt gratiam non conferat; quia impedire vnum
 contradictorium est alterum determinare: ergo sicut per
 exercitium consentiendi non possum impedire Deum, vt
 gratiam efficacem non conferat, ita per exercitiū meæ
 libertatis non consentiendi non possum determinare
 Deum

Deum ut gratiam non conferat; nisi in Deo adstruatur libertas in existendo à me independens, sed à me determinabilis quoad exercitium: negativum, & non quoad positivum talis libertatis: quod certe superat captum.

21. Unde ita urgeo: Deum donare gratiam efficacem est causare consensum, Deum non donare eam est non causare consensum, non vero est causare omissionem consensus: quia voluntas peccat, & non consentit, quia vult, non quia non adiuvatur à Deo, hanc differentiam fatemur, & nōscimus; sed ea non obstante, Deo est vnicè liberum conferre, & non conferre eam gratiam; ergo non sum liber, ut non consentiendo determinem Deum, ut non conferat gratiam efficacem, quia alias libertas Deo esset mihi subiecta in exercitijs sibi liberis: ergo ratio, & causa cur Deus non confert gratiam efficacem non est, quia voluntas non consentit: prob. hanc consequ. quia non alia ratione Deus me determinat ut consentiā, nisi quia Deum me adiuvere est ratio, & causa, cur voluntas mea consentiat: ergo si me non consentire esset ratio, & causa, cur Deus me non adiuvet, & non conferat gratiam, mea voluntas determinabit Deum, ut gratiam non conferat.

22. Aliter: Deum non decernere efficaciter consensum non est nobis liberum, aut imputabile: ergo nec Deum non adiuvere efficaciter ad consensum: Ant. debet esse Thomistis certum: tum, quia Decretum efficax consensus non est à nobis impedibile; ergo Deum non decernere nequit esse nobis imputabile. Tum, quia Deo est necessaria libertas, & dominium decernendi, aut non decernendi; sed nec Deo possumus impedire suæ libertatis exercitium, nec quod vnum exercitium præ altero illius libertatis existat potest esse nobis imputabile: ergo. Prob. iam consequ. Quia Thomistæ eodem modo discurrunt de decreto Dei, ac de adiuvente gratia, quoad effi-

cacliam; connexionem, & necessitatem: ergo, & quoad
 inimpedibilitatem; ergo similiter dici debet de carentia
 efficacis adiutorij, ac de carentia efficacis Decreti; dicen-
 dum igitur erit, adiutorium efficax consensus esse à nobis
 inimpedibile, sicut est inimpedibile Decretum efficax
 consensus: & carentiam adiutorij efficacis ad consensum
 non esse nobis liberam, & imputabilem, sicut non est no-
 bis libera, aut imputabilis carentia Decreti efficacis con-
 sensus.

SECTIO SECUNDA:

*Semel admissa prædeterminante gratia, eius impedibilitatem
 non exigitur, ut consensus sit liber: nec ut voluntati im-
 putetur consensum deficere, necesse est, defec-
 tum gratia imputari voluntati.*

[23] **H**anc conclusionem breviter, sed efficaciter
 probo. Libertas consensus exigit facultatem
 expeditam impediendi consensum,
 aut ponendi dissentium: sed facultas impe-
 diendi consensum non est potestas impediendi prædeter-
 minationem consensus: ergo, nec libertas consensus. Pro-
 b. min. In qua sistit difficultas. Primo: Dum abest præ-
 determinationem est facultas acquirendi consensum, quin sit
 potestas acquirendi prædeterminationem: ergo dum ad-
 est prædeterminatio erit facultas impediendi consensum,
 quin sit potestas impediendi eius prædeterminationem.
 Ant. est inter nostros principium iam diffuse fundatum.
 Prob. conseq. I. a paritate; sicut necesse est existere præde-
 terminationem ut existat consensus, quia ad eum exigi-
 tur, ita necesse est impedi prædeterminationem, ut im-
 pediatur consensus, quia cum eo connectitur; sed primo
 non obstante; dum prædeterminatio abest facultas con-
 sensus

*Sup. q. 4. fe
 re per tota*

consentiendi non est potestas prædeterminationem comparandi, licet exactam, ergo dum prædeterminatio adest, facultas non consentiendi non erit potestas impediendi prædeterminationem connexam; certe verisimilem disparitatem non invenio. ¶ 2. Prob. conseq. à priori. Dum abest prædeterminatio, facultas consentiendi non est potestas comparandi prædeterminationem, quia consensus non est ratio à priori existentie prædeterminationis, cum qua à posteriori connectitur; sed similiter deficere consensus non est ratio à priori defectus prædeterminationis, cum qua à posteriori connectitur: ergo facultas non consentiendi non erit potestas impediendi prædeterminationem. ¶ Vno verbo: eisdem principijs, quibus defenditur, consensus non esse rationem *determinativam* prædeterminationis sui, sustineri debet, si consequenter procedimus, dissensum non esse eius rationem *impeditivam*. Et sicut dicimus in prædeterminatum posse ponere consensus, *posita*, non autem *ponendo* prædeterminationem; asserere cogimur, prædeterminatum posse impedire consensus *impedita*, non autem *impediendo* prædeterminationem.

24. 2. Probo principalem min. Facultas impediendi consensus non est potestas impediendi prædeterminationem efficacem divinam consensus: ergo nec est potestas impediendi prædeterminationem consensus. Ant. est in via D. Thomæ constans, relegantes enim scientiam mediam nequeunt concedere decreta Dei esse à nobis impediabilia. Prob. conseq. 1. Quia assigna medium, quo probes, simul positus prædeterminatione, & prædeterminatione consensus, potestatem non consentiendi, esse potestatem impediendi prædeterminationem, & eque non suadeas, esse potestatem impediendi prædeterminationem? ¶ 2. Vel potestas impediendi terminum alicuius connexionis est potestas impediendi eius fundamentum, vel secus? Si 1.

potestas impediendi consensum erit potestas impediendi prædeterminationem, cum qua connectitur. Si 2. potestas impediendi consensum non erit potestas impediendi prædeterminationem cum eo connexam.

25. Ultimo me convinco hoc discursu; Tu adstruis prædeterminationem consensus à me impedibilem; & non impedibilem à me eius prædefinitionem, seu Decretum; ergo facilius erit mihi adstruere consensum à me impedibilem, & non prædeterminationem. Prob. conseq. Quia inter consensum, & prædeterminationem, hæc est differentia; quod consensus est exercitium meæ libertatis, non autem prædeterminatio; sicut vero consensus est terminus essentialiter connexus, cum prædeterminatione, prædeterminatio est terminus essentialiter connexus cum decreto; Si igitur facultas impediendi prædeterminationem non est potestas impediendi decretum, cur, quæso, facultas impediendi consensum erit potestas impediendi prædeterminationem?

26. Unde, observes velim, distinguentes in prædeterminatione, duo prædicata, quorum vnum sit à nobis impedibile, sicut decretum; & alterum sit à nobis impedibile, sicut consensus; nullatenus vincere, imo nec fugere difficultatem, sed eius vires augere; quod manifestum fiet, nisi fallor, hac consideratione, si inter prædicata prædeterminationis realiter identificata, vnum fateris, & non alterum à me impedibile, quanto facilius erit, inter realiter distincta, licet connexa, qualia sunt, prædeterminatio, & consensus, vnum, & non alterum esse à me impedibile? Si enim ex duorum identitate non infertur (vt asserunt) vtrumque, vel neutrum esse à me impedibile, qualiter id colligi iudicant ex duorum connexionem?

SECTIO TERTIA.

*Gratia efficax, cum qua defacto operamur, est à nobis
inimpedibilis quoad existentiam.*

Nunc non loquimur de prædeterminante gratia, de eadem enim controvertitur, an sit exacta, vel possit prævenire consensum salutarem? Iam enim decisum manet, prædeterminationem non posse esse dependentem à nostra libertate in existendo, ita ut nobis sit imputabile prædeterminationem existeri, aut non existeri. Disputamus enim de gratia efficaci, cum qua salutari ter operamur, & quam fides prædicat exactam ad salutarem consensum. An quidem talis gratia sit à nobis impedibilis in existendo, ita ut ipsam existeri, aut deficere sit nobis liberum, aut imputabile? Hoc enim resolutum facile erit scire; An prædicata gratiæ efficaci defacto existentis conveniant prædeterminationi? Exindeque procedes ad dirimendam controversiam, an ex prædicato, inimpedibilis, quod esse proprium prædeterminationis diximus, recte colligatur, gratiam efficacem non esse prædeterminantem?

*Supra Text.
2. 1.*

U

§. I. In tam abstrusis dubijs nocivam obscuritatem parturire solet, quod principia sancta, & certa à probabilibus non segregantur, ideo ut pro virili hanc pernitiem vitemus, & maiori claritate procedamus.

Nota primo: ut principium sanctum; Hanc causalem esse veram: *Voluntas consentit, quia adiuvatur à Deo* Hanc autem esse omnino falsam: *Voluntas dissentit, aut peccat, quia non adiuvatur à Deo.* Adiutorium enim Dei est causa, seu ratio bene, & salutariter operandi; defectus autem

tem gratiæ, seu voluntatem non adiuvari à Deo, non est causa (nisi ad summum logica per illationem) non consentiendi, aut peccandi: peccamus enim, quia volumus, & non recte operamur, quia nolumus recte operari; constat hæc veritas ex sacris litteris: tum; cum dicitur à Deo: *Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum*; Perditio igitur Israel ex Deo non adiuuante non erat: Tum; cum scribitur: *Non dixeris per Deum abest, quæ enim oderit, ne feceris.* Vt peccatoribus occludatur excusatio iniquitatis suæ per defectum adiutorij Dei.

29. Hanc veritatem concinnunt vnanimiter Sanctæ Ecclesiæ Patres: eam expressè fundat Sanct. Anselmus diffuse suadens: non esse consequens, quod si bonus Angelus, ideo accepit perseverantiam, quia Deus dedit; malum, ideo non accepisse, quia Deus non dedit. ¶ Accedit Sanct. Gregorius, dum ait: *Mala nostra solum modo nostra sunt; bona autem nostra, & Omnipotentis Dei sunt, & nostra.* ¶ Sæpius idem edocuit Sanct. Augustin. Tum; Cum scribit: *Quo circa, quod à Deo nos avertimus, nostrum est, & hæc est voluntas mala: quod vero ad Deum nos convertimus: nisi ipso excitante, atque adiuuante non possumus, & hæc est voluntas bona.* ¶ Tum; dum ait: *Quid est autem quod dixit, Deus, ego indurabo cor eius? Pharaonis quidem: Nisi, cum abfuerit gratia mea, induret illum iniquitas sua.* ¶ Subscripsit Sanct. August. fidelissimus eius discipulus S. Prosper: Tum; cum de nostra voluntate ait: *De sua habet mutabilitate si deficit, de gratia opitulatione si proficit, quæ opitulatio, & quod à multis refutatur suæ est nequitia, quod autem à multis suscipitur, & gratia est divina, & voluntatis humana:* Tum; cum hanc consequentiam damnat in Semipelagianis: *Consequens putant, ut quia prevaricator, ideo dicitur non obedisse, quia noluit, fidelis quoque non dubitetur ob hoc devotus esse, quia voluit.*

30. Ratioque a priori huius veritatis est;

Ne

Osea 13.

Eccles. 15.

D. Anselm. de casu Diaboli c. 3.

Greg. hom. 9. in Ezech.

Aug. lib. 2. de pecc. merit. cap. 28.

S. Aug. Serm. 88. de temp.

D. Prosp. lib. 2. de Vocat. c. 16.

Prosp. epist. ad Aug.

Ne Deus esset peccati causa, si voluntatem a Deo non adiuvare esset causa, cur peccaret; vnde non confundas conditionalem cum causali, quia haec conditionalis est vera si Deus nos non adiuvat, peccamus; quia cum abest gratia sua indurat nos iniquitas nostra, vt Augustinus docuit, & vt scripsit D. Thom. Si Deus daret auxilium efficax ad vitandum peccatum, homo non peccaret, & ideo dum peccat, Deus auxilium efficax non donat; sed nullius proinde culpe humanae in Deum referas causam; quia qui exortes gratiae fuerint, de sua nequitia redarguentur, & qui eius lumine enituerint, non in suo merito, sed in Domino gloriantur.

August. vii supra.
D. Thom. i. 2. q. 79. art. 1.
August. de peccat. meritis cap. 17.
S. Prosperus ubi supra. c. 29.

Noto secundo; Deum nobis conferre ex sua misericordia adiutorium efficax, vt non peccemus, & vt salutariter operemur, quia beneficus, & liberalis, cum sit, secundum suam misericordiam salvos nos fecit, non ex operibus iustitiae, qua fecimus nos, non enim adiuvat, quia volumus sed vt velimus, quia misericordia eius praeuenit nos. Dum vero denegat Deus adiutorium efficax ad recte operandum in hac providentia, est, quia iustus, in penam praecedentis peccati actualis, vel originalis; Decretoria enim Sancti Thomae sententia est: Credere articulos fidei homo potest, cum auxilio gratiae; quod quidem auxilium quibuscumque divinitus datur, misericorditer datur: quibus autem non datur, ex iustitia non datur in penam praecedentis peccati, aut saltem originalis peccati, vt Sanctus Augustinus dicit in libro de correptione, & gratia. Vnde hoc in statu, de eo enim expresse Sanctus Augustinus loquitur, gratia ex iustitia denegatur in penam praecedentis peccati: Hoc ergo supposito in dubium tria controvertuntur. I. An Deus possit denegare gratiam, vnicuique, quia eam gratis donat, & non tenetur eam conferre, non vt peccatum puniat, sed vt ostendat divitias gratiae suae in vasa misericordiae, quia in gratuitis accepto personarum locum non habet;

August. ep. 107. ad Vitalem.

D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 5.

August. de bono pers. v. c. 8.

*August. de
Predest. S.
Et. cap. 15.*

Nec esset quærela iusta non adiuti: *Cur non sum, quod ille? Cur diversa est gratia, ubi natura communis est? Certe non est acceptio personarum apud Deum. Quis, non dico Christianus, sed in sanus hæc dicat?* ¶ 2. Dubium est; An defacto Deus negavisset: Adamo, & Angelis desertoribus efficacem gratiam ad primum vitandum peccatum in penam ipsius peccati committantis, vel quia eam donare Deum, & nos habere, non est volentis, neque currentis, sed misericordis Dei, qui cuius vult miseretur, & quem vult obdurat; non quidem impertiendo malitiam, sed denegando gratiam? ¶

3. tamen dubium est; An Deum in hoc statu naturæ collapsæ denegare gratiam in penam precedentis peccati, aut saltem originalis, sufficiat, ut nobis sit liberum, & imputabile ad culpam carere efficaci gratia? ¶

32. Noto tertio; ut principium sanctum; homini iustificato Deum sæpius denegare auxilium efficax ad vitandum peccatum, semper tamen donare auxilia sufficientia, quibus possit præcepta adimplere, & peccata vitare: doctrina usque adeo vera est, ut sit de fide: quia si homo iustus semper haberet auxilia efficaciam ad vitanda peccata, semel iustificatus nunquam peccaret, aut iustitiã desereret; contra expressam Tridentinam definitionem: & secunda pars constat ex Innocentio X. declarante Hæreticam hanc Iansenij propositionem; *aliqua Dei præcepta hominibus iustis volentibus, & conantibus secundum presentes, quas habent vires sunt impossibilia, deestque illis gratia, qua possibilia fiunt. Iustis igitur non deest gratia sufficientis, qua possibilia fiunt præcepta Dei.*

33. Ultimo noto: Profunditatem huius quæstionis, *Cur Deus uni, & non alteri donat gratiam efficacem, ut convertatur? Esse inscrutabilem, & per velle, aut nolle liberi arbitrij minime solvi: doctrina usque adeo vera est, ut sit de fide: quia non quærimus; cur auxilium donatum sit efficax, aut non sit efficax? Hic enim, cum interrogatio sit*

*Trid. S. 6.
Can. 23.*

*Innoc. X. in
constit. que
incipit; cum
peccatione*

fit de efficacia auxiliij donati, non est omnino certum, nō posse ex arbitrio desumi rationem efficacitæ, præ inefficitia; querimus quidem rationem donandi auxilium efficacem? Cuius nullam posse reperiri nisi simplicem Dei voluntatem, est omnino indubia fide credendum; hanc enim veritatem non solum docuerunt Sancti Ecclesie Patres, sed manifestissime demonstrarunt.

Et i. auscultemus simul S. August. & Thomam, qui ita ex illo resolvit: *Quare autem non omnes aversos trahit, sed aliquos, licet sint omnes equaliter aversi? Ratio quidem in generali potest assignari: ut scilicet, in illis, qui non trahuntur, appareat, & refulgeat ordo divinæ iustitiæ: in illis autem, qui trahuntur immensitas divinæ sapientiæ. Quare autem in speciali trahat hunc, & illum non trahat, non est ratio aliqua nisi beneplacitum voluntatis divinæ. Unde dicit Augustinus: quem trahat, & quem non trahat; quare illum trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, si nō vis errare. Semel accipe, & intellige. Nondum traheris, ora, ut traharis: Quod, & ostendi potest per exemplum, nam assignari potest ratio quare artifex ponit aliquos lapides inferius, & aliquos in lateribus, ex dispositione domus, cuius complementum hoc exigit; sed quare hos lapides hic ponat, & hos ibi, dependet à sua simplici voluntate: & inde est, quod prima ratio dispositionis refertur ad voluntatem Artificis. Sic ergo Deus ad complementum universi quosdā quidem trahit, ut in eis appareat sua misericordia, quosdam vero non trahit, ut ostendatur in eis sua iustitia. Sed hos trahit, illos non trahit, secundum suum beneplacitum voluntatis. Similiter etiam, quare in Ecclesia aliquos fecit Apostolos, alios Confessores, alios Martires: ratio est propter Ecclesie decorem, & complementum; sed quare Petrum fecit Apostolum, Stephanum Martirem, & Nicolaum Confessorem, non est alia ratio, nisi voluntas sua. Hactenus S. Thomas. ¶ De eis, etiam, quibus Deus denegat potiora auxilia, ut convertantur, eosque perire sinit, inquit Augustinus*

D. Thom. in
caput 6. lea
nis.

U

August. lib.
II. de Gene
si ad littere
cap. 9.

August. de
Corrupt. &
grat. cap. 8.

tinus: Posset ipsorum voluntates in bonum convertere quoniam omnipotens est, posset plane. Cur ergo non fecit? Quia noluit. Cur noluit? Penes ipsum est, debemus enim non plus sapere, quam oportet sapere.

Audiamus etiam Augustinum multis convincentem, in hac questione, cur Deus vni conferat auxilium efficacem, & non alteri? Respondendum esse cum Apostolo: O altitudo Sapientiae, & Scientiae Dei! O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Quia iudicia Dei, nec vituperari possunt, nec penetrari. Nec miremur nos vestigare non posse investigabiles vias eius. Ut enim alia innumerabilia taceam, quae alijs dantur, alijs non dantur hominibus a Domino Deo, apud quem non est acceptio personarum, nec tribuuntur ista meritis voluntatum, sicut sunt celeritates, vires, bonae valetudines, & pulchritudines corporum, ingenia mirabilia, & multarum artium capaces naturae mentium: Vel, quae accidunt extrinsecus, ut est opulentia, nobilitas, honores, & caetera huiusmodi, quae quisque, ut habeat, non nisi in Dei est potestate: ut non immeret etiam in Baptismate parvulorum, quod nullus istorum potest dicere, sicut illa, ad regnum Dei non pertinere, cur illi parvulo detur, illi non detur, cum sit utrumque in potestate Dei, & sine illo Sacramento nemo intret in regnum Dei? Ut ergo haec tacuimus, vel relinquamus, illos ipsos intueantur de quibus agitur, de his enim differimus, qui perseverantiam bonitatis non habeant, sed ex bono in malum deficiente bona voluntate, moriuntur: respondeant si possunt. Cur illos Deus, cum fideliter, & pie viverent, non tunc de vitae huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, & ne fictio deciperet animas eorum? Vtrum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nescivit? Nempe nihil horum, nisi perversissime, atque insanissime dicitur. Cur ergo non fecit? Respondeant, qui nos irrident, quando in rebus talibus exclamamus; quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & investigabiles viae eius! Tanta D. August. e videtur

ter convincens in hac quaestione, cur Deus vni tribuat gratiam efficacem, & non alteri? Non esse aliam solutionem; nisi, quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Cur enim illum adiuvet, illum non adiuvet: illum tantum, illum autem non tantum, istum illo, illum isto modo, pener ipsum est, & equitatis tam secretæ ratio, & excellentia potestatis.

Vnde si quis me interroget: Cur illi ita suadeatur bonum, ut persuadeatur, illi autem non? Duo solum occurrunt, quæ respondere mihi placeat: O altitudo divitiarum! Et numquid iniquitas apud Deum! Cui hæc responsio non placet, querat Augustino doctiores, sed caveat ne inventat presumptores: Vnde vulgata est S. Prosperi sententia profunditas illius quaestionis, quam secundum admirationem Apostoli impenetrabilem confitemur, per liberi arbitrij, velle, vel nolle, non solvitur.

§. II.

34 Conclusio igitur nostra est communis inter Theologos; eam enim defendunt Patres Societatis, quia licet habeat, ut principium firmum determinationem inevitabilem consensus tollere libertatem, cum subitineant gratiam efficacem non esse determinationem, eam inevitabilem à nobis in existendo fatentur, efficaciam enim gratiæ asserunt impedibilem, non existentiam; ex Thomistis eam plures sustinent: Caietanus enim versans hanc difficultatem, ita concludit: Nec ex hac aeterna dispositione divina, potest inferri iniustitia in Deo, sed libertas summa; quoniam neutris tenetur, & ex sua mera libertate pendes velle dare gratuitum bonum aliquibus, & velle non dare aliquibus. accedunt Nuñ. Cabezud. Bañez: Lezañ. N. Carras. ut magis conformem menti D. Thomæ, & Thomistarum in hac tempestate, eam novissime defendit. Inter Authores etiam, qui defectum gratiæ efficacis nobis imputabilem fundant, ut iusti-

August. lib. 2. de peccat. meritis. cap. 5.

August. de Spirit. lib. cap. 83.

D. Prosp. lib. I. de Voc. Gent. cap. ult.

Caiet. sup. ep. ad Ioan. cap. 9. vers. 13.

Nuño in 3. p. 9. 62. art. 5. Bañez I. p. 9. 23. art. 3. dub. ult.

Lexana dis
p. 7. de vo-
lunt. in Ap-
pend.

Carrasco de
Volunt. Dei
dub. 6.

Salm. dub.
4. n. 280.

Gonet de vo-
luntat. disp.
5. § disp.

8. art. 4.

Godoy 1. p.
disp. 69. c.
3.

D. Thom. 1.
2. q. 79. art.

39

D. Th. 1. ad
Annibaldū
distinct. 41.
art. 3.

iustitiam increpationis male operantis componat alia
probabili semita, nostram non impugnant, sed ut pri-
mam sustinent, tum PP. Salmanticenses affirmantes pec-
catori, non imputari, quod careat auxilio efficaci: Tum M.
Gonet hanc tradit doctrinam in prima solutione argu-
menti, ut plurimum, ex discipulis D. Thomæ pro eaque re-
fert Estium asserentem, quod Deus permittat hominem,
vel Angelum cadere in peccatum non prebendo auxilium effi-
cax ne cadat: hoc non habet causam in ipsis. E. Claudium Ty-
phanium, & quod magis est affirmat esse magis solidam,
& conformem SS. PP. revocantibus denegationem gra-
tiæ efficaciæ in simplicem Dei voluntatem, in divinaque
iudicia inscrutabilia, Ill. Godoy eam sententiam sustinet
sepius asserens, primam denegationem gratiæ efficaciæ,
seu primam permissionem peccati, posnam peccati non
esse.

35 Probo conclusionem 1. ex D. Thomæ
expresse asserente, Deum ex sua libera determinatione ne-
gare gratiam efficacem, qua nunquam peccaremus; que-
rit enim; utrum Deus excitationis, & indurationis, nostre
causa sit? Et respondet ita: Dicendum: quod excacatio, & ob-
duratio duo importat: quorum unum est, motus animi humani
inherentis malo, & averse à Divino lumine; Et quantum ad hoc
Deus non est causa excacationis, sicut non est causa peccati.
Aliud autem est subtractio gratiæ, ex qua sequitur, quod
mens divinitus non illuminetur ad recte videndum, & cor non
emolliatur ad recte vivendum, & quantum ad hoc Deus est
causa excacationis, & obdurationis. Ea vbi. Doctor, Deum
subtractionis gratiæ efficaciæ authorem nominat, cum
tamen eum peccati inde sequenti nusquam profecto, vel
indirectam causam appellat. Recedunt ergo à D. Thomæ
expresse sententia asserentes Deum pure permittere gra-
tiæ defectum? Quia Sanctus ait. Non requiritur ratio, qua
re non dem alicui, cui dare non debeo. In his (alibi Sanctus di-
xit)

xit) que ex liberalitate donantur, in nullo iustitia contradicuntur, possum enim uni dare, & alteri non dare pro mea libito voluntatis. Quia hoc ipsum, quod est non habere debitum, sufficiens ratio est non donandi: ergo ut Deus deueget efficacem gratiam non est necesse nos prius eam impedire, ut eius defectus sit nobis imputabilis.

D.Th. 2. 61
de Verit. ar-
t. 2. sol. ad 8.
& 9.

36. Probo 2. si liberum esset impedire gratiam efficacem, & eius defectus nobis esset imputabilis profunditas illius questionis. Cur Deus uni, & non alteri donat efficacem gratiam? Non esset inscrutabilis, & per velle, & nolle liberi arbitrij solveretur; hoc esse omino falsum premonuimus: ergo. Prob. seq. esset ratio, cur hic, & non ille habeat gratiam efficacem: ergo, & esset ratio cur huic, & non illi donetur gratia efficax, prob. ant. hic non se impedivit peccando, alter peccando se impedivit, ut gratiam haberet, sed est ratio cur hic peccet, & non ille, per velle, & nolle liberi arbitrij: ergo, ut hic se impediatur ad recipiendum, & non ille; si ergo Deus paratus est illam dare non se impredientibus ratio est ex arbitrio desumpta, cur vnus & non alter habeat efficacem gratiam.

37. Urgeo: si ponitur ab arbitrio libero dependens, quod gratia sit efficax, aut non sit efficax; per velle, & nolle arbitrij solvitur questio, cur vnus, & non alter habeat efficacem gratiam; ut opponunt Thomistæ aduersus Iesuitas statuentes efficaciam gratiæ esse nobis liberam; ergo si adstruitur ab arbitrio pendens, quod gratia efficax sit, per velle, & nolle arbitrij dissolvi potest profunditas illius questionis: Patet consequent. quia si per arbitrium dissolvitur questio, si ab arbitrio pendet efficaciam gratiæ, cur non dissolvitur & que, si ab arbitrio pendet gratiæ efficacis existentia? Unde obiter observa omnia argumenta, ex discretionem, & orationem desumpta, ne hæc extinguatur, & illa accendatur, ut probetur efficaciam gratiæ vnice esse ex Deo, & non ex arbitrio, similiter convincere exist-

sentiam gratiae efficacis vnice esse ex Deo, & non ex arbitrio.

*Gonet disp.
5. de volunt.*

38 *Dices cum P. Gonet. Quod cum nullus sit homo, qui per aliquam mortalem, aut venialem, vel saltem originale culpam, gratiae impedimentum non ponat, vel posuerit: nulla potest ratio reddi, cur Deus in vno tale impedimentum tollat, vel illo non obstante ei gratiam conferat, non vero in alio: sed ad simplicem Dei voluntatem, & ad inscrutabilia iudicia eius, cum Apostolo necessario recurrendum esse. ¶ Id ipsum explicari potest ex PP. Salimaticensibus ex differentia, quam assignant inter has propositiones: Deus iuste negat, vel negare potest gratiam homini se impediendi per peccatum: Deus confert gratiam homini non se impediendi per peccatum. Nam prima est absolute vera, quia Deus denegat gratiam in peccati poenam; secunda vero denotat gratiam conferri, intuitu non se impediendi hominem per peccatum, & ideo est absolute falsa, quia multoties Deus post innumera peccata communicat homini gratiam efficacem; quam disparitatem intencit D. Thom. cum inquit: Licet aliquis per motum liberi arbitrij gratiam, nec promereri, nec advocare possit; potest tamen se ipsum impetire ne eam recipiat: unde remanet quaestio illa inscrutabilis, licet non ex illo extremo, Cur hic non habet gratiam efficacem; ex alio; cur hic eam habet; & ad hoc aliter ludere videtur D. Prosper, cum rationem inscrutabilitatis illius quaestionis tradidit; quia licet insit homini bonum nolle, tamen nisi donatum non haberet bonum velle. ¶ Unde potest assignari disparitas, cur quaestio non manet inscrutabilis in principijs Societatis, in quibus ab arbitrio dependet gratiam non esse efficacem; & manet inscrutabilis in principijs istorum Thomistarum, in quibus ab arbitrio pendet gratiam efficacem non esse; nam in illis ab arbitrio pendet inefficacia, & efficacia gratiae; unde ex utroque extremo dubij assignari potest ratio ex arbitrio cur hic habeat gratiam*

*Salmant.
di sp. 7. de
gratia eff.
dub. 4. ff. 14*

*D. Th. 3. co
traga. 59.*

*D. Prosp. lib.
1. de vocat.
gent. cap. vl.
timo.*

gratiam efficacem, & non ille; in doctrina autem praescripta ex arbitrio pendet impedire gratia efficacem; seu eam non existere; non tamen ex arbitrio; sed ex solo Deo eam existere; qui saepius eam donat gravissimis peccatis impedito; unde remanet indissolubile ex arbitrio dubium; non ex illa parte; Cur huic denegat Deus gratiam efficacem; sed ex illa: quam alteri donat.

39 Huic solutioni innititur huius doctrinae probabilitas, sed habet contra se, Primum: quod licet questio haec maneat indissolubilis per velle, & nolle arbitrij respective ad subiecta peccatis impedita, dum procederet de subiectis nullo peccato oppressis; v.g. de Angelis ante lapsum, questio per arbitrium solveretur; haec enim est recta responsio; Raphael per arbitrium non peccavit, & non se impedivit ad receptionem gratiae efficacis; Lucifer peccavit, & impedivit receptionem gratiae efficacis; cur enim haec non est plena solutio, si vera est doctrina, quod Deus solum in poenam peccati denegat efficacem gratiam, & peccare a priori impedire gratiae existentiam? Et hoc esse falsum constat, quia in Angelis posset etiam huic interrogationi responderi cum Apostolo: O altitudo! O Angelus, tu quis es, qui respondeas Deo! Dicendum igitur est Deum posse denegare gratiam; quia non tenetur eam donare, nulli enim facit iniuriam, dum uni non tribuit, quod alteri donat, licet enim ipsi, quod vult facere.

40 Secundo, quia falsum est, esse mihi imputabile ad culpam non habere gratiam efficacem adhuc dum Deus eam mihi denegat in poenam peccati; quod hoc discursu prob. non est mihi imputabile ad culpam non habere, quod non est mihi liberum habere; sed non est mihi liberum habere gratiam efficacem; ergo. mai. videtur notandum: quia non est mihi imputabile ad culpam non facere, quod non est mihi liberum facere; hanc enim veritatem,

*Quest. 4. s.
l. n. 17.*

*Apost. ad
ad Rom. 9.*

*August. lib.
ad simplic.
9. 2.*

*August. de
Trinitate. l. 1.
c. 12.
August. ad simp.
plic. lib. 1. c.
2.*

*Albelda. 1.
p. di. p. 58.
74 & 75.*

*August. de Prae-
dest. cap.
15. de bono
perseveran-
tia cap. 14.
de Corruptis
& gratia
cap. 11. de
peccat. meri-
tis. lib. 2. c.
17.*

ut lumine naturę notam edocuit S. August. supra adduc-
tus; ergo non est mihi imputabile ad culpam non habere,
quod non est mihi liberum habere. Tum: Non est mihi
imputabile ad culpam *non habere*, nisi sit mihi liberum *non
habere*; ut patet; sed nequit esse mihi liberum *non habere*;
quod non est mihi liberum *habere*, quia libertas unius cō-
tradietorij est libertas alterius; ergo. ¶ Prob. iam. min.
Tum: quia non est *volentis, neque currentis, sed Dei misseren-
tis, eam misericordiam habere, quam Deus prestat ijs, quib-
us misericors est*: Tum: quia ex August. *nobis tribui non po-
test, quod vocamur*; nobis tamen tribueretur vocari effica-
citer, si esset nobis liberum vocationem efficacem habere.
Tum: quia gratiam efficacem non habemus, quia *volu-
ma*; sed *ut velimus*; nec, *quia credimus, sed ut credamus vo-
camur*; atque illa vocatione, *quę sine penitentia est* (id est effi-
caci) id prorsus agitur & peragitur *ut credamus*; nec misseri-
cordiam consequutus fuit Apostolus, quia erat fidelis, sed *ut
esset fidelis*. Non *ut ferreat, calefacit ignis, sed quia ferret*. Ne-
que *ideo bene currit rota, ut rotunda sit, sed quia rotunda est*.
Sic nemo *propterea operatur, ut accipiat gratiam, sed quia ac-
cepit, sed nequit esse nobis liberum habere, quod non
habemus ex electione nostra, seu quia volumus, & opera-
mur, sed potius habemus, ut velimus, & operemur, ergo
nequit esse nobis liberum gratiam efficacem habere*. Con-
sule N. Gonzalez de Albelda.

41

Ut 2. Probent conclusionem, observes ve-
lim, nil certius apud S. August. quam prædestinationem
Christi fuisse exemplar nostrę prædestinationis;
vnde eodem modo se gessit Deus in prædestinatione
gratuita hominum, quo in Christi, seu hominis Dei; ex
quo August. intulit, quod sicut gratia unionis in Christo
ex nullis fuit præcedentibus meritis, nec gratia efficax in
prædestinatis: vnde ita disputo: quia non est imputabilis
ad meritum gratia unionis, non est imputabilis ad me-
ritis

ritum gratia efficaci; ergo, quia non est imputabilis ad culpam defectus gratiae unionis, non erit imputabilis ad culpam defectus gratiae efficaci. ¶ Unde in probationem conclusionis adduci etiam possunt omnia ea fundamenta, quibus Thomista uti solent, ut probent gratiam efficacem non esse dependentem à merito nostro, aut dispositione positiva, vel negativa, eque enim suadet indispositionem peccati non se habere pro priori ad defectum gratiae efficaci ad ipsum vitandum.

42. Efficacissime etiam confirmatur ex argumento, quod Monachi Aduventini opponebant Augustino inferendo inutilitatem correctionis ex gratia, quam exactam edocebat; & ut caueas solutionem P. Palanco, nota argumentum non procedere ex eo, quod opus salutare sit Dei donum, sed donatum per gratiam intrinsece efficacem; & ita asseriebant: *Recte quidem corripere; si eam mea culpa non haberem ... cum autem voluntas à Domino praeparetur* (En ubi gratiam praeuenientem adducebant ut medium, ut inferrent) *Cur me corripis, quia vides me eius praecepta facere nolle, & non potius ipsum rogas, ut in me operetur, & velle?* Et August. saluat iustitiam correctionis in eo, qui praecepta facere non vult, licet voluntas praeparetur à Domino per gratiam, qua sine culpacaret. Recolito superius dicta.

43. Dices, quod si supposuimus, Deum nunc negare gratiam efficacem in poenam peccati, erit nunc nobis imputabile gratiam efficacem non habere, sicut & peccare,

44. Sed contra Deus non potest denegare gratiam efficacem in poenam peccati concomittantis ipsum gratiae defectum; Alias non sufficit, ut nobis imputetur ad culpam defectus gratiae efficaci, quod eam Deus denegerit in poenam praecedentis peccati: ergo defectus gratiae efficaci non est nobis imputabilis ad culpam. Conseq. constat,

P. Palanco
ubi supra
sect. 8.

August. de
corrupt. &
gra.

Quaest. 44
sect. 11.

D. Th. 2. 2.
q. 2. art. 5.
ad 4.

& probo præmissas: maiorem. 1. quia D. Th. solum dixit gratiam efficacem à Deo ex iustitia non dari in penam precedentis peccati; ex D, igitur, Thoma non datur in penam peccati non precedentis. 2. Deus non potest donare gratiam efficacem in præmiū meriti ex ipsa sequuti, quia præmiū nequit essentialiter præcedere meritū, & ideo prima gratia auxilians nequit sub merito cadere; sed etiā pena nequit essentialiter præcedere culpā; ergo nequit à Deo denegari gratia efficax in penam peccati ad defectum ipsius gratiæ logicè sequuti, & prima denegatio gratiæ efficacis non poterit sub demerito cadere. 3. quia carentia gratiæ habitualis est pena peccati ipsam committantis, ex eo, quod peccatū est in iustificatis pro priori ad carentiam gratiæ habitualis; carentia vero gratiæ unionis nequit esse pena peccati ipsam concomittantis, quia intelligitur pro priori ad peccatū; sed carentia gratiæ efficacis est pro priori ad peccatum; ergo nequit decerni, ut pena illius peccati. 4. Et forte urgentius: quia si peccatū esset prius causalitate defectu gratiæ efficacis ad vitandū ipsū; prius intelligeretur Deū scire hanc veritatē; *peccatum erit in B,* quam hanc: *Gratia efficax ad actum præceptum non erit in B.* Sed hoc est falsum; quia nullū est medium, in quo Deus prius sciat, peccatū futurum, quā gratiam efficacem non futuram; ergo. Prob. in. Decretum permissivū peccati est mediū, in quo Deus scit futurū peccatum; sed ex vi huius mediij prius debet scire gratiam efficacem non futurā; cum hoc Decretum inspiciat, ut obiectū volitum defectū gratiæ, quem physicè infert, & intendit, peccatum: vero nec vult, nec intendit, sed pure logice sequitur; & ex vi cuiuscumque mediij prius agnoscitur, quod physicè connexū vult, & intendit, quam quod logice tantum infert: ergo.

47. Prob. iā min. scilicet, non sufficere, ut nobis imputetur ad culpā defectus gratiæ efficacis, quod eā Deus denegat in penam precedentis peccati; & 1. hanc esse men-

tem D. Th. mihi evidens fit hac consideratione; verba D. Sancti sunt: *Quibus autem non datur auxilium quippe gratiæ ex iustitia non datur, in penam precedentis peccati saltem originalis, ut dicit Augustinus. Sed nobis nequit imputari ad culpam gratiam efficacem non dari, dum ex iustitia non datur in penam originalis: ergo mens D. Th. non est defectum gratiæ efficacis nobis imputari ad culpam, quia ea gratia in peccati penam non datur. Prob. min. Quia est expressa D. Th. sententia, scripsit enim: *Opportet, quod secundum hoc, quod aliquid rationem culpæ habet, secundum hoc ratio voluntarij in ipso reperiatur. Sicut autem est quodam bonum, quod respicit naturam, & quodam, quod respicit personam: ita etiã est quedam culpa nature, & quedam persone. Unde ad culpam personalem requiritur voluntas persone, sicut patet in culpa actuali; ad culpam vero nature, nempe ad peccatum originale, non requiritur, nisi voluntas in natura illa. Ergo, quod in penam originalis denegatur nequit imputari ad personalem culpam; & hanc doctrinam Alexander Octavus sacravit, eundem damnavit hanc propositionem: *In statu nature lapsæ ad peccatum mortale, & demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua, peccato originali, & voluntate Adami peccantis. Et ideo D. Th. excussavit à peccato infidelitatis, quibus in penam originalis denegata est prædicatio, & notitia Evangelij.***

46 Prob. 2. Effectus solum sunt voluntarij in causa cum per se ad illam sequuntur, in ea prævidentur, vel prudenter prævideri potuerunt: Tum: quia deficiente omni cognitione deficit ratio voluntarij. Tum, quia posset mihi imputari ad meritum existentia gratiæ efficacis, si eam Deus donaret intuitu boni operis præcedentis. Tum: quia mihi imputaretur ad culpam defectus auxiliorum sufficientium, si ea Deus, ut potest, in penam peccati, denegaret, immo peccaret non recte operans, qui in penam peccati sui in amentiam incidit: quæ omnia absurda sunt. Sed

D. Th. in 22
dist. 50. q. 1.
1. art. 2.

Prop. 1. d. 2.
nata ab Ale
x. 8. die 7.
Dec. ann.
1690.
D. Th. 2. 2.
q. 10. art.
1. & super
10. ad Ro
m. lect. 3.

defectus gratiæ efficacis non per se sequitur præcedens peccatum, sed est arbitraria pœna pro libito à Deo inflictæ; & alias dum quis peccat non prævidet gratiam efficacem esse denegandam ad alia peccata vitanda: ergo carentia gratiæ efficacis denegatæ in pœnam peccati non erit imputabilis ad culpam, sed ad pœnam.

SECTIO QUARTA.

Stat vera libertas ad impediendum consensum per dissensum; quin sit potestas impediendi prædeterminationem

consensus.

§. I.

47 Vnum præ oculis habe, in quo sistit veritas conclusionis nostræ, ut eam ab argumentis defendas; (cū connectio prædeterminationis cum consensu habeat pro termino consensum, & pro fundamento prædeterminationis) hoc quippe principium generale: hæc valde diversa esse: *Libertas impediendi terminum alicuius connexionis est libertas impediendi eiusdem connexionis fundamentum; Libertas impediendi terminum connexionis, est libertas impediendi aliquid, quo impedito non erit fundamentum.* Hoc secundum est ex terminis verum; primum non semper est verum, sed aliquando verum, aliquando falsum.

48 Probenus assumpta principia; *Libertas impediendi terminum alicuius connexionis est libertas impediendi aliquid, quo impedito, non erit talis connexionis fundamentum,* est principium evidens; unde ex connectione prædeterminationis cum consensu, evidenter infertur, quod libertas impediendi consensum, est libertas impediendi aliquid, quo impedito, non erit prædeterminatio: principium ita demonstratio: libertas impediendi terminum connexionis v: g, B, est libertas ponendi carentiam B: quia idem est posse impedire terminum, ac posse ponere eius defectum; sed carentia B, non potest coexistere A; alias A posset esse sine B, & non esset connexum cum B, contra

suppositionem: ergo libertas impediendi B, est libertas impediendi aliquid, quo impedito non erit A. ¶ Vel aliter; libertas impediendi B, est libertas determinandi terminum oppositionis cum A, quia est libertas determinandi contradictorium B, & si A connectitur B, opponitur cum eius contradictorio; sed posito termino oppositionis cum A, non erit A, ut patet: ergo libertas impediendi B, est libertas impediendi aliquid, quo impedito, non erit A. Denique: Si A connectitur cum B: ergo deficere B connectitur cum deficere A: est evidens: quia à contradictorio consequentis infertur contradictorium antecedentis; sed deficiente A, nequit existere A, ut est evidens, quia immediate contradicunt: ergo (deficiente B, nequit existere A: ergo libertas impediendi B, est libertas, ut deficiat aliquid, quo deficiente non existet A. Unde si per terminum connexionis, seu B, intelligis consensum, & per fundamentum connexionis, seu A, intelligis prædeterminationem, libertas impediendi consensum erit libertas impediendi aliquid, quo impedito non erit prædeterminatio.

49 ¶ Secundum assumptum principium: scilicet, quod *libertas impediendi terminum connexionis, non est semper libertas impediendi eiusdem connexionis fundamentum*. Sic probo: quia libertas impediendi terminum connexionis potest dupliciter excogitari, 1. ita ut sit libertas impediendi terminum, non impedito prius eiusdem connexionis fundamento. 2. ita, ut sit libertas impediendi terminum impedito prius eiusdem connexionis fundamento, si 1. modo se habeat terminus illius libertatis, factor, quod libertas erit ad impediendum terminum, & fundamentum, ratio est: quia impedire terminum connexionis, & non esse impeditum fundamentum est chymara; quia alias existeret fundamentum sine termino cum quo connectitur: ergo si impedire terminum non impe-

dito fundamento pro priori in: f. icitur ab aliqua libertate, talis libertas erit libertas impediendi fundamentum, solum enim potest non impedi fundamentum, dum impeditur terminus, quia supponatur impeditum pro priori ad impeditionem termini. ¶ Si autem secundo modo ex cogitetur libertas impediendi terminum, nullatenus erit libertas impediendi connexionis fundamentum. Patet, quia ponere aliquid impossibile cum alio, aliunde impedito, non est illud impedire; sic enim communiter omnes existimant; ideo enim nunc per presentiam meam in hoc loco non impedio existentiam Turcæ in illo; nec nocte, qui clausit fenestram impedit irradiationem solis, quia aliunde impeditam; sed posse impedire terminum connexionis impedito pro priori fundamento, est posse ponere aliquid impossibile cum fundamento aliunde impedito: ergo posse ita impedire terminum non est posse impedire fundamentum.

Explicatur: qui determinat fundamentum alicuius connexionis, non determinat terminum aliunde determinatum; & ideo, qui determinat amorem, non determinat Deum, licet amor connectatur cum Deo; similiter, qui determinat terminum connexionis, non determinat fundamentum aliunde determinatum: ergo qui impedit terminum connexionis non impedit fundamentum, si aliunde supponitur impeditum. Patet consequentia: quia iuxta communem existimationem, sicut determinare aliquid est esse rationem à priori existentiae illius, ita impedire aliquid, est esse rationem à priori illius defectus.

50 Ex his principijs indubitanter colligo, quod dum adest potestas impediendi terminum connexionis *necessario* supponendo, impeditum talis connexionis fundamentum, potestas illa coniungitur cum omni *modo* impotentia impediendi fundamentum. Patet, quia

quia dum fundamentum est impeditum a re impedi-
nem termini, non impeditur ab impediante terminum:
ergo si necessario est impeditum, nunquam poterit im-
pediri ab impediante terminum, quia si fundamentum
supponi impeditum est non impediti; necessario supponi
impeditum est esse inimpedibile.

§. II.

§ 1 Hinc probatur nostra conclusio, & assumitur
principium a, ut plurima argumenta disolvantur: potestas
impediendi terminum connexionis vnice pro casu in
quo sit impeditum connexionis fundamentum, est po-
testas impediendi terminum coniuncta cum impotentia
impediendi fundamentum; sed libertas, seu potestas im-
pediendi consensum, quæ adest nobis solum est pro casu
in quo ab alia libertate sit impedita prædeterminatio, quæ
fundat connexionem cum consensu: ergo libertas, seu
potestas nostra impediendi consensum, non est potestas
impediendi prædeterminationem, sed potius est coniu-
cta impotentia impediendi prædeterminationem.

Explicatur: Libertas determinandi terminum
connexionis potest coexistere impotentia determinandi
fundamentum, ex eo quod necessario supponatur deter-
minatum ad determinationem termini; sic libertas de-
terminandi amorem connexionem cum voluntate coexis-
tit impotentia determinandi existentiam voluntatis; er-
go pariter libertas impediendi terminum connexionis
potest coexistere impotentia impediendi fundamentum,
si necessario supponitur impeditum ad impeditionem ter-
mini; unde libertas impediendi consensum connexionem
cum prædeterminatione potest coexistere impotentia
impediendi prædeterminationem.

§ 2 Adde: licet determinare causam sit effec-
tum determinare, non tamen determinare effectum est

D. Thom. in
2. dist. 44.
art. 2. ad
2.

Quaest. 2.
sect. 13. per
totam.



Quaest. 4.
sect. 11.

causam determinare; quia stat posse determinare effectum, & non causam ad quam sequitur, quia determinatio effectus supponit determinatam causam; ita D. Thom. ait enim: *Non est inconueniens effectum esse à Deo, cuius causa secundum aliquid à Deo non est: sicut pena, vel passio aliqua à Deo est, cum tamen iniusta actio, cuius effectus est, à Deo non sit.* Ergo stat posse determinare consensum, non motionem; ergo stat posse impedire consensum, non praedeterminationem.

53 Confirmatur: dum adest motio divina consensus, adest fundamentum connexionis cum consensu, coniunctum libertati impediendi terminum, cum impotentia impediendi fundamentum; ut ex PP. Augustino, & Thoma superius probauimus, quia ad libertatem impediendi terminum ad quem mouet Deus, non recurrunt ad inconnexionem motionis Dei, cum eius termino. Similiter, dum adest voluntas divina efficax consensus, adest fundamentum connexionis cum consensu, cum libertate impediendi terminum, & impotentia impediendi fundamentum, ut ex ipsis SS. PP. probauimus, quia ad componendam libertatem impediendi consensum minime recurrunt ad potentiam impediendi fundamentum connexionis, seu voluntatem efficacem Dei: ergo potest cum gratia efficaci consensus componi libertas impediendi consensum, ut terminum connexionis, cum impotentia impediendi gratiam, seu connexionis fundamentum. ¶ Vel aliter: Recte componitur, dum deficit fundamentum connexionis exactum ad terminum, libertas comparandi terminum, absque potestate acquirendi fundamentum, ut multis superius fundauimus in imprede terminato ad consensum esse libertatem comparandi consensum, cum impotentia acquirendi praedeterminationem: ergo dum adest fundamentum connexionis cum aliquo termino, libertas impediendi

terminum potest esse cum impotentia impediendi fundamentum. Conseq. constat, quia nequit esse medium suadens, potestatem impediendi terminum ex se exigere potestatem impediendi fundamentum connexum, si libertas comparandi terminum non exigit potestatem comparandi fundamentum exactum.

54 Ratio autem à priori; cur dum adest fundamentum connexum cum termino, possit esse libertas impediendi terminum simul cum impotentia impediendi fundamentum; ex eo desumitur: Quod si possibile est fundamentum connexionis cum A, coniunctum cum libertate ad impediendum A, & quod necessario supponatur impeditum pro priori ad impeditionem A, ex libertate impediendi A minime colligitur potestas impediendi fundamentum connexionis A; sed possibile est fundamentum connexionis cum A, quod necessario supponatur impeditum pro priori ad impeditionem A, & coniunctum cum libertate impediendi A: ergo fundamentum connexum cum A potest esse coniunctum, cum libertate impediendi A, & cum impotentia ipsius fundamentum impediendi: & exinde ex libertate nostra impediendi consensum non colligitur potestas impediendi praedeterminationem, seu fundamentum connexionis cum consensu. Mai. supponitur ex dictis à num. 49. quia dum impeditio termini, seu A, supponit impeditum fundamentum connexionis cum A, posse impedire A, non erit posse impedire fundamentum. Prob. min. Fundamentum à priori connexum cum A, & diuersi ornis ab A, necessario supponitur impeditum ab alio agente pro priori ad impeditionem A; & non est unde repugnet libertati impediendi A: ergo possibile est fundamentum connexionis cum A, quod necessario supponitur impeditum pro priori ad impeditionem A, & cō-

po-

ponatur cum libertate impediendi *A*. Prob. min. quoad primam partem; fundamentum connexionis cum carentia *A* pugnat cum fundamento connexionis cum *A*, & ipsum impedit, ut est evidens; sed ut *A* deficiat, seu impediatur debet esse pro priori fundamentum connexionis, cum carentia *A*, sicut ut *A* existat debet esse pro priori fundamentum connexionis cum *A*: ergo fundamentum connexionis a priori cum *A*, necessario supponitur impeditum pro priori ad impeditionem *A*. Prob. 2. part. antec. libertas impediendi *A*, non exigit potestatem impediendi, quod necessario supponitur impeditum pro priori ad impeditionem *A*; sicut libertas determinandi *A*, non exigit potestatem determinandi, quod necessario supponitur determinatum pro priori ad existentiam *A*. Alias ut sit libertas impediendi *A*, non exigitur ut sit impeditum fundamentum connexionis cum *A*; quia non exigitur ut sit libertas, quod exigitur ut sit terminus libertatis, cum sicut sunt plura, quæ pugnant cum ter. in libertatis, & non pugnant cum libertate, ita sunt plura exacta ad terminum libertatis, quæ non exiguntur ad libertatem. Alias: quod hæc libertas non possit impedire fundamentum, quod debet impedi ut impediatur *A*, non probat hanc libertatem esse impossibilem, sed non esse independentem ab alia libertate, seu probat, esse alteri libero subiectam, & subordinatam ad impediendum: ergo fundamentum connexionis, cum *A*, quod necessario supponatur impeditum pro priori ad impeditionem *A*, non est unde pugnet cum libertate impediendi *A*. Consule sectionem ultimam, ubi retorquendo argumenta, contraria hanc doctrinam amplius confirmabimus.

SECTIO QUINTA

Solvuntur difficilia argumenta intendentia gratiam efficacem esse à nobis impedibilem ex SS: PP. & à ratione desumpta.

35 **P**rimum argumentum sumitur ex D. Thom. celebri testimonio, ubi docet, quod potest quis se ipsum impedire ne recipiat divinam gratiam, esseque in potestate liberi arbitrij impedire divinæ gratiæ receptionem, vel non impedire. Vbi expressè docet arbitrium posse impedire gratiam.

D. Thom. 5
contragent.
cap. 155.

56 Sic cum dictum testimonium versarem dixi cum M. Ferrara D. Th. loqui de gratia habituali sanctificante, cuius receptionem potest arbitrium impedire, aut non impedire: quia recipitur dependenter à dispositione nobis libera; secus autem esse de gratia actuali efficaci, quæ prævenit omne exercitium liberum.

Tom. I.
p. 2. q. 6.

57 Sed contra hanc solutionem insurgit P. Palanco; asserit enim mentem Mag. Ferrara esse valde dubiam; sed consulatur; nihil enim magis expressum in illo capite, & sequentibus potest esse, quam ea verba exponi ab eo de gratia habituali. Sed quidquid sit de hoc: arguitur 1. ex illis verbis: *Licet quis per motum liberi arbitrij divinam gratiam nec promoveri, nec advocare possit, potest tamen se impedire, ne eam recipiat.* Quam interrogo: Sane illam, quam per motum liberi arbitrij advocare non potest; sed voluntas per motum liberi arbitrij, nempe per actum contritionis, potest ad se advocare gratiam habitualem: ergo D. Th. non loquitur de gratia habituali præcisè sumpta, sed de gratia efficaci. 2. nam argumentum desumebatur ex auxilio requisito ad fidem, & in initio conversionis, & ex auxilio exacto ad perseverandum

Palanco q.
18. sect. 5.

duam in gratia: ergo solutio argumenti de eodem auxilio loqui debet: sed hoc auxilium est gratia efficax, non habitualis gratia; ergo de auxilio efficaci ait D. Th. non posse hominem illud advocare, posse tamen eius receptionem impedire. ¶ 3. difficile exponitur D. Thom. ver-

D. Th. in
cap. 6.

Ioan. lect.

5:

fians, quomodo Pater trahit omnes venientes ad Christum, & non venientibus imputatur non venire, non autem Patri, qui non trahit eos: Respondet enim, quod dicitur quis non elevatur, seu non trahitur, non est defectus ex parte trahentis, qui quantum est in se nulli deficit, sed est propter impedimentum eius, qui non trahitur. Et infra, ex quo ergo Deus paratus est omnibus dare gratiam, & ad se trahere, non imputatur ei, si aliquid non accipiat, sed ei, qui non accipit; sed hic expresse loquitur D. Thom. de gratia efficaci, qua Deus trahit homines, ut veniant ad Christum, & non de gratia habituali: ergo si Deus non tribuit aliquibus gratiam efficacem est propter impedimentum, quod divinæ gratiæ apponunt. ¶ Confirmo ex D. Thom. dicente: Quod defectus gratiæ primæ causa est ex nobis, sed collationis gratiæ primæ causa est ex Deo, iuxta illud: perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum.

D. Th. 1. 2.

q. 112. ar.

t. 3. ad 2.

58 Secundo opponunt: defectus gratiæ efficaci non imputatur Deo: ergo imputatur voluntati; ergo gratia efficax non est à voluntate inimpedibilis. Prob. antec. Quia ex Trident. Deus semel iustificatos non deserit sua gratia, nisi prius deseratur ab eis; sed si defectus gratiæ efficaci vix imputatur Deo; contra esset dicendum, numquam nempe nos deservere Deum, nisi prius deserveremur ab ipso; ergo.

Trid. Sess.

6. cap. 11.

Anselmus

de casu ia

vol. 6. 3.

59 Accedit Sanct. Anselmus, non solum expresse probans malum Angelum non ideo non accepisse perseverantiam, quia Deus non dedit, sed etiam quod Deus non dedit, quia ille non accepit: ergo nos non accipere, est causa, cur Deus non donat: Deum ergo non dare est

est nobis liberum, & imputabile, & exinde Deum donare à nobis impedibile.

60

Respond. D. Th. loqui in illis verbis de gratia habituali, quam potest quis in se ipso impedire; quia actus liber potest esse ratio à priori exclusiva gratiæ habitualis, ut est peccatum, sed nequit esse ratio à priori exclusiva gratiæ efficacis; unde ad 1. facilis est solutio: quia D. Thom. per *motum liberi arbitrii*, intelligit motum non elicitum ex gratia: & hanc assignat differentiam inter advocare, & impedire gratiam habitualem, quod motus solius arbitrii non potest disponere ad gratiam; & motus solius arbitrii potest impedire gratiam; quid ergo obstat, quod per contritionem elicitam ex actuali gratia possit arbitrium advocare gratiam habitualem?

Ad 2. Respond. quod D. Thom. de duplici gratia loquitur; una est habitualis, cuius receptionem possumus imputabiliter impedire; alia est actualis, & exacta ad non impediendam receptionem gratiæ habitualis, hanc tamen nec advocare, nec impedire possumus; cum ex ipsa proveniat, & præveniat omne non impedire receptionem gratiæ; nec alium sensum proprium possunt habere ea verba: *Cum sit in potestate liberi arbitrii impedire divina gratia receptionem, vel non impedire*: Quia non impedire solum potest esse in potestate arbitrii adiuti gratia, quia cum actuali adiuvatur, habitualem non impedit: quam doctrinam expressit Sanct. Doct. in cap. sequenti, dum ait: *Quamvis illi, qui in peccato sunt vitare non possint per propriam potestatem, quin impedimentum gratiæ præstent, vel ponant, nisi auxilio gratiæ præveniantur, nihilominus tamen eis imputatur ad culpam; non autem præveniri possunt gratia, ut non impediunt gratiam, qua præveniuntur; sed auxilio gratiæ (quo non ine insignitur gratia actualis) præveniuntur, ut non impediunt divinam gratiam, quo nomine designatur habitualis; & argumentum Sanct. Doct. soluit, quia*
 Deus

II. ad Ti-
moth. 2.

Job 24.

D. Th. in
c. 12. ep. ad
Heb. lect. 3.
D. Thom. in
dist. 46.
. 1. art. 1.

Aug. tract.
26. in Ioan.

Deus paratus est omnibus dare gratiam, *vult enim omnes homines salvos fieri*, ut omnibus imputetur gratiam habitalem non habere, quia illuminationes, & inspirationes contempnunt, dicendo *recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus.*

Ad 3. dico, quod dum Doct. Sanct. asserit, Deum esse paratum omnibus conferre gratiam, loquitur de gratia actuali sufficiente, non de efficaci: illa enim est Deus paratus omnibus donare, & qui illa caret sua culpa caret: & hunc esse sensum D. Thom. probo ex illis verbis, *Deus quantum in se est, paratus est, omnibus dare gratiam, vult enim omnes homines salvos fieri.* Et ex eodem Apostolico testimonio alibi intulit, *& ideo gratia nulli deest, sed omnibus quantum in se est se communicat.* Sed ex illa voluntate salvandi omnes homines solum infertur Deum preparare omnibus auxilia sufficientia ad salutem, ut communiter docent Theologi cum Divo Thoma: ergo gratiam sufficientem, ut effectum illius generalis voluntatis, est *Deus paratus omnibus dare*, non efficacem, hæc enim est effectus voluntatis specialis, & consequentis; si enim Deus vnicuique non traheret propter impedimentum eius, qui non trahitur, esset ratio, *quare unum trahat, & alium non trahat.* ¶ Vel si mavis hæc testimonia expones de impedimento passivo gratiæ efficaci, non de activo, quatenus dissensus voluntatis est forma impossibilis cum gratia efficaci ad consensum, non tamen ratio à priori impeditiva gratiæ efficaci: Vide num. 10. ¶ Vel dices voluntatem per peccatum, seu dissensum se impedire: *demeritorie* ad habendam gratiam efficacem ad alia opera meritoria, quia eam nunc de facto Deus denegat in *penam precedentis peccati*; ex n. 31. non tamen D. Th. docet eam nos impedire culpabiliter, ita ut defectus gratiæ efficaci sit nobis ad culpam imputabilis, ut ex ipso Div. Thom. haud inefficaciter probavimus à num. 45. ¶ Ad con-

firm. ex Divo Thoma de contemptu Resp. quod dum ait, defectus gratiae primam causam esse ex nobis, & collationis primam causam esse ex Deo, loqui de habituali gratia; Tū: quia ex Divo Thoma Deus est causa subtractionis gratiae actualis, Tū: quia probate ex eo quod perditio est ex nobis, per quam, vel iustitiam amittimus, vel ad eam non disponimur; & est tantummodo in Deo auxilium nostrum, ex eo autē, quod hoc auxilium sit tantum in Deo, recte inferitur collationis gratiae habitualis primam causam esse ex Deo; si enim de collatione auxilij gratiae loqueretur, collationis gratiae non tantum primam, sed unicam causam Deum diceret, quia tantummodo in Deo auxilium nostrum.

D. Th. addit.
Dus n. 35.

61 Ad Argum. ex verbis Trident. desumptum; Nuño, Ioan. à Sancto Thoma: & plures alij Thomistae. Respond. verba illa: Deus sua gratia semel iustificatos non defferit, nisi ab eis prius deseratur; Intelligi de gratia gratum faciente, quia prius est, quod homo peccet, quam quod deseratur à Deo per subtractionem iustitiae: non vero de gratia actuali efficaci, quia prius est, quod Deus non conferat auxilium efficacius, quam quod homo peccet; P. que Salmanticenses incunctanter asserunt esse communem sensum Theologorum Concilium loqui de gratia habituali.

Nuño in 1.
p. q. 62. ar.
t. 5. fol.
150.
S. Th. 1. 2.
disp. 24. ar.
t. 1. fol.
463,
Salmantic.
de gratia
disp. 6. du-
b. 3.

62 Sentio tamen cum Magistro Godoy, & alijs, Concilium non recte exponi de gratia habituali; intentum enim Concilij est, iustis omnibus sufficientem gratiam Deum tribuere, quia de semel iustificatis negat eos ante deserere per subtractionem nimirum divini auxilij, quam ipsi peccando Deum abiecerint. Et hunc esse manifestum Tridentini sensum. Probo 1. quia Catholici Doctores, qui adversus haereticos de gratia sufficienti pugnauerunt, ex hoc Decreto. certum esse probant, illam iustis omnibus adesse, ut constat ex Pennoto, ita ut Bel- lar-

Godoy de
predest. dis-
p. 73. sect.
4.

Pennot. lib.
9. c. 4.

Bellarmin.
lib. 1. de
grat. & lib.
ber. arb. c.
11.

Vega lib.
11. c. 11.

Zumel dis-
p. 4. de au-
x. effic. &
(uffic. sect.
16.

Aug. de
nat. & gra-
t. c. 26.

*larminus scribat; Concilium Tridentinum hoc loco appertissimè
me docere, Deum non deserere, quia non denegat auxilium. ¶
2. quia ut ait P. Vega, qui Sacre Synodo interfuit; Pa-
tres non simpliciter, & absolute dixerunt iustos posse serva-
re mandata; sed adiecerunt hoc temperamentum. Cum au-
xilio divino. Et ut sciremus hoc auxilium tam potens, quam
necessarium, nulli deesse iustorum, mox subiecta sunt illa ver-
ba totius suavitatis plena: Deus namque sua gratia se-
mel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Er-
go Concilium hanc sententiam usurpat, ut probet nulli
desse iustorum id divinum auxilium, quod ad posse ob-
servanda mandata necessarium adstruxit. ¶ 3. quia
M. Zumel, dum ex hoc testimonio probaret veritatem
Catholicam, iustis quippe omnibus adesse gratiam, qua
possibilia sunt precepta Dei. Hanc interpretationem tra-
dit, dum inquit, Dices, Deum non dici deserere, quando non dat
auxilium pie vivendi sed quando avertitur ab amicitia ali-
cuius, & hoc modo non deserere, nisi prius deseratur. Et per
hæc verba rejicit: Contra est, Tridentinum appertissime do-
cens Deum non deserere, quia non denegat auxilium: nam di-
cit iuste, & pie viventes proficere posse, Deus namque non
deserit iustificatos, nisi prius deseratur. Ergo Concilium
hanc sententiam adhibet, ut probet iustos posse in bono
proficere, ut ex illa particula namque colligitur. Quis au-
tem ita ineptam argumentationem Concilio tribuat;
Deus iusto non subtrahit gratiam habitualemente ante-
quam peccet: ergo iustus potest in bono proficere? ¶ 4.
& urgentius, quia verba illa desumpsit Concilium ex
Sancto Augustino cap. 26. de natura, & gratia, in quo San-
ctus loquitur de subtractione auxilij sufficientis gratie;
Nam refellit Pelagium affirmantem, non esse necessariam
misericordiam Dei, ut non peccemus, sed quia peccavimus.
Unde disputatio erat, an Deus per suam misericordiam
actuali adiuvet iustos, ut non peccent? Negat Pelagius,*

Affirmat Sanct. August. & refellit Pelagium. I. hoc simili; Sicut vulnere claudicans, ideo curatur; ut sanato malo praterito futurus dirigatur ingressus: sic mala nostra non ad hoc solum (apernus medicus sanat, ut illa iam non sint, sed ut de cetero recte ambulare possimus, quod quidem etiam sani non nisi illo adiuvante poterimus: ergo expresse loquitur de adiuvante gratia sanis, idest iustis necessaria ut recte ambulare possint. Ex hoc autem principio infert: Ipse autem Deus cum sanat egrum, & ad perfectam iustitiam perduxerit, non deserit, si non deseratur, ut pie semper iusteque vivatur; Quid clarius? ut Augustin. loquatur de desertione, quae actualem gratiam subtrahit. Quasi expresse impugnet Pelagium asserendo; Deus iustum, & sanum non deserit, sed potius adiuvat, ut de cetero recte ambulare possit, ut pie iusteque semper vivat, nisi prius ab ipso deseratur per peccatum; rationem huius sententiae tradit continuo dicens; Sicut enim oculus corporis etiam plenissime sanus, nisi candore luctis adiutus, non potest cernere: sic homo etiam perfectissime iustificatus, nisi aeterna luce iustitiae divinitus adiuvetur, recte non potest vivere. En testimonium, quo communiter probatur iustum exigere praeter habitualement, actualem gratiam, ut possit recte vivere, adduxit Sanctus ad firmandam sententiam ex ipso à Tridentino desumptam: vnde hanc conclusionem immediate adversus Pelagium intulit: Sanat ergo Deus non solum ut deleat, quod peccavimus, sed ut praestet etiam ne peccemus. Illa ergo sententia Tridentini proculdubio de subtractione actualis gratiae sufficientis intelligenda est; Nos ergo non impugnat, sed tantum docet, quod ut principium Sanctum praemonuimus: An autem ex hoc testimonio colligatur, hominem deheri à Deo per substra-

*God. & Sal
mant. ubi
Immed. atē*

*Lemos lib.
4. p. 2. tra
8. ap. 6.
Trident. ff.
6. cap. 13.*

tionem gratiæ sufficientis, si prius deserit Deum? ut in-
tulit Godoy, non ita inepte ut existimant Salmānticen-
ses. Alterius loci est examinare.

63 Sed instabis ex P. Lemos; quia Tridenti-
num loquens de dono perseverantiæ, quod à solo Deo
iustis datur, docet: *Quod quamvis nemo sibi aliquid de eo
absoluta certitudine sibi polliceatur, tamen in Dei auxilio
firmissimam spem collocare, & reponere omnes, debent, Deus
enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cepit opus bo-
num, ita perficiet, operans, velle, & perficere.* Ergo ex
doctrina Concilij, autoritate confirmata Apostoli, ius-
ti omnes firmam spem habere debent, quod, si non
desint sufficientis gratiæ auxilio, sicut Deus cepit suffi-
cienter adiuvando, ita perficiet donans auxilium efficax
perseverandi, hoc enim auxilium est *operans velle, & perfi-
cere.* Ergo per hominem habentem sufficientis stat, quod
auxilium efficax non recipiat. ¶ Nec verba illa Con-
cilij, *Nisi ipsi illius gratiæ defuerint*, explicari possunt;
quod negetur auxilium efficax propter defectibilitatem
arbitrij, non autem propter illius defectum culpabilem,
quia manifeste sonant defectum culpæ; non defectibili-
tatem omnibus communem.

64 Respond. ex Concilio deduci, omnes ius-
tos habere auxilia sufficientia ad perseverandum, inde-
que in *divino auxilio firmissimam spem omnes collocare de-
bere*; Nam, qui sunt filij Dei (Tridentinum docet) *Chris-
tum diligunt, ut ipsemet testatur, servant sermones eius, quod
utique cum divino auxilio prestare possunt, Speciale tamen
donum efficax, perseverantiæ, nullatenus libere ob-
tinere possumus, dependens enim non est à nostra
dispositione positiva, aut negativa, quia ut Concilium
statuit, aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est
eum, qui stat statuere, ut perseveranter stet, & eum, qui ca-*

*Trident. ff.
6. cap. 11.*

*Trident.
Ibi cap. 3.*

*Ait restituere. ¶ Cum hoc tamen recte stat, quod nisi
 luti gratia Dei defuerit, sicut capit perficit operans vel-
 le, si iustus enim peccando non deest gratia Dei, Deus
 donat efficax auxilium ad perseverandum, sed non ex
 conditionali inferri debet causalis, sicut enim hæc con-
 ditionalis est vera; Si Deus non adiuvat efficaciter, homo
 peccat. Et hæc causalis est falsa, quia Deus non adiuvat ef-
 ficaciter, homo peccat. Ut superius præmonuimus. Ita hæc
 condicionalis est vera; Si iustus non deest gratia Dei, ha-
 bet efficax perseverantia donum. Hæc autem causalis sem-
 per est falsa; Quia iustus non deest gratia Dei, habet effi-
 cax perseverantia donum. Quasi hoc donum conferatur
 iusto dependenter ab ea dispositione negativa, & habeat
 in potestate sua donum efficax, sicut habet non pec-
 care, & non deesse gratia Dei: Ratio est: quia dum ius-
 tus non peccat, & non deest gratia Dei, ipsum non de-
 esse, & non peccare provenit ex ipso perseverantia do-
 no; unde non habet hoc donum, quia non deest gratia,
 sed potius non deest gratia, quia habet donum; ita docet
 D. Thomas: dum ut probet perseverantiam non cadere
 sub merito: hæc habet verba: Hoc quod est peccare opponi-
 tur perseverantia, ita quod si aliquis perseverantiam merere-
 tur, Deus non permitteret aliquem cadere in peccatum. Sicut
 ergo ex merito perseverantia inferitur meritum non
 peccandi, ex dono perseverantia inferitur à priori non
 peccare. ¶ Adest huius doctrinae in S. Thoma nobile
 exemplum: dum versat illa Apostoli verba: Contemplan-
 tes, ne quis desit gratia Dei. Ait enim Deum voluntate libe-
 ralissima dare gratiam omni preparanti se. Confirmatque
 plurimis testimonijs; Sed contra (prosequitur) quia si gra-
 tia datur tantum ex hoc, quod aliquis non ponat obsta-
 culum; ergo habere gratiam dependet ex arbitrio, & non ex
 electione Dei. Respondeo dicendum, quod hoc ipsum, quod ali-
 quis non ponit obstaculum, ex gratia procedit, ita dici-*

Supra n. 28. & 29.

*D. Th. i. 21
 q. 114. arti-
 tic. 29*

*D. Thom. in
 ep. ad Heb.
 c. 11. lect. 3*

mus ex mente Concilij; Deus voluntate liberalissima dat perseverantiam iustis, qui non desunt gratiæ Dei; Instas: Perseverantia datur ex hoc, quod iustus non ponat obstaculum; ergo habere hoc donum efficax pendet ex arbitrio, non ex electione Dei; sed Respondeo, quod hoc ipsum, quod iustus non ponit obstaculum ex ipso dono perseverantia procedit,

65 Ad testimonium S. Anselmi satis difficile; for

S. Anselm.
de casu Dia
bol, cap. 3.

fitam aliquis Resp. hanc causalem Anselmi: *Deus non dedit, Angelo quidem malo velle perseverare, quia ille non accepit: debere intelligi secundum causam consequentia, non secundum causam essendi, seu in sensu illativo, non proprie causali, ut superius exposuimus hanc D. Th. loquutionem, Vocatio in predestinatis est efficax, quia et assentiant.*

2^{da} 9. 4.

2^{da} 23 1.

2^{da} 23 3.

¶ Contra tamen est, quia ut ibi præmonuimus loquutiones causales adverlativæ extremorum connexorum inepte intelliguntur secundum causam consequentia: quia in eo sensu quæ esset verum negatum, quam assertum; sed loquutio S. Anselmi adverlativa est, ait enim; *Non ideo non accepit, quia Deus non dedit, sed ideo Deus non dedit, quia ille non accepit; ergo nequis de causa consequente intelligi, quæ enim eo in sensu est vera causalis, quæ affirmat, ac causalis, quam negat: quia sicut hæc est recta illatio; Ille non accepit, ergo Deus non dedit. Ita, & hæc; Deus non dedit, ergo ille non accepit.*

¶ Unde Respond. Anselmum loqui de voluntate perseverandi, quam Deus dedit Angelo malo, & quam vere habuit; & accepit, sponteque dimisit, & sicut accepit habuit quousque habuit: Ita potuit accipere, & semper tenere, quod deseruit, quam, quia voluit deserere, & non voluit tenere, non ulterius accepit, non ideo, quia Deus non dedit, sed quia volendo, quod non debuit; eam voluntatem, quam Deus dedit deseruit, & eam deserendo non tenuit; unde solum ex S. Anselmo colligi potest, quod cum

cum donum est voluntas nobis libera, & à Deo actu do-
nata, Deum ulterius non dare, est quia volumus donum
non tenere, quod afferendum non est de dono, nec for-
maliter mihi non libero, ut est gratia efficax, nec de do-
no non actu colato.

66 Oppones 2. Gratia efficax est, qua Deus
nos adiuvat ad salutariter operandum: nomine enim
gratiae adiuuantis eam exposuit Tridentina Synodus; sed
gratia adiuuans est impedibilis à nobis quoad existen-
tiam, & nobis liberum, quod non existat: ergo. Prob.
min. Nobis culpabile est nobis liberum, & à nobis im-
pedibile; sed est nobis culpabile non adiuuari à Deo: er-
go. Mai. nota; min. docent Sancti Patres: scribit enim
S. August. *Ut autem inn. tescat, quod latebat, & suave fiat,
quod non delectabat, gratia Dei est, qua hominum adiuuat
voluntates, qua ut non adiuventur, in ipsis itidem causa est,
non in Deo. Ut nobis imputetur, & non Deo, nos non
adiuvari à Deo, quid clarius dici potest? Quod Sanctus
subiungit nomine omnium, qui à Deo non iuvantur;
Scio ad correptionem meam pertinere, quod minus abste ad-
iuvor. Culpa enim mea est, quod ad correptionem
meam pertinet. Vnde S. Fulgentius verba ista S. August.
recitans continuo ait: In istis Sancti Augustini dictis at-
tende queso, mi charissime, quia ut non homines adiuventur
à Deo, in ipsis causa esse dicitur, non in Deo. Ergo non adiu-
vari à Deo est nobis culpabile.*

67 Resp. dist. min. Gratia sufficiente, seu ad-
iutorio sine quo non adiuuari à Deo est nobis culpabile
concedo. Gratia efficaci, seu adiutorio quo, nego. Nam
de prima gratia PP. loquuntur, cum enim de fide sit ius-
tificatis semper adesse auditorium sufficiens, hoc enim
dicitur *iustum adiutorium meum à Domino, qui saluos facit
rectos corde: si enim Medicinam exhibet, qua sanemur in-
firmi: quanto magis eam, qua custodiamur sani? Quoniam*

Aug. pl.
2. de pecc.
merit.
28.

S. Fulg. lib.
1. ad Mo-
nim. c. 28.

Palmi 71

S. Aug. in
Psalm. 7.

Trid. Sess.
6. cap. 11.

S. Aug. de
nat. & gra.
l. c. 69.

Aug. tom. 4
in Exposit.
prop. Ep. ad
Rom. c. 62.

si cum ad huc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, quanto magis nunc iustificati, salvi erimus ab ira per ipsum? Ut eleganter scripsit Sanct. Augustin. & sæpius præmonuimus; cum autem Deus dedit potestatem filios sui fieri, ijs qui credunt in nomine eius, cum sua culpa filij Dei non sint, ipsis in causa est non adiuvari sufficienter à Deo. ¶ Alia etiam ratione peccatoribus in causa est non adiuvari sufficienter à Deo, quia dum præceptum urget, eis sua culpa non donat auxilium proxime sufficiens, quia id non petunt, cum ad orandum sufficientiam proximam obtineant. Quia ut Tridentinum docet: Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere, quod possis facere, & petere, quod non possis facere, & adiuuat, ut possis facere; Sanctusque Augustinus scripsit: Petat, quo destituitur, ut impleat, quod iubetur. ¶ Asserentes vero Deum peccatoribus obduratis denegare, sæpe omne auxilium supernaturale, sufficiens, ut possint præcepta seruire tenentur dicere, non obtemperare præceptis Dei esse poenam, non formaliter culpam, sicut docuit S. Augustinus de Pharaone: dum scripsit: Quod ergo tunc Pharae non obtemperabat præceptis Dei, iam de supplicio veniebat: Non ergo illi hoc imputatur, quod tunc non obtemperaverit, quod quidem obdurato corde obtemperare non poterat; sed quia dignum se præbuit, cui obduraretur, priori infidelitate. ¶ Vel aliter Resp. SS. Patres asserere, non adiuvari à Deo esse in nobis ut causa, non quia non adiuvari efficaciter sit formaliter culpa, cum præcedat omne exercitium nobis liberum, sed quia ex culpa est in nobis in poenam saltem præcedentis peccati; sicut scripsit Paulus concupiscentiam peccatum esse, non quia in se peccatum sit, cum præueniat iudicium rationis, sed ut Tridentinum docuit, quia ex peccato est, ut esse quis, vel poena peccati.

§. II.

68 A ratione 1. opponit P. Palanco: non minus est nobis necessarium ad salutem recipere gratiam habitua- lem, quam gratiam efficacem: quia adulti solum media gratia efficaci possunt gratiam habitua- lem recipere; sed absurdum est dicere, quod inculpabiliter deficit nobis gratia necessaria ad salutem, & quod per Deum tantum stat, quod tali gratia careamus: ergo absurdum est dicere, per Deum stare, quod gratia efficax nobis deficiat. ¶

Palanco q. 18. Sect. 5.

Confirm. ideo in nostra iustificatione ultimus effectus, nempe gratia habitualis tribuitur Deo, quia gratia efficax cum habituali connexa est ex libertate Dei; sed in omissione gratiae primus defectus, nempe, carentia gratiae efficaci tribuitur a nobis Deo: ergo, & ultimus defectus, nempe, carentia gratiae habitualis tribuitur Deo.

69 2. opponit: per defectum intrinsicum gratiae efficaci constituitur homo intrinsicè impotens ad actum praeceptum; sed homo, dum peccat non adimplendo praeceptum nequit esse inculpabiliter impotens ad actum praeceptum; ergo homo dum peccat non contrahit inculpabiliter defectum gratiae efficaci. Min. constat: Quia impotens ad adimplentionem praecepti non peccat, quia non adimplet. Prob. mai. impotens ad recipiendam gratiam efficacem, ut adimpleat est impotens ut adimpleat: sed per defectum gratiae efficaci est homo impossibilitatus, ut eam gratiam recipiat: quia per defectum formae redditur impossibilis ipsa forma: ergo.

¶ Idem argumentum procedit de impedimento adimplendi, ac de impossibilitate per defectum gratiae efficaci: ita enim obijcitur: per defectum gratiae efficaci impeditur homo, ne praedeterminetur: quia per unum

contradictorium impeditur, formaliter alterum; sed impeditus ne prædeterminetur, est impeditus, ut præceptum adimpleat: quia voluntas nequit adimplere, nisi prædeterminata: ergo per defectum gratiæ efficaciæ est impeditus homo ne adimpleat: sed homo non adimplens nequit esse inculpabiliter impeditus ut adimpleat: ergo defectus gratiæ efficaciæ nequit esse homini inculpabilis.

70 Respond. ad 1. neg. min. Quia inculpabiliter nobis deficit id, quod pure gratis nobis datur independenter à merito, vel dispositione nostra, & si gratia efficax gratis non datur gratia, quare vocatur? Deus enim sicut cuius vult miseretur, ita, & quem vult obdurat denegando gratiam. Et in isto in Decreto efficaci prædestinationis, & dono finalis perseverantiæ ad salutem, necessarijs, quibus inculpabiliter caret reprobis. Et sicut stat prædestinatum mereri gloriam sine merito gratiarum, quæ ad gloriam exiguntur; Ita & reprobis demereri gloriam, quia demeretur carentiam plurimum donorum, quæ exiguntur ad gloriam, specialiter in Angelis desertoribus, in quibus non fuit, sicut nunc est in nobis, originale peccatum. ¶ Ad Confirm. Respond. neg. causalem mai. Non enim ideo Deo tribuitur iustificatio nostra; quia gratia efficax ex libertate Dei est; sed quia hæc est causalis vera, *iustificamur, & disponimur, quia adiuvamur à Deo, ut qui gloriatur in Domino gloriatur; qui per suam misericordiam salvos nos fecit.* Licet autem carentia gratiæ efficaciæ ex Deo sit, & dum non adiuvamur non iustificemur, non ideo est, quia non adiuvamur, ne dicamus *per Deum abest*, sed quia nolumus disponi, & iustificari, *potestatem enim dedit nobis filios Lei fieri, & cum dicit Convertimini ad me, & ego convertar ad vos, libertatis vestre admonemur; unde defectus gratiæ non est origo*

peccati, ut recte exponit Ioannes à Sancto Thoma; sed pondus defectibilitatis nostræ non sustentare a gratia Dei, sicut pondus gravitatis in lapide est causa cadendi sustentatione columnæ remota; unde cum Deus adiuvare non teneatur, ipsi non adiuvanti non imputatur peccatum, nec carentia iustitiæ. Omnes hanc differentiam fateri tenentur, quia Augustin. dicit: *Cur Deus illum adiuvet, istum non adiuvet, penes ipsum est: & tamen illum non peccare, & istum peccare penes Deum non est.*

Joan. 2. 51
Th. 1. 2. disj
p. 24. art. 2.

Aug. ubi
supra.

71. Ad id, quod 2. opponit neg. mai. Quia defectus gratiæ efficacis est defectus gratiæ; quæ non est potestas, unde non est defectus potestatis, nec per eum constituitur subiectum *impotens* ad actum præceptum: Ad eius probationem conced. mai. neg. min. Quia per defectum gratiæ est homo eam non *receptens*, non vero *impossibilitatis*, ut eam recipiat; defectus enim formæ si contingens est non reddit impossibilem formam, sed contingenter non existentem; Nec video quomodo hoc argumentum non etiam prober, quod per gratiam efficacem constituitur homo impotens non adimplere, si per eius defectum homo constituitur impotens adimplere. ¶ Ad id quod urgetur dist. min. impeditur, ut adimpleat impeditus, ut prædeterminetur; impedimento actus primi, nego: actus secundi, concedo; & insto 1. Quia etiam prædeterminatio ad adimplendum impedit non adimplere; & non impedit libertatem, & meritum adimplendi; ergo: licet carentia prædeterminationis ad adimplendum impediat *adimplere*; non impedit libertatem, & demeritum non adimplendi. 2. non minus pugnat cum consensu præcepto, & prædeterminatione ad ipsum exacta, prædeterminatio ad materiale dissensus, quam carentia gratiæ efficacis ad consensum; sed est mihi imputabilis dissensus, licet inculpabiliter habeam prædeterminationem

neg.

nom ad dissentiam, quia prædeterminatio ad materiale
actus mali debet esse independens à nostra libertate, si-
cut prædeterminatio actus boni: ergo erit mihi imputa-
bilis dissentus, licet inculpabiliter sim impeditus per ca-
rentiam gratiæ efficacis ad consequendum præceptum.

SECTIO SEXTA.

*Solvitur primum argumentum intendens voluntatem præde-
terminatam ad consensum non esse liberam, nec posse dissenti-
re, si non potest resistere, aut impedire prædetermina-
tionem; ubi de vera intelligentia sensus divisi
& compositi.*

72 **A**rgumentum capitale Societatis ita proce-
dit; voluntas inimpedibiliter prædetermi-
nata ad consensum non est vere potens ad
omissionem consensu: ergo nec libera.
Prob. antec. Non est potens ad omissionem, nec in sen-
su composito prædeterminationis, nec in sensu diviso;
hoc est, nec est potens ad componendam omissionem
cum prædeterminatione, vel cum carentia prædetermi-
nationis; sed implicat, quod omisio existat in rerum na-
tura, & quod nulli ex istis componatur: ergo. Prob. mai.
Voluntas non habet potestatem ad componendam o-
missionem cum prædeterminatione; quia in sensu com-
posito prædeterminationis est chymæra, & frustratio
prædeterminationis: nec potest componere omisio-
nem cum carentia prædeterminationis, seu eam ponere
in sensu diviso à prædeterminatione: quia principium,
quod non potest pro sua libertate se dividere à forma,
& eam tollere, vel impedire ne sit, vel fuerit, non habet
potestatem ad se exercendum in sensu diviso talis for-
mæ.

73 Omnes, Thomae supponunt voluntatem non posse omittere in sensu composito praedeterminationis: sed aliqui distinguunt sensum divinum dupliciter; vel positivum, vel praecisivum: potentia ad omittendum in sensu diviso *positivo* formae, est potentia ad impediendum formam, seu ad componendam omissionem cum carentia formae: potentia vero ad omittendum in sensu diviso *praecisivo* formae respicit omissionem *secundum se*, & non est potentia impediendi formam, nec componendi omissionem cum carentia formae; & hanc potentiam ad omittendum concedunt voluntati praedeterminatae ad consentum, non in sensu diviso *positive*: quia hoc esset, vel supponi carentiam praedeterminationis, vel posse facere, quod talis carentia existat; sed in sensu diviso *praecisivo*, quod potest ad omissionem praescindendo a compositione cum praedeterminatione, vel eius carentia.

Nec apparet repugnantia in eo, quod sit potestas ad exercitium liberum, quae praescindat a potentia coniungendi illud exercitium cum praedeterminatione, vel eius carentia; si enim repugnaret, ideo esset, quia implicat, quod ommissio sit, & non sit coniuncta cum praedeterminatione, vel eius carentia, quae sunt contradictoria, ratio quidem ista nulla est: quia meus consensus liber non potest existere in rerum natura, quin componatur cum consensu Petri, vel eius carentia; & tamen habeo potestatem ad meum consensum, quin possim illum coniungere cum consensu Petri, vel eius carentia, cum non sit in mea potestate, quod Petrus consentiat, vel non: ergo cum non sit in mea potestate, quod Deus praedeterminet, vel non, possum habere potentiam ad omissionem, quin habeam potentiam coniungendi omissionem cum praedeterminatione, vel eius carentia, & exinde erit potestas omittendi in sensu diviso *praecisivo*, & non *positivo*.



Godoy de
Impeccab.
Christi se.
6. 188.

tiva prædeterminationis, quia idem est omissionem pot
fieri a prædeterminatione dividere, ac eam cum caren
tia prædeterminationis coniungere.

74 Sed hanc solutionem numquam percipere
potuit, quia libertas ad consensum voluntatis præde
terminata debet esse potestas ad omissionem positivè
divisam à prædeterminatione, seu positivè compositam
cum carentia prædeterminationis: & 1. libertas est po
testas coniungendi exercitium liberum cum omni illo,
cum quo exercitium liberum essentialiter connectitur;
sed ommissio libera consensus, essentialiter connectitur
cum carentia prædeterminationis: ergo libertas est po
testas coniungendi omissionem cum carentia præde
terminationis, seu ponendi eam à prædeterminatione di
visam: Vnde exemplum adductum constat non esse ad
rem: quia mea ommissio non connectitur essentialiter cū
consensu Petri, nec cum eius carentia; unde mea potes
tas omittendi non est potestas coniungendi omissionem
cum aliquo ex illis.

75 2. Potestas omittendi non præscindit ab
impotentia frustrandi prædeterminationem, sed est po
testas ad omissionem, quæ verè non sit frustratio præde
terminationis, sed ommissio præscindens à composita, &
viva à prædeterminatione, præscindit ab eo, quod sit
vel non frustratio prædeterminationis: ergo potestas om
mittendi est ad omissionem positivè divisam à præde
terminatione, seu positivè compositam cum eius caren
tia. Patet min. Quia ommissio consensus composita cum
prædeterminatione consensus est prædeterminationis
frustratio, & ommissio ab ea divisa non est eius frustratio.
¶ Vel aliter: libertas vera consensus exigit potestatem
veram dissensus, & potestas vera dissensus respicit pro
terviam dissensum verè possibilem; sed dissensus com
positus cum prædeterminatione consensus est positivè

Impossibilis, & discussus praescindens à composito, &
 diviso ab ea praedeterminatione, est praescindens à chy-
 mærico, & possibili, & sic chymæricus: ergo potestas illa
 vera ad dissentium, quæ est in praedeterminato ad con-
 sensum, respicit pro termino dissentium positum divisa
 à praedeterminatione consensus.

76. 3. displicet solutio: quia confundit potes-
 tatem omittendi, aut dissentendi cum ipsa omissione,
 aut dissentiu, potestas enim dissentendi potest considera-
 ri *secundum se*, & quoad essentialia, & ita praescindit à præ-
 determinatione consensus, vel eius carentia; cum hæc
 accidant potestati dissentendi, æque enim existit hæc
 potestas praedeterminatione consensus existente, aut de-
 ficiente, & quodlibet obiectum praescindit ab accidenti-
 bus, cum quibus potest coniungi, aut non coniungi; si-
 cut homo secundum se praescindit ab albedine, & eius
 carentia. Dissensus vero nequit secundum se, & quoad
 essentialia considerari praescindendo à praedetermina-
 tione consensus, vel eius carentia; quia essentialiter pug-
 nat cum praedeterminatione consensus, & connectitur
 cum eius carentia, & nullum obiectum *secundum se* præ-
 scindit ab existentia, vel defectu illius, cum quo essentia-
 liter pugnat; sicut homo *secundum se*, nequit praescinde-
 re ab existentia, vel defectu rationalitatis, aut irrationali-
 tatis; quia cum illa essentialiter connectitur, & cum ista
 essentialiter pugnat. ¶ Vnde ita insurgo: Dissensus
 solum est terminus voluntatis, ut ponibilis à parte rei
 ab ipsa libertate; ut patet; sed dissensus ponibilis à parte
 rei essentialiter pugnat cum praedeterminatione con-
 sensus: ergo dissensus, ut terminus libertatis essentialiter
 pugnat cum ea praedeterminatione: sed nullum obiec-
 tum secundum se, seu essentialiter praescindit ab eo, cum
 quo essentialiter pugnat: ergo dissensus, ut terminus li-
 bertatis non praescindit à praedeterminatione consensus.

Si dicas; iam questionem esse de voce cum Thomistis, qui solum astringunt in voluntate prædeterminata ad consensum potestatem ad dissensum in sensu diviso præcisivo; quia illi termini, non debent applicari dissensui, seu termino potestatis; quia hic non præscindit a composito, & diviso à prædeterminatione consensu; sed debent applicari potestati, quam, & nos fatemur ita præscindentem. ¶ Contra est: quod hoc, prætextu excusandi Thomistas illos doctissimos in solutione valde probabili, quam ut minus expeditam semper impugnaui, est ipsos gravissimè accusare: cum enim dum affirmant in voluntate prædeterminata potestatem dissentendi in sensu præcisivo, eam denegent in sensu composito, & positivè diviso; si loquerentur de potestate, & non de termino, in errorem (quod absit) incidereat; cum principium sanctum sit, quod potestas dissentendi est composita cum gratia efficaci, similiterque positivè divisa ab ea gratia; sensus ergo solutionis DD. quam impugnamus est, superius manifestus, & valde probabilis; consulantur eius Authores, specialiter Illustriss. Godoy, *in* *opere* *de* *libertate* *capitulum* *78* *§. 4.* assumptum: conuincio: fateor libertatem prædeterminati ad consensum non esse ad *dividendum* positivè consensum à prædeterminatione consensu; quia talis libertas esset ad ponendum dissensum: & negationem prædetermina. Quæ minime sub libertate est, sicut & eius existentia, quæ vnice est libera prædeterminanti: recte autem stat, quod libertas prædeterminati ad consensum habeat pro termino dissensum positivè *divisum* à prædetermina. quin sit potestas ad eam *divisionem*; ergo debet esse potestas ad dissensum positivè *divisum*. Prob. assumptum: Quia hoc concretum *dissensus* *divisus*, sicut alia accidentalia, licet dicat in recto *formam* *divisionis* supponit pro subtracto, dissensus;

Ill. Godoy
ubi supra.

unde verificantur de concreto, quæ negantur de forma: sicut licet albedo sit accidens, & non substantia, hoc concretum *album*, quod importat albedinem in recto est corpus, & substantia; ergo licet de *divisione* dissensus à prædeterminatione consensus non verificetur, quod sit sub dominio, & libertate voluntatis prædeterminatæ, poterit verificari de hoc concreto *dissensus divisus*.

¶ Et negari minime hoc à N. Thomistis potest: plurimis enim exemplis comprobatur; est enim in voluntate libertas ad actum præceptum; & non ad præceptum actus; est libertas ad actum præscitum à Deo, & non ad præscientiam actus; similiterque adest libertas ad consensum futurum, & non ad futuritionem consensus; Ad peccatum permissum, & non ad permissionem peccati; ergo, & poterit esse libertas ad dissensum *divisum*, & non ad *divisionem* dissensus. ¶ Denique; omnes fateri tenemur esse in nobis libertatem, & dominium ad consensum liberum; & tamen in nostra potestate non est libertas consensus, alias libertas consensus esset nobis libera, & ita libere possemus consentire non libere, quod implicat: ergo est libertas ad concretum, & non ad concreti formam; & poterit esse libertas ad dissensum *divisum*, & non ad *dissensus divisionem*. ¶ Unde ultimo discurre: voluntas prædeterminata ad consensum est libera ad dissensum positive prædeterminatum à Deo. Tum: quia dissensus non aliter est possibilis, nec terminus potestatis veræ. Tum: quia potestas dissentendi inspicit pro termino dissensum immediate subiectum supremo dominio Dei, & dissensus vnice subijcitur Dei dominio per sui prædeterminationem. Ergo (1) cum non sit libera ad dissensus prædeterminationem; poterit pariter esse libera ad dissensum *divisum*, quin sit libera ad *dissensus divisionem*; ergo (2) cum sit *idem*

item dissensum esse positive prædeterminatum, ac esse positive divisum à prædeterminatione consensus: si voluntas est libera ad dissensum positive prædeterminatum libera ad dissensum positive divisum a prædeterminatione consensus.

D. Th. 3^o
contrag. 6.

4.

79 Si autem cum alijs Thomistis exponas; terminum potentie dissentiendi in prædeterminato ad consensum esse dissensum *secundum se* consideratum, ut aliquando dixit D. Thomas, id est, dissensum quoad eius puram possibilitatem, seu existentiam *signatam*, non quoad *exercitam*, seu ad eius futuritionem, specialiter in circumstantijs prædeterminationis consensus. Ratio: quia potentia antecedens, ut distincta à consequenti, respicit terminum præcise quoad sua essentialia, omnino præcindendo ab alijs circumstantijs, quibus affici potest, & cum potentia ad dissensum in prædeterminato ad consensum sit antecedens, non consequens, solum debet respicere dissensum *secundum se*, quoad existentiam *signatam*, seu puram possibilitatem: non respiciet igitur dissensum, ut positive divisum à prædeterminatione consensus.

80 Contra est 1. Libertas est ad opposita, seu est indifferentia ad contradictionis extrema; sed voluntas prædeterminata ad consensum potest ponere *exercitam* existentiam consensus, quia eam actu ponit; ergo si est libera, actu potest, licet in sensu diviso, ponere contradictorium *exercitæ* existentie consensus, sed hoc non est existentia *signata*, sed *exercita* dissensus; ergo voluntas prædeterminata ad consensum, si libera est, est potens ad existentiam *exercitam* dissensus. Prob. subsumptam. Tum: quia existentie *exercitæ* unius contradictorii solum opponitur *exercita* existentia alterius. Tum: quia *existere* *signate* dissensum est *posse* esse dissensum; *existere* *exercite* consensum est *non esse* dissensum; sed

non

non esse dissensum, & posse esse dissensum non sunt termini contradictorii, quia posse, & non posse; esse, & non esse contradicunt, non tamen esse, & posse non esse, nec non esse, & posse esse, cuius signum evidens est, quod iudicia, quorum unum enuntiat rem non esse, & alterum rem posse esse non contradicunt formaliter; ergo. ¶ Explico vim discursus. Vel existentia signata dissensus pugnat cum existentia exercita consensus, & eius prædeterminatione, vel non pugnat? Si 1. Cur adstruis in prædeterminato potentiam ad existentiam signatam, & non ad exercitam dissensus? Si enim stat potentiam ad existentiam signatam non pugnare cum prædeterminatione, licet existentia signata cum prædeterminatione pugnet, cur idem clarius non asseritur de existentia exercita dissensus? Si 2. cum in prædeterminato ad consensus adstruis potentiam ad existentiam signatam dissensus, libere consentiens non potest aliquid oppositum consenti, & libertas non erit potestas ad opposita, contra lumen rationis.

81 ¶ Contra 2. quia hæc doctrina confundit libertatem, cum termino libertatis, libertas enim consensus dicit subiective in recto posse consentire, & posse dissentire, & non dicit in recto terminum potestatis, nec enim definitur per posse posse, & posse non posse, sed per posse agere, & posse non agere: ergo terminus potestatis dissentendi constituentis libertatem consensus non est possibilitas dissensus, seu posse esse dissensum, quod est existentia signata dissensus, sed est ipsum esse actualiter, & exercitum dissensus; ad hoc enim necessitaretur, si esset ad dissensum necessitata, id ipsum igitur potest dum est ad dissensum libera. ¶ Si dicas, possibilitatem dissensus, aliam esse activam, & aliam passivam; illam esse in recto libertatem, & hanc esse libertatis terminum; ratione cuius dissensus est mihi antecedens

ter possibilis, seu ex terminis, licet per suppositionem prædeterminationis sit impossibilis consequenter. ¶ Contra, quia possibilitas dissensus, quæ terminat potentiam antecedentem, non est possibilitas eius metaphylica, & absoluta. Tum: quia necessaria cum sit nequit esse terminus potentia liberæ. Tum: quia etiam respiceret eius contradictorium, impossibilitatem quippe dissensus, quæ chymæra cum sit nequit terminare potentiam veram. Non potest esse terminus potentia antecedentis possibilitas respectiva dissensus, qua redditur mihi possibilis. 1. quia esse voluntati possibilem dissensum, nisi terminos confundimus, est voluntatem posse reddere dissensum existentem, non enim est mihi possibile, nisi quod à me potest esse existens. 2. quia voluntas est potens ad dissensum, ut inpeabilem ab ipsa, quem de facto impedit consentiendo; sed voluntas non impedit consentiendo, dissensum esse sibi possibilem, immo nec sæpius eam possibilitatem impedire potest, sicut nec suam libertatem consentiendi, solum per consensum impedit actualem, & exercitam existentiam dissensus: ergo hæc existentia est terminus illius potentia antecedentis.

82. Contra 3. pone præceptum vrgens consentus, & voluntatem prædeterminatam ad actum dissensus: Voluntas libere fraagit præceptum, alias nõ peccaret: ergo habet potentiam antecedentem ad adimplendum præceptum: ergo, & ad actum adimpletivum præcepti, seu ad faciendum, quod præcipitur; sed præceptum non præcipit possibilitatem actus, aut eius signatam, sed exercitam existentiam; præceptum enim auditionis facri præcipit actu, & exercite audire sacrum: ergo voluntas libere dissentiens habet potentiam veram, & proximam ad existentiam actualem, & exercitam consentus; unde, & ad consensum, ut positivè diuisum à prædeterminatione sibi opposita.

83

Vnde ad Argum. Respond. neg. ant. & ad

eius prob. neg. mai. quoad 2. partem : quia ut voluntas possit dissentire in sensu *diviso* praedeterminationis, consensus non est necesse, quod possit eam tollere, vel impedire ne sit: aliud enim est, posse voluntatem per dissensum se *dividere* a praedeterminatione; aliud posse voluntatem dissensum *divisum* a praedeterminatione; 1. negamus, quia in potestate voluntatis non est se a praedeterminatione *dividere*. 2. asserimus, quia in eius potestate est dissensus ab ea praedeterminatione *divisus*. 1. enim esset voluntatem posse eam divisionem importantem esse dissensus, & non esse praedeterminationis, ad cuius non esse libertas nostra non extenditur, quia solum existit pro nutu Dei: Ad 2. sufficit voluntatem praedeterminatam secum componere potestatem ad subtractum dissensus *divisi* ab ea praedeterminatione: ut multis exemplis explicuimus an. 78. nec obstat D. Th. dum dixit contingens provisum posse non esse *secundum se* consideratum, quia terminus secundum se consideratus, sicut est positive compositus cum omnibus ijs, cum quibus essentialiter connectitur, est positive *divisus* ab ijs, cum quibus essentialiter pugnat.

D. 7

3. co

94

5. II.

84

Contra praedictam doctrinam opp. 1. Qui non potest efficere *dissensum esse divisum* a praedeterminatione consensus; nequit efficere *dissensum esse*, si dissensus solum potest esse *divisus*; sicut qui nequit efficere dissensum compositum cum suis constitutivis nequit efficere dissensum, si solum potest esse ita compositus; sed voluntas praedeterm. ad consensus nequit efficere *dissensum esse divisum* ab ea praedeterm. cum non possit hanc divisionem causare, seu non esse praedeterm. per quod constituitur: ergo voluntas praedeterm. inevitabiliter ad *consensum* nequit efficere *dissensum esse*. ¶ Urgeo 1. ex

Q4 4

P1

P. Henao
Jes. 54. n.
414.

Ribad. dis.
p. 14. de
act. hum. c.
5.

P. Henao; voluntas prædeterminata ad consensum nequit efficiere dissensum *compositum* cum prædeterminato. quia non potest cum ea dissensum *componere*: sed non potest dissensum ab ea *dividere*: ergo nec potest dissensum ab ea *divisum*. ¶ Urgeo 2. ex P. Ribadeneira. Si voluntas determinata ad consensum posset dissentire *compositively* cum ea determinatione posset ab ea tollere prædicatum infallibiliter *efficax* ad inducendum consensum; ergo si voluntas ita determinata potest dissentire *divisive* ab ea determinatione potest removere eius *existentiam*. Nam, ut dissensus *dividatur* ab ipsa, non minus requiritur, quod ipsa non *existat*, quam ut dissensus *componatur* cum ipsa requiritur, ut ipsa non sit intrinsece *efficax*.

85 Respondeo: Hæc duo esse valde diversa: *dissensum esse divisum* à prædeterminato. & dissensum à prædeterminato. *divisum esse*: verum enim est non esse in potestate nostra, quod dissensus *sit divisus* à prædeterminato. quia dissensus est *divisus* à prædeterminatione: per eius non esse, quod non est sub dominio nostro, sed Dei prædeterminantis: At dissensum à prædeterminato. *divisum esse* est sub dominio nostro, quia est in nobis vera potestas, ut existat dissensus ita *divisus*: Ratio: Quia hoc concretum *dissensum esse divisum* supponit pro forma divisionis, & denominatione extrinseca dissensus à divisione desumpta, cum vero divisio sit vnice libera Deo, est tantum liberum Deo *dissensum esse divisum*; sicut Petrum esse visum, aut intellectum est liberum, cui est libera Petri visio, aut intellectio: Hoc vero concretum *dissensus divisus* non supponit pro forma divisionis, sed pro existentia abstracti, seu dissensus, qui denominatur *divisus*; unde *dissensum divisum esse* est voluntati liberum; quia licet existentia divisionis à qua denominatur *divisus* non sit ipsa libera, dissensus, qui denominatur, ipse liber est, quia ita est ut possit non esse, licet ab ipsa *divisus* non sit. ¶ Hæc appellationum differentia plurimis exemplis *conf-*

constat adductis num. 78. quia sub dominio nostro non est contentum esse *prædeterminatum, præscitum, prædiffinitum* à Deo, *liberum, aut futurum*, quia non sunt in potestate nostra *prædeterminatio, præscientia, libertas, nec futuritio consensus*; est tamen in nostro dominio consensus *prædeterminatum esse, præscitum esse, prædiffinitum esse, liberum esse, & futurum esse*, quia est nobis *libera existentia consensus*, qui subest *prædeterminationi, præscientiæ, prædiffinitioni, libertati, aut futuritioni*. Quam differentiam clarius percipies in his concretis; *Peccatum, esse permissum, & scitum à Deo. Peccatum scitum, & permissum à Deo existere, aut esse*, quia cum primum supponat pro scientia, & permissione Dei terminat divinam complacentiam; secundum autem concretum supponit pro existentia peccati; & ideo Deus odio habet ipsum, quia Deo displicet *esse* id quod placet *permittere*. ¶ Si autem istes; *Divisio* à *prædeterminatione* consensus exigitur ut sit *dissensus*, sed *prædeterminatio* ad *consensum*, nec habet, nec potest acquirere hanc *divisionem*; ergo non potest dissentire. ¶ Resp. quod sicut *imprædeterminatus* potest *consentire*, licet nec actu habeat, nec possit acquirere *prædeterminatio* exactam ut *consentiat*, ita *prædeterminatio* ad *consensum* potest *dissentire*, licet nec actu habeat, nec possit acquirere *divisionem* exactam ut *dissentiat*, quia sicut *imprædeterminatus* potest *consentire* *consensu* quidem *separato* ab *imprædeterminatione*, non ab ea *separando* *consensum*; Ita *prædeterminatio* ad *consensum* potest *dissentire*, *dissensu* quidem *diviso* à *prædeterminatio* non ab ea *dividendo* *dissensum*; vide superius diffuse dicta, quæ ne otio deditus sim non transcribo.

Quest. 4.
sec. 11. per
totam,

86 Ad id quod vrg. 1. Nego. Voluntatem ideo non posse *dissensum compositum* cum *prædeterminatio* quia non potest ipsum cum ea *componere*; sed quia *dissen-*

ius ita compositus est chymæra, & nulla est potestas, v-
 sit talis compositio: dissensus autem à prædeterm. *divi-*
sus est pòssibilis; & ideo est potestas ad talem *divisionem*
 per non esse prædeterminationis; vnde voluntas poterit
 dissentum *divisum*, quin possit ipsum *dividere*. ¶ Ad
 id quod vrgetur 2. Resp. quod si voluntas posset dissen-
 tire *compositive* cum ea determinatione, nec esset deter-
 minatio consensus, nec intrinsece efficax, non quia eius
 efficaciam intrinsecam voluntas tolleret, sed quia ipsa
 non esset; similiterque dum potest dissentire *divisive*
 non est, quia possit removere existentiam, sed quia pro-
 priori ad dissensum supponitur à Deo impedita, Deus
 enim vt permittens, aut determinans dissensum est non
 determinans consensus.

87 Cum hæc à nostris Thomistis ita sint re-
 cepta, vt fere omnes ita defendant, quia clare evertunt
 ea argumenta, quæ ex defectu possibilitatis termini infe-
 rebant defectum potestatis ad dissensum in prædetermi-
 nato ad consensus; Nostræ Vniversitatis pro Societate
 Primarius inter alia, quæ opponit contra hanc doctri-
 nam iam soluta; Inquit, Quod hæc solutio, quæ colore
 novitatis fucata placet, re ipsa non differt ab explicatio-
 ne potentie dissentendi in sensu *diviso*, quam tradidit
 Bañez, & Davila, & quam M. Gonet appellat *per-*
versam, hereticam, propriamque Calvinii, & Lutheri. Ita
 que probat: Illi dicebant voluntatem consentientem cū
 prædeterm. consentire libere, quia simul cum prædeter-
 min. habet potentiam vt dissentiat, *si desit prædeterm. re-*
quisita ad consensus; & si motu vocationis prædeterminan-
tis auferatur. Nos dicimus voluntatem sub prædeterm.
 consentire libere, quia *simul cum prædeterm. habet potent-*
iam, vt dissentiat in sensu diviso factendo à Deo. Sed hoc
 idem est, ac habere potentiam ad dissensum, si *Deus non*
prædeterminet ad consensus: Igitur hæc nova solutio non
 dif-

P. Peyn.
 in mat. de
 auxil. Pag.
 pag. 42

differt ab illa antiqua iam à Thomistis deserta. Et cum nulla possit esse necessitas consentiendi auferens potestatem dissentiendi in sensu positivo ab ipsa, quod prædeterminatio hanc potestatem non auferat non sufficit, ut necessitas non sit, & libertatem seruet.

88

Respond. solutionem antiquorum Thomistarum esse eandem cum nostrâ, licet non ita præspiciue, & accurate explicatam: In hac enim propositione, *Voluntas prædeterminata habet potentiam ut dissentiat, si desit prædeterminatio requisita ad consensum, ly si desit, vel est conditio exacta, ut sit potentia dissentiendi, vel ut sit terminus, seu dissensus?* Si 1. sensus erit, ut voluntas prædeterminata possit dissentire exigitur, quod deficiat prædeterminatio. Et hoc in sensu iustissima censura est à Gonet proscripta *Heretica, perversa, propriaque Calvinii, & Lutheri*. Et à nullo Catholico Doctore est asserta; unde male de nostris Thomistis merentur, qui vel non intelligentes, vel nolentes, intelligere hunc sensum supponunt, ut eos impugnent, cum ab eo longissime dissent, hæc enim potentia conditionata est plane hæretica, non minus, quam potentia remota, quam nec negant, nec negare possunt hæretici libertatis ossores, qualiter enim componerentur libertas, seu potestas proxima dissensus, & prædeterminatio consensus, si exigeretur vnum deficere, ut aliud existeret? Quod esse fide certum iam diu fundavimus. ¶ Si 2. scilicet, quod *ly si desit prædeterminatio sit conditio exacta ad terminum potestatis, seu dissensus, ita ut sensus sit: Voluntas prædeterminata habet potentiam dissentiendi, sed ut actu dissentiat exigitur, quod prædeterminatio deficiat*. Ita est propositio verissima, & ex antiquis Doctores explicata, per potestatem compositam cum prædetermin. consensus ad dissensum positive divisum à prædetermin. consensus; Si ergo aliquando conditionem attulimus non eam applices supra potentiam ipsam

Tom. I. dis

P. 1. q. 7.

S. 1. c. 2.

Tom. 1. di/
p. 2. q. 3. s.
2.

Quest. 3.
per totam.



Henao sect.
54.
P. Izquier
do disp. 30
q. 10.

iam; sed supra terminum potentiae: Multis probabimus, quod stat non posse esse consensum sine praedeterm. Et tamen sine praedeterminatione esse posse ad consensum; Ita cum praedeterm. consentus est posse ad dissensum, licet *dissensus* non possit esse, cum praedeterm. consentus. ¶ Plurimis exemplis hoc declarant nostri Thomistae, in quibus, quia propositiones sunt verae in sensu diviso, cum actu subiecti componitur potestas ad terminum incomponibilem cum actu subiecti; ut in omnibus hijs conspicitur *amans potest odio habere: Sedens potest currere; iustus potest lethaler peccare; Praedestinatus potest damnari; Reprobus potest salvari.* Rationem ex PP. de lum ptam superius tradidimus; quia suppositionem esse in subiecto inconiungibilem cum aliquo termino, solum infert non esse in subiecto indifferentiam *suspensionis*, quae ad libertatem non exigitur; nullatenus tamen aufert indifferentiam *potestatis*, quae est essentia libertatis; seu aufert a subiecto esse *in potentia* ad vtrumlibet; non esse *potentiam* ad vtrumlibet.

89 ¶ Instat tamen Docta Societas: Verissimum esse suppositionem inconiungibilem cum termino esse *compositam* cum potestate ad terminum *divisum* a suppositione: Hoc tamen tunc accidere, cum potestas ad terminum est potestas impediendi suppositionem, seu quando suppositio est in existendo dependens ab ipsa libertate ad terminum cum ipsa incomponibilem; sed suppositio praedeterm. consensus, nec est componibilis cum dissensu; nec est in nobis potestas eam impediendi; ergo praedeterm. non componit potestatem dissensus: Assumptum. Prob. 1. retorquendo exempla nostra *Amans enim potest non amare*, quia potest per odium amorem impedire: *Iustus potest peccare*, quia potest per peccatum impedire iustitiam. &c. ergo. ¶ 2. Beatus cum visione nullam habet potentiam ad non amandum Deum, nec
ad

ad peccandum adhuc in sensu diviso visionis, quia nec potest carentiam amoris cum visione coniungere, nec potest visionem à se abijcere, siue impedire; sed prædeterminatus ad consensum, nec potest dissensum cum prædeterminatione coniungere, nec prædeterminationem à se abijcere, siue impedire: ergo prædeterminatus ad consensum non componit secum potentiam ad dissensum in sensu diviso. ¶ 3. Humanitas Christi ex unionis hypostaticæ non componit secum potentiam peccandi adhuc peccato ab unione diviso, quia nec potest coniungere peccatum cum unione, nec potest à se abijcere unione per peccatum; sed prædeterminatus ad consensum, nec potest componere dissensum cum prædeterminatione, nec potest eam à se abijcere per dissensum: ergo non componit secum potestatem ad dissensum adhuc in sensu diviso. ¶ 4. Homo catenis vinculus, a quibus absolvi non potest, non componit secum potentiam proximam expeditam ad ambulandum; quia nec potest motum cum vinculis coniungere, nec potest vincula per motum à se abijcere: ergo quod supra. ¶ 5. Distans à Cælo non componit secum potestatem proximam tangendi Cælum, quia nec potest coniungere tactum cum distantia, nec potest à se distantiam abijcere: ergo distans per prædeterminationem à dissensu non potest dissensum attingere adhuc in sensu diviso, quia nec potest dissensum cum distantia coniungere, nec potest à se abijcere prædeterminationem, qua distat.

90 Ultimo denique: hanc esse mentem Angelici nostri Doctoris, nunquãque admississe cum forma aliqua potentiam ad terminum inconiungibilem in sensu diviso, nisi dum subiectum potest à se abijcere formam, ex pluribus locis colligitur, sed specialiter ex quaestione sexta de veritate articulo 3, ubi cum ut probaret pos-

Henao ubi supra.

Ant. Perez.

P. Palaco & alij.

D.Th. I. p.
9. 14. art.
13. & ad
3. 7. 2. de
verit. art.
12. ad 4.



sibilem esse prædestinationem absque effectu suo; in se Sanctus opponeret; posse prædestinatum in peccato mortali esse usque ad mortem; Respondet: Cum dicitur, quod prædestinatus in peccato mortali potest mori, si accipiatur subiectum, prout stat sub forma prædestinationis, sic est composita, & falsa: Si autem accipiatur, prout consideratur sine tali forma, sic est divisa, & vera: insurgitur argument. hoc 8. In formis illis, quæ non possunt removeri à subiecto, non differt utrum aliquid attribuat subiecto sub forma considerato, vel sine forma; utraque cum modo hæc est falsa, coruus niger potest esse albus. Sed prædestinatio est talis forma, quæ non potest à subiecto, vel prædestinato removeri: ergo prædicta distinctio in proposito locum non habet. Et quia Sancto Thomæ non displicuit proposita antea solutio argumenti 7. procedit ad enodandam replicam contentam in 8. & ait: Ad 8. dicendum, quod nigredo, & albedo sunt quedam formæ existentes in subiecto, quod dicitur album, & nigrum: & ideo non potest aliquid attribui subiecto, nec secundum potentiam, nec secundum actum, quod repugnat formæ prædictæ, quandiu in subiecto manet. Sed prædestinatio non est forma existens in prædestinato, sed in prædestinante, sicut, & scitum denominatur à scientia, quæ est in sciente. Et ideo quantumcumque immobiliter sit sub ordine scientiæ, tamen potest aliquid attribui ei, considerando suam naturam, etiam si repugnet ordini prædestinationis; hoc enim modo prædestinatio est aliquid præter ipsum hominem, qui dicitur prædestinatus; sicut nigredo est aliquid præter essentiam corui, quamvis non sit aliquid extra coruum. Considerando autem tantummodo essentiam corui, potest ei aliquid attribui, quod repugnet nigredini eius secundum quem modum dicit Porphyrius, quod potest intelligi: Coruus albus, & ita etiam in proposito potest ipsi homini prædestinato attribui aliquid secundum se considerato, quod non attribuitur ei, secundum quod intelligitur stare sub prædestinatione. Ex

qui

quibus verbis ita colliges. 1. Quia praedestinatio non est forma existens in praedestinato, sed in praedestinate, licet removeri non possit, potest praedestinato attribui posse mori in peccato in sensu diviso, licet non in sensu composito: sed praedeterminatio non est forma existens in praedeterminante, seu in praedeterminato, & alias removeri non potest: ergo non potest ei attribui, posse, quod opponitur formae nec in sensu composito, nec in diviso. ¶ 2. quia nigredo est quaedam forma, quae existit in subiecto, quod dicitur nigrum non potest aliquid attribui subiecto, nec secundum potentiam, nec secundum actum, quod repugnet formae praedictae quamdiu in subiecto manet; & ideo haec propositio *Corvus niger potest esse albus* est falsa adhuc in sensu diviso: sed praedeterminatio est forma, quae existit in subiecto, quod dicitur praedeterminatum; ergo dissensus cum repugnet praedeterminationi nequit attribui subiecto, nec secundum potentiam, nec secundum actum, quamdiu in subiecto manet; unde haec propositio, *Voluntas praedeterminata potest dissentire* erit falsa adhuc in sensu diviso.

91 Resp. neg. assumptum: quia suppositio inconiungibilis cum termino potest componi cum potentate ad terminum, & impotentia impediendi suppositionem. Ad 1. probationem Resp. ex S. Ioanne Damasceno asserente: *Non enim necesse est exempla prorsus inter se similia esse: atque eiusmodi, ut nihil omnino desideretur. Quando quidem in exemplis, tum similitudinem, tum dissimilitudinem prospicere opus est, si quidem exempla sunt. Nam quod omni ex parte simile est, idem est, non exemplum.* Ea tamen adducimus 1. quia saltem demonstrant suppositionem inconiungibilem cum aliquo termino esse compositam cum potentate proxima termini, quod licet esse omnino verum Adversarij fateantur, saepius eorum argumentis oppugnatur. 2. quia inter ea exempla nume

D. Ioan. Damasc. lib. 3
Orthod. fidel. ca. 26.

ramus aliquas suppositiones inconiungibiles cum aliquo termino, & simul compositas cum potentia ad terminum, & impotentia a se adiungendi, aut impediendi suppositiones; ut in illis: *Prædestinatus potest damnari; Reprobatus potest salvari*. Quia falsum existimamus istas suppositiones existeri dependenter à nostra libertate. ¶ Ad 2. & 3. prob. simul Resp. suppositiones, *Visionis* Beatæ, & *Unionis* hypostaticæ esse incomponibiles cum libertate peccandi, & hæc propositionem: *Beatus potest peccare* esse falsam adhuc in sensu diviso, sicut & illam, *Christi humanitas potest peccare*. Hoc tamen minime provenire ex eo, quod sunt suppositiones, quas nec possunt Christus, & Beatus cum peccato coniungere, nec per peccatum impedire; Hoc enim exigitur ut suppositio sit simpliciter necessitans ad non peccandum, quia suppositio necessitans, & est connexa cum termino ad quem necessitat, & à libertate independens, hoc tamen minime sufficit, ut sit necessitans, quia ulterius exigitur, quod constituat *posse* ad terminum cuius est necessitas; *Unio*, & *Visionis* constituunt posse non peccare, & ideo (simul cum alijs requisitis) necessitant ad non peccandum; omnes igitur Thomistæ illas propositiones esse falsas in sensu diviso ex eo probant, quia sicut propositio composita componit *actum cum actu*, divisa, cum vno actu componit potentiam ad alterum actum, licet actum non componat cum actu; sed *posse* peccare nec componitur cum visione, nec cum unione: ergo illæ propositiones, *Beatus potest peccare: humanitas Christi potest peccare*; sunt falsæ adhuc in sensu diviso. Cur suppositio connexa, & independens à libertate, dum constituit potestatem sit simpliciter necessitans; secus vero dum potestatem non constituit? Iam diffuse à nobis exagitatam est: Cur prædeterminatio posse non constituat? Multis probabimus, & exinde cum *posse* ad terminum oppositum non pugna-

D. Th. q.
23. de verit.
tat. art. 5.

Tom. 1. dis.
p. 1. q. 7.
& disp. 2.
q. 3.

Et supr. q.
4.

re: Cur autem visio, & unio cum potestate peccandi pugnent? Est quia suppositum divinum constituit posse ad omnes actiones humanitatis unitæ; vel quia reddit humanitatem infinite sanctam. Visio Beata pugnat cum iudicio defectuoso, quod posse peccare constituit; Visio enim evidens Dei ut summi boni, excludit iudiciū proponens aliquid ut bonum non ordinatum ad Deum: Re colito alibi dicta.

92 Ad 4. prob. & 5. simul: Resp. ex prædictis principijs: Quod divisio ab illis impedimentis non solum exigitur ut illa exercitia existant, sed etiam ut ad ea sit proxima potestas; & ideo istæ propositiones sunt falsæ in sensu etiam diviso; *Indissolubliter vinculus potest currere. Distans à Calo potest Calum tangere.* Divisio autem à suppositione prædeterm. consensus exigitur, ut sit dissensus nõ ut sit potestas ad dissensū. ¶ Inquirens 1. Cur divisio à vinculis est necessaria ut sit potestas cursus, si divisio à prædeterm. necessaria non est ut sit potestas dissensus? Resp. 1. quia vincula ex parte actus primi, & potentia se habent; Non divinae gratia motio. Ratio: quia vincula impediunt potentiam ne agat. Et ideo omne exercitium, & gressum potentia ambulatiua impediunt. Impedimenta igitur sunt potentia, non enim ea impediunt, quia exercent conferendo aliquod exercitium, sed omne tollunt; Motio gratia voluntatem non ligat; sed exercet, cum determinet unum exercitium, ut aliud excludat: *Alligatus quidem spiritu ibat in Jerusalem. D. Paulus;* quia divinus spiritus determinando voluntatem ipsam recte exercendo alligabat ut prædicatione Evangelij impleret ministerium suum; hæc enim vincula libertatem non lædunt, sed exercendo, & subijciendo Deo, perficiunt; non enim sunt *dura, quia dulcissima, nec mollia, quia firmissima.* Et ideo S. August. nullam esse comparationem vinculorum corporalium cum alliga-



Ad. 20.

S. Aug.
ep. 39.

*August. de
Corrupt. &
grat. cap.
14.*

ligatione divinæ gratiæ explicuit exponendo, quomodo adduxit Deus corda Israelitarum, ut Davidem Regem constituerent. Numquid, inquit, corporalibus vllis vinculis alligavit? intus egit, corda tenuit, corda movit, eosque voluntatibus eorum, quas ipse in illis operatus est, traxit. Et rationem subiungit: Quia Deus magis habet in potestate sua voluntates hominum, quam ipsi suas. Non ergo gratia alligat impediendo voluntatem, sed potius trahit eam exercendo, ¶ 2. quia voluntas exigit ut sit libera omnia comprincipia creata esse ei in efficiendo subiecta; licet in efficiendo Deo subijciatur; motio Dei voluntatem in efficiendo Deo subijcit, unde ut sit libertas non exigitur divisio à prædeterm. quæ libertatem potius exercet; vincula tamen ferrea impeiunt potentiam motivam esse in deambulando; voluntati subiectam, quia licet veliculus non possimus movere pedes ligatos; Divisio igitur à vinculis erit exacta, ut in deambulando liberi simus, seu ut sit potestas cursus. ¶ Si inquiras 2. Cur divisio à distantia sit exacta, ut sit proxima potestas tangendi Coelum? ¶ Resp. rationem esse, quia applicatio localis constituit posse tangere; cuius duplex est ratio. 1. quia est applicatio vnius causæ ad alteram causam, non applicatio causæ ad actum, sicut prædeterm. 2. quia est id sine quo non fit actus, & non est quo fit, prædeterm. est sine quo non fit actio, & quo actio fit; Recolito diffuse alibi dicta.

93 ¶ Ad ultimum ex D. Thom. cuius verba præter morem ad longum retuli, ut constet, quantum dissent à D. Thomæ mente, qui dicitur per potentiam antecedentem, seu in sensu diuiso inspicere terminum secundum se præscindendo quidem ab ijs, cum quibus essentialiter pugnat, vel connectitur, cum essentia corui concedat potentiam albedinis, & non coruo, quia nigredo est aliquid extra essentiam corui, quamvis non sit.

*Vide q. 4.
(est. 11.*

*Tom. 1. dis
p. 2. q. 3. s.
8.*

fit aliquid extra coruum: Respond. D. Thom. loqui de dispositione subiecto inhaerente orta ex natura subiecti, & cum ipso permanenter, & necessario coniuncta, ut exemplo nigredinis corui satis liquet, quam separari impossibile est; hac enim dispositio non relinquit potentiam adhuc *in sensu diuiso* ad ei oppositum. Prædeterm. est dispositio transiens non orta à creatura; unde *Dens per eam nullam formam imprimat voluntati*; ita est distincta à forma, quæ inest, & habet esse ratum, & firmum in natura, non ordinatur enim ad perficiendum subiectum, sed producendum effectum, unde permanet in voluntate potentia ad dissensum in sensu diuiso, licet sit prædeterm. min. oppositus.

D. Tho. qd
24. de ver.
art. 8.
Et q. 3. de
pot. art. 7.
ad 7.

SECTIO VLTIMA.

Soluntur argumenta desumpta ex hoc principio; determinatio ad consensum inevitabilis à nobis quoad suam existentiam pugnat cum libertate consensus, seu potestate dissensus.

P Ræiactio principio nixi pugnant contrarij contra libertatem consensus, seu potestatem dissensus prædeterminati ad consensum, difficiliore formas proponam, 1. intendentes ex determinatione inevitabili consensus non esse potestatem impediendi consensum n. 2. inferentes à contradictorio consequentis; ex potestate impediendi consensum potestatem impediendi existentiam determinationis ad ipsum.

§. I.

94 Ex determinatione inevitabili consensus impotentiam impediendi consensum, seu ponendi dissensum; Probant communiter Adversarij 1. Hac forma arguendi. De Petro prædeterminato ad consensum, for-

P. Rib. disp.
p. 14. de ac.
actib. hum.
disp. 1. n. 5
& c. 3. n.
35.



metur hic syllogismus: *Omnis prædeterminatus ad consensum consentit, Petrus est prædeterminatus ad consensum, ergo consentit.* Posito autem, quod præmissæ sint veræ, probatur non esse in Petro facultatem liberam consentiendi, seu potestatem dissentiendi. Facultas libera ponendi dissensum est facultas libera impediendi veritatem illius consequentis; *Petrus consentit.* At, non est in Petro facultas libera impediendi talem veritatem; ergo neque ponendi dissensum. Prob. min. quando præmissæ, ex quibus legitime inferitur veritas consequentis ita sunt veræ, ut non habeat Petrus libertatem evitandi veritatem ipsarum, non habet Petrus libertatem impediendi veritatem consequentis; sed præmissæ syllogismi præformati sunt veræ, quia ponimus Petrum esse prædeterminatum ad consensum: Deinde Petrus non habet libertatem impediendi veritatem ipsarum; illa enim maior: *Omnis prædeterminatus ad consensum consentit* est veritatis omnino necessariæ, & ab ipso Deo inevitabilis, sicut hæc inquam recitat: *Omnis habens formam essentialiter connexam cum consensu consentit.* Etiam illa minor: *Petrus est prædeterminatus ad consensum*: est veritatis, ad cuius evitacionem non habet Petrus libertatem: Cum Petrus non sit liber ad impediendam existentiam prædeterminationis: ergo non est in Petro libertas impediendi veritatem illius consequentis. Mai. prob. Tum ex Aristotele aiente: *Si necessariae sunt sumptiones, & conclusionem esse necessariam oportet, sicuti ex veris nihil unquam nisi verum efficitur.* Tum ex D. Thoma, ut indubitatum supponente: *Ex principijs necessarijs non sequitur conclusio nisi necessaria.* Tum: ex principijs simpliciter necessarijs sequitur conclusio simpliciter necessaria: ergo ex principijs nobis necessarijs sequitur conclusio nobis necessaria: Tum, quia iuxta Dialecticæ regulas, veritas consequentis includitur in veritate præmissarum, ex quibus legi-

Arist. lib.

1. Poster.

c. 27. 6.

D. Thom.

1. p. 9. 14.

art. 13. in

argu. 2.

legitimè inferitur; & ideo, qui concessa veritate præmissarum negat veritatem consequentis cogitur sibi contradicere.

95. Tota huius argumenti vis hoc unico syllogismo modali proponitur à P. Antonio Perez: *Omnis homo prædeterminatus ad consensum consentit; & hoc est inevitabile Petro: sed Petrus est prædeterminatus ad consensum, & hoc est inevitabile Petro: ergo Petrus consentit, & hoc est inevitabile Petro, quod est esse ipsimet necessarium.*

P. Ant. Perez
de scient.
disp. 3. cap. 4.

96. Hoc argumentum ita urgentius opponi potest: quando voluntas est libera ad consentiendum, vel non consentiendum, potest facere, quod hæc propositio sit falsa: *Voluntas consentit; sed si non potest impedire existentiam prædeterminationis non potest facere, quod prædicta propositio sit falsa: ergo si non potest impedire existentiam prædeterminationis voluntas non est libera ad consentiendum.* Mai. certa; quia voluntas libera ad consentiendum potest non consentire; unde, & reddere falsam propositionem affirmantem existentiam consensus. Prob. min. Non potest facere, quod conclusio illata ex præmissis evidentibus sit falsa, qui non potest facere, quod aliqua ex præmissis evidentibus deficiat; sicut non erit in potestate Petri, quod hæc propositio: *Petrus movetur sit falsa; si in potestate ipsius non est facere, ut aliqua ex his præmissis deficiat: Si Petrus currit movetur; sed Petrus currit, sed hæc propositio voluntas consentit inferitur ex duabus præmissis veris, & infallibilibus, scilicet, Si Deus prædeterminat voluntatem ad consensum, voluntas consentit; sed Deus prædeterminat voluntatem ad consensum.* Deinde si voluntas non potest impedire existentiam prædeterminationis, non potest facere, quod aliqua ex præmissis deficiat; ergo volun-

luntas non potest facere, quod hęc propositio *voluntas consentis sit falsa.*

97 Confirmatur: conclusio, quę inferitur ex præmissis veris non potest non esse vera, quia ex vero semper sequitur verum; sed voluntas non potest facere, quod hęc propositio *voluntas consentis* non inferatur ex præmissis veris: ergo non potest facere, quod non sit vera. Prob. min. Qui non potest facere, quod præmissæ veræ non inferant conclusionem, non potest facere, quod conclusio non inferatur ex præmissis veris; quia præmissas inferre conclusionem, & conclusionem inferri ex præmissis, comparantur, ut oratio actiua, & passiua, & qui non potest facere, quod non sit oratio de actiua, non potest facere, quod non sit oratio de passiua illi correspondens. Sicut, qui non potest facere, quod Petrus non amet Deum, non potest facere, quod Deus non ametur à Petro, quod per se notum videtur, & non indiget probatione, sed voluntas non potest facere, quod præmissæ supradictæ non inferant verè conclusionem. Ergo. Prob. min. Si præmissæ supradictæ verè in rebus natura existunt, debent inferre prædictam conclusionem, quia illæ duæ præmissæ connectuntur essentialiter cum conclusione; sed voluntas non potest facere, quod supradictæ præmissæ verè non existant in rebus natura, quia non potest facere, quod non existat prædeterminatio: ergo.

98 Hic, argumentum R. Tyrso, quod pro demonstratione usurpat, licet maiorem, nec forte equalem difficultatem cum adductis obtineat; recte superaddi potest: Est huius formæ: prædeterminationē actu influere in actionem amandi est actionem amandi poni à parte rei; sed nulla voluntas prædeterminata ad actionem amandi potest consistere antecedentem ad faciendum ne
 præ

Tyr. 1. disp. 11.
f. 12.

predeterminatio actu influat in actionem amandi: ergo
 nulla voluntas praedeterminata ad actionem amandi ha-
 bet potestatem antecedentem ad faciendum ne actio
 amandi ponatur a parte rei. Concessis praemissis nequit
 negari consequentia, quia syllogismus est in forma nem-
 pe in secundo modo secundae figurae. Mai. videtur mani-
 festa: nam actualis influxus praedeterminationis in actio-
 nem, non distinguitur ab actuali influxu voluntatis; si-
 quidem praedeterminationem actu influere idem est, ac
 voluntatem, ut praedeterm. actu influere; sed volunta-
 tem ut praedeterm. actu influere in actionem amandi
 identificatur cum actione amandi, siquidem non influat
 in illam per aliam actionem, ergo. Min. vero sic probat
 Praedeterminationem non influere actu in actionem a-
 mandi ex terminis est, vel physicam praedeterm. non e-
 stitit, vel ad illam iam existentem non sequi actionem
 amandi; sed nulla voluntas praedeterminata ad actionem
 amandi habet potestatem ad faciendum, *vel existat pra-*
determ. vel ne ad illam iam existentem sequatur actus
ergo. ¶ Vel alijs terminis; voluntas praedeterm. ad ac-
 tionem amandi nullam habet potestatem ad impedi-
 endam existentiam amoris; ergo necessario stat. Probat
 Voluntas praedeterm. ad actionem amandi nullam
 habet potestatem ad impediendum influxum passivum
 praedeterm. in actionem amandi; sed hic influxus est ip-
 sa actio amandi; ergo. Min. est conspicuus, quia ille influ-
 sus passivus nihil aliud est, quam dependentia actionis
 amandi a praedeterm. haec autem dependentia est ipsa
 motus actio; quia sicut per se ipsam est dependentia a vo-
 luntate, ita est dependentia a praedeterm. Mai. suaderet
 impedire influxum passivum praedeterm. est, vel facere
 ut, ne existat praedeterm. vel ne ad ipsam existentem se-
 quatur actio (nam ex terminis non est alius modus im-
 pedendi influxum causae) sed voluntas praedeterm. est

Rivad. dist. 2
p. 14. cap.
1. de actib.
lib. 1.

actionem amari nullam habet potestatem ad faciendū
ne existat, prædeterm. nullam item ad faciendum, ne ad
ipsam existentem sequatur actio; ergo: quod argumentū
omnino est desumptum ex P. Ribadencyra.

in 99. §. 11.

99. Alias formas difficiles satis proponit P. Ribade-
neyra, ex quo alij transcripserunt. Primo. Tanta neces-
sitate, quanta quis necessitatus est, ad impedimentū di-
sensus, necessitatus est ad non dissentiendum; at determi-
natus inevitabiliter ad consensū, adeo necessitatus est ad
impedimentū dissensus, ut non sit liber ad se expedi-
dum ab illo; ergo adeo necessitatus est ad non dissentien-
dum, ut non sit liber ad dissentium. Mai. patet; nā impe-
dimentum rei, vel est ipsum non esse rei, vel est aliquid
inevitabiliter inducens non esse rei; sed nō minori neces-
sitate adstringitur quis ad nō esse rei, quam qua contra-
gitur ad id, quod vel est nō esse rei, vel inevitabiliter in-
ducit tale nō esse; ergo. Prob. iam min. Nā determinatio
ne dicta necessitatus ad consensū, ita illam habet, ut eā
excludere nequeat, & ab ea non possit se expedire; sed
determinatio ad consensum est impedimentum ad libe-
rum dissensum, nam cum eo est omnino incompa-
sibilis, nihilque magis obstat existentie rei, quam omnino
incompatibile cum illa; ergo determinatus inevitabiliter
ad consensum, est determinatus ad impedimentum dis-
sensus, ut non sit liber ad se expediendum ab illo.

Rivad. ibi
c. 4.

100. 2. Determinatus inevitabiliter ad consensū po-
test per nos, aliqua vera potestate, evitare existentia con-
sensus; ergo & evitare coexistentia eius determinationis
cum consensu; quod tam est verum, quam posse evitare
existentia vinarij, ut vinarij, qui potest tollere vnam ex
viticibus quibus coalescit; sed nequit facere, quod ea de-
terminatio nō coexistat cū consensu; ergo neque, quod
non existat cōsensus. Prob. subsumptā: Talē determi-
natio.

nonem non coexistere cum consensu. stat in eo, quod vel talis determinatio non existat, vel existat sine consensu; at voluntas prestatere nequit, quod ea determinatio non existat, quia nequit eius existentiam evitare, neque quod existat sine consensu, id enim esset posse cum carentia consentus componere, quod repugnat componi cum ea carentia: ergo.

101. Determinatus inevitabiliter ad consensum est necessitatus ad hoc aggregatum existit determinatio ad consensum, & non existit sine consensu, sine potestate libera illud evitandi; quia neque potest evitare existentiam determinationis, quae est prior pars aggregati, neque potest evitare non existere hanc determinationem sine consensu, hoc enim, & a Deo est inevitabile, cum determinatio sit connexa cum consensu: ergo determinatus inevitabiliter ad consensum est necessitatus ad hoc aggregatum, sine potestate libera illud evitandi. Existit haec determinatio ad consensum cum consensu: potest enimque est existit, & non sine consensu, atque existit cum consensu: sed impotens libere evitare hoc aggregatum existit haec determinatio ad consensum cum consensu, est impotens libere evitare consentum: ergo determinatus inevitabiliter ad consensum est impotens libere evitare consentum.

102. Determinatus inevitabiliter ad consensum habet necessitatem simpliciter (id est cum libertate pugnante) ut, vel deficiat ea determinatio, vel existat complexum ex ea determinatione, & consensu: quia cum sit simpliciter impossibile determinationem connexam cum consensu existere sine consensu, est simpliciter necessarium, vel determinationem deficere, vel existere complexum ex ipsa, & consensu; sed determinatus inevitabiliter ad consentum, habet necessitatem simpliciter, ut non deficiat ea determinatio: (qui enim conjungitur cum

aliquo extremo sine libertate vitandi, existentiam illius; habet necessitatem simpliciter, ut tale extremum detur) ergo determinatus inevitabiliter ad consensum, est simpliciter necessitatus ad complexum, ex determinatione, & consensu, exindeque, & ad consensum; cum sit clarum necessitatum simpliciter ad totum, esse necessitatum ad quamlibet partem inclusam in illo. Patet hæc conseq. Quia habens necessitatem simpliciter, ut vnum ex duobus detur, & simul habens eandem necessitatem, ut alterum determinate non detur, habet necessitatem simpliciter, ut alterum determinate detur.

103. ¶ 5. Voluntati est antecedenter impossibile *non* coniungere consensum cum prædeterm. ergo est antecedenter necessarium *coniungere* consensum cum prædeterm. & exinde consensum esse: quia necessario esse coniunctum, est necessario esse. Conseq. constat: quia impossibilitas antecedens vnius contradictorij, est alterius antecedens necessitas. Prob. ant. Non coniungere vnum cum alio, est separare vnum ab alio; sed voluntati est antecedenter impossibile separare prædeterm. à consensu, cum quo essentialiter connectitur, & à quo essentialiter est inseparabilis: ergo.

104. ¶ 6. Voluntatem cum prædeterminatione consensu non consentire, est impossibile, quia est prædeterm. frustrari, & non sortiri suum effectum: ergo voluntatem cum prædeterminatione consentire, est necessarium. Patet conseq. Nam quando vnum contradictorium est impossibile, alterum est necessarium. ¶ Vel alter: qui simpliciter necessitatur ad vnum extremum essentialiter impossibile cum alio, non caret liberè alio, ut sunt prævia exempla: sed voluntas simpliciter necessitatur ad prædeterm. essentialiter impossibilem cum dissensu, ergo non caret liberè dissensu.

su, & exinde, nec liberè ponit consensum. **105** Ultimo; Coexistentia consensus cum prædetermin. non est mihi libera: ergo coniungere consensum cum prædetermin. non est mihi liberam. Consequ. constat: Quia duo coexistere est existentiam vnus coniungi cum existentia alterius. Prob. ant. Carentia *coexistentie* consensus cum prædetermin. est mihi antecedenter necessaria: ergo *coexistentia* nequit esse libera. Consequ. patet: Quia implicat vnum contradictorium esse liberum, dum alterum est antecedenter uecessarium. Antec. prob. Cui est necessaria antecedenter carentia existentie alicuius partis complexi, est necessaria antecedenter carentia complexi; sed mihi est antecedenter necessaria carentia prædetermin. ex qua constat complexum coexistentie prædetermin. cum consensu; ergo. **Min. ecce, & prob. mai. 1.** non esse partis est formaliter non esse totius: ergo cui est necessaria carentia partis complexi, est necessaria carentia complexi. ¶ **2.** *Absolute* necessitas carentie existentie partis est absoluta necessitas carentie existentie totius, & ideo si esset absoluta necessitas carentie existentie materie primæ, aut vnionis cum anima rationali, esset absoluta necessitas carentie existentie hominis: ergo *respectiva* antecedens necessitas carentie existentie partis, erit respectiua antecedens necessitas carentie existentie totius, seu complexi.



106. Ipsummet principium: scilicet, *determinationem inevitabilem esse impotentiam impediendi eius terminum*: Vterius firmare fatagunt AA. oppositæ sententiæ arguendo à contradictorio consequentis: potentiam quidem impediendi terminum esse potentiam impediendi eius determinationem, cuius principij magis specio-

P. Ant.
Per. de in-
tellig. Dei
disp. 5. ar-
tic. 13. c.

ciosa argumenta attulit P. Antonius Perez, ex quo ab alijs sunt desumpta, vel non ita virgenter proposita; primo et in sic arguit: Possum impedire libere existentiam mei consensus liberi (alioquin non esset liber) sed potest libere impedire existentiam consensus mei liberi, est posse impedire libere existentiam determinationis divinæ de ipso consensu libero; igitur possum impedire existentiam determinationis divinæ de meo, consensu libero; Prob. min: Qui potest impedire libere existentiam alicuius prædicati essentialis divinæ determinationis, potest impedire libere existentiam determinationis divinæ; sed qui potest impedire existentiam mei consensus liberi, potest impedire libere existentiam alicuius prædicati essentialis divinæ determinationis de meo, consensu libero; ergo. Mai. est evidens: Prob. min. Qui potest impedire libere existentiam mei consensus liberi, potest impedire liberè coniunctionem, & coexistentiam ipsius cum determinatione de ipso: quæ propositio est per se nota; sed qui potest impedire liberè coniunctionem, & coexistentiam mei consensus liberi cum determinatione Dei, potest impedire existentiam alicuius prædicati essentialis ipsius determinationis; ergo. Prob. min. Qui potest impedire coexistentiam, & coniunctionem mei consensus liberi cum determinatione Dei de ipso, potest libere impedire coexistentiam, & coniunctionem ipsius determinationis cum ipso actu libero; sed coniunctio, & coexistentia determinationis cum actu libero est prædicatum essentialis ipsius determinationis, de cuius essentia est efficacia, ac proinde inseparabilitas, & coniunctio cum suo termino; ergo. ¶ Vergetur: Qui potest efficere, ne modus existat simul cum re, quam modificat, potest impedire existentiam modi, quia de essentia modi est modificare: Similiter, qui potest efficere, ut actio non existat simul cum termino, potest

est etiam efficere, ut ipsa actio existat: ergo similiter, qui potest efficere ne determinatio Dei existat simul cum consensu, potest efficere ne existat; quia de essentia divinae determinationis consensus existentis, est consensui coexistere. Patet ergo determinationem de meo consensu libero non posse mihi esse inevitabilem.

107. ¶ 2. Indubitatum est; si vellemus consentire liberè existuram esse Dei determinationem de ipso consensu libero, non existuram, si non vellemus consentire. Deinde est indubitatum in nostra libertate esse consentire, & non consentire prout libuerit: ergo in nostra libertate est existere determinationem divinam, & non existere, ac proinde non est nobis necessarium, & inevitabile ipsam existere. Conseq. constat: quid enim magis evitabile à me, quam illud, quod existit, si volo, & non existit, si nollim, velle, & nolle existentibus in mea potestate, libertateque? ¶ Confirmatur: Consentire, & non consentire est in mea potestate; sed consentire est ponere aliquid essentialiter requisitum, & connexum cum *determinatione* consensus; non consentire, est tollere illud requisitum: ergo in mea potestate est ponere, aut tollere aliquid essentialiter requisitum ad determinationem, & connexum cum illa; sed hoc est esse in mea potestate existentiam determinationis, & negationem existentiae ipsius: ergo.

108. ¶ 3. Si determinatio consensus est mihi necessaria, & inevitabilis, in mea potestate non esset dissentire, nec casus dissensus esset mihi possibilis: ergo nec consensus mihi liber. Prob. antec. Casus ille, vel est is, in quo dissensus sit coniunctus cum determinatione divina consensus, vel is, in quo dissensus existet separatus ab ea determinatione; at neuter casus mihi est possibilis: ergo. Min. quoad primam partem constat; nam casus conjunctionis dissensus cum determinatione con-

sentus implicat contradictionem; ac nulla est potentia ad casum implicansem contradictionem; nam id ad quod est potentia est possibile, & quod implicat contradictionem non est possibile; quoad secundam prob. existere dissensum separatum à determinatione consensus, est dissensum existere, & existere simul cum negatione determinationis; sed dissensum existere simul cum negatione determinationis consensus, non est in mea potestate libera: ergo. Prob. min. Hæc simultas includit aliquid, ad cuius oppositum; & contradictorium sum necessitatus: ergo. Prob. ant. Hæc simultas includit negationem determinationis divinæ consensus liberi; sed ad oppositum huius negationis sum necessitatus scilicet ad determinationem; cuius existentia supponitur mihi necessaria, atque inevitabilis: ergo.

Ad vim argumenti declinandam ingeniosis formis roboratam præmonco primo: eandem esse difficultatem, in potestate comparandi terminum dum abest exactum incomparabile; Ac in potestate impediendi terminum dum adest connexum inimpedibile: Vnde sicut recidunt in hanc conclusionem omnia argumenta, quæ superius diffuse dissolvimus, ita omnia ea fundamenta quibus stabilitum fuit, libertatem secundam, & subordinatam non esse potestatem comparandi determinationem exactam causæ subordinantis, hic etiam recidunt, ut suadeas libertatem causæ secundæ non esse potestatem impediendi determinationem connexam causæ subordinantis.

Secundo: Quia cum argumentum sistat in hoc principio; Connexum inimpedibile per carentiam actus tollit actus libertatem. Ut ipsum illæsum servent, omnes suppositiones connexas libertatem non laedentes pro viribus sustinent à libertate impediibiles; vnde prædifi-

ditiones efficaces diuinas actuum liberorum nostro-
rum esse à libertate nostra impedibiles subsidio scientiæ
mediæ statuunt, ù tamen ex prædeterminationibus conne-
xis independentibus à scientia mediæ, redarguatur prin-
cipium illud, in varias diuiduntur sententias, alij enim nes-
gant cum illis stare libertatem, alij supposita libertate esse
se impedibiles; Alij esse chymæricas, quia libertatem *le-
derent*, quia impedibiles, & libertatem *non laderent*, quia
eam prædeterminarent: Hæc non vacat nunc examinare, ad
Respondendum enim sufficit, nos reputare omnino in-
efficax argumentum, ex quo probatur, nos posse impe-
dire prædeterminationes diuinas, quia *libertas* Dei ad præ-
determinandum est ei essentialis, & à nullo extra se impe-
pedibilis; Nobisque sufficit, *Voluntatem efficacem Dei à
nobis quoad existentiam impediri posse*; Hactenus in SS, Au-
gust. & Thoma non legisse.

Vide supra
q. 20. §. 13.

III. Vnde tertio Nota, vt firmum statuere
nos posse scientiam impedire Dei quoad existentiam,
non ad hunc sensum, quod possimus facere, quod nunc nō
sciat, quod ab æterno sciuit, sed quia *nunc est* sub potesta-
te nostra facere ne præextiterit ab æterno scientia Dei:
Immo, & *Anti-Christus* quando existet poterit facere,
ne præterierit fides Ecclesiæ, & assensus, quo credo, *Anti-
christus peccabit*; vnde poterit reddere infectum fac-
tum; omnia ista per rectas consequentias inferuntur;
quia si sua libertate ad peccandum poterit *impedire omne
connexum*, cum peccato, ergo scientiam, & revelationem
Dei, & fidem, quam nunc habeo de peccato suo: Hoc ta-
men esse inconueniens in tractatu de scientia (Deo faven-
te) fundabimus, plurima addendo è suggestu dictatis; In-
terim consule eruditum Iesuitam P. Ruiz.

P. Ruiz. dis-
p. 31. sect.

112. Ut tamen aliquas instantias illius prin-
cipij adducam, si ex Decretis diuinis desumuntur effica-
cius, & ad breuiora coarctando principia ex *negatiuis præ-
missis*.

4.

nis cum hac conclusione; *Petrus non salvabitur*; cuius veritatem potest Petrus libere impedire; ergo quod supra. Prob. mai. Impedire veritatem vnius contradictorij est determinate veritatem alterius; sed non est sub potestate Petri determinare perseverantiae donum. specialiter Deo liberum, quod *alunde haberi non potest, nisi ab eo, qui patens est cum, qui stat statuere, ut perseveranter stet, & cum, qui cavet restituere, ut Trident. docet.* ¶ Scio P. Herrera dixisse; Reprobum habere potestatem falsificandi hanc propositionem, *Nullus salvabitur, qui non sit praelectus.* Quae aequivaleret ei, quam pro maiori assumpsimus; sed nec me latet, quam ingeniose cum impugnet P. Palanco, & quod urgentius est, quam acriter oppugnet ex SS. Patribus, Mag. Lemos asserentes, esse possibile, quod aliquis vitam consequatur aeternam, nisi per Dei praedestinationem. ¶ Alia instantia formari potest, ex duplici exemplo quorū vnū defumitur ex M. Alvarez; hac forma. Dicitur Christi D. S. Petro; *Ter me negabis*; est fundamentum connexionis cum tripla D. Petri negatione, Christo enim, quia veritas, quae falli nec fallere potest, repugnat falsum proferre; sed D. Petrus potuit impedire triplam negationem, seu terminum connexionis, & in eius potestate non fuit impedire dictum Christi, ergo stat libertas impediendi terminum connexionis cum impotentia impediendi fundamentum. ¶ 2. & urgentius in manuscriptis de scientia attuli, quod ingeniose satis prosequitur P. Palanco; est huiusmodi; D. Petrus habuit in fide *liberrimam, fortissimam, & perseverantissimam voluntatem, & non aliud rogavit Christus, quando rogavit, ne fides eius deficeret, cuius oratio pro illo innans esse non posset.* Ut edocuit expresse Sanct. Augustinus; ergo D. Petrus potuit impedire perseverantiam in fide, quia liberrimam, & non potuit efficaciam orationis Christi impedire;

Trident. ss. 6. c. 3.

P. Herrera. de Praedest. 9. 13. sect. 4.

Palanco de Trov. q. 16. sect. 15.

Lemos de Praed. cap. 22. & 23.

Alvar. de auxil. disp. 22. fol. 105.

P. Palanco ubi supra. In manuscript. de scient. med. 9. 3.

Aug. de Cor. & grat. c. 8

re, quia eius oratio inanis esse non posset: sed oratio Christi, ne deficiat fides Petri est fundamentum connexionis cum perseverantia in fide D. Petri; ergo fuit in D. Petro libertas impediendi terminum connexionis, cum impotentia impediendi fundamentum. ¶ Solum dici potest, quod D. Petrus per non perseverantiam in fide potuit impedire illius orationis Christi, non efficaciam, sed existentiam, quia non perseverando in fide potuit facere, quod Christus non rogavisset pro eo. ¶ Contra; vel Christo potuit impediri oratio pro fide Petri ab ipso D. Petro, impedita libertate orandi, vel non impedita? Vtrumque repugnat 1. quia nullum constitutum libertatis Christi ad orandum potuit impediri à D. Petro; assigna enim illud, difficile enim erit, nisi velis libertatem Christi ad orandum constitui per scientiam mediam futuritionis rerum, quas exorabat: quod quantas excitaret difficultates experimento didici disputando cum ingenioso Iesuita defendente Christum Dominum directum scientia media instituisse sacramenta; Quod quantum displicuit Doctus, & prudens pater satis explicuit. 2. magis implicat, quia est principium in Societate firmum, quod agens semel liberum à nullo potest impediri, sicut nec determinari in exercitijs sibi liberis, quomodo igitur poterit Christo impediri oratio, non impedita libertate orandi? Præterquam quod, libertas Petri ad credendum, & libertas Christi ad orandum essent mutuo impedibiles, quia Christus per orare impediret Petro non credere; & Petrus per non credere impediret Christo orare; quod quam falsum sit in communi Societatis sententia neminem lateret.

154 Adde autem ponderationem mihi gravem; inter obiecta, quæ D. Petrus credere tenebatur unum erat, quod Christus rogavit pro eo; ne deficeret fides eius Christus enim hoc dixit, de quo revelatum accepit à Pa-

tre esse *Fillum Dei veri*. Si igitur D. Petrus hoc non crederet, ut potuit, infidelis esset, & fides eius deficeret; sed D. Petrus per hanc infidelitatem non potuit impedire existentiam orationis Christi pro perseverantia ipsius in fide: ergo potuit impedire perseverantiam in fide, cum impotentia impediendi fundamentum connexionis cum ipsa. Prob. min. Quæ ex terminis mihi constat; si enim per infidelitatem huius iudicij, *Christus non rogavit pro me* amitteret fidem hoc iudicium esset erroneum, & Hæreticum; sed si hoc iudicium impediret existentiam orationis Christi, & faceret Christum numquam rogaturum fuisse pro Petro, hoc iudicium esset verum, cum solum enuntiet id ipsum quod infert, scilicet defectum orationis Christi; ergo implicat, quod D. Petrus per hoc iudicium sibi possibile per quod deficeret fides eius impedire posset existentiam illius orationis Christi, quæ est fundamentum connexionis cum perseverantia ipsius in fide.

Tertio instari potest illud principium; stat in Deo libertas ad impediendum terminum alicuius connexionis cum impotentia impediendi fundamentum illius: ergo stat in nobis libertas ad id ipsum: Conseq. innegabilis est nisi asseratur libertatem nostram esse perfectiorem libertate Dei. Prob. antec. in principijs Advertariorum; Duplici exemplo; Primo. Sit in Deo scientia media inefficaciæ auxiliij *A*: hæc scientia est à Deo inimpedibilis, quia ipsi non libera; & est fundamentum connexionis cum hoc termino: *Non dare consensum per auxilium A unice sumptum*; Sed Deus potest impedire terminum connexionis adhuc supposita illa scientia; ergo. Prob. min. adhuc illa scientia supposita est Deus proxime potens *donare* consensum per auxilium *A unice sumptum*; ergo, & impedire eius contradictorium; *Non dare &c.* Prob. antec. *Voluntas est potens proxime*

consentire per auxilium *A* vnice, alias libera non esset; ergo, & Deus donare consensum. Prob. conseq. Voluntatem posse consentire est posse habere consensum donatum à Deo, quia consensus essentialiter est Dei donum; quomodo ergo stabit me posse accipere à Deo, quod Deus non est potens dare? consentit voluntas, quia consensum habet, consensum habet, quia accipit, & ideo accipit, quia Deus dat: ergo non stat Deum non posse dare, & voluntatem posse accipere. ¶ Secundum exemplum, me suppresso nomine adducto, refert Mag. Carrasco, & est in hoc syllogismo: Si datur auxilium *A* Petrus peccat, sed Petrus non peccat; ergo non datur auxilium *A*. Maior, & minor sunt fundamentam connexionis cum consequenti; sed Deus habet libertatem impediendi consequens, cum non habeat libertatem impediendi, aut maiorem, aut minorem; ergo stat in Deo libertas impediendi terminum alicuius connexionis absque libertate impediendi fundamentum illius. Mai. est certa; Quia veritas conditionalis, & defectus conditionati connectuntur cum defectu conditionis. Min. prob. & in primis Deum esse liberum ad impediendum consequens, est certum; quia Deus libere negat praedictum auxilium, & consequenter libere potest illud dare; Deinde, quod non habeat libertatem impediendi illam maiorem etiam est certum; cum illa maior contineat scientiam in eam, & eius obiectum, quae sunt inimpedibilia Deo. Rursum, quod non habeat libertatem impediendi minorem prob. libertas impediendi illam min. Petrus non peccat est libertas impediendi carentiam peccati; sed Deus nullam habet veram libertatem stricte impediendi carentiam peccati: ergo. Prob. min. iuxta Advertarios; libertas stricte impediendi vnum contradictorium est libertas stricte determinandi aliud; sed Deus nullam habet veram libertatem stricte determinandi contradictorium

D. Anselm.
m. de casu
Diab. cap.
2.

Carrasco de
Volunt. dub.
6. n. 542.

rium carentiæ peccati, alias posset libere determinare peccatum: ergo Deus non habet libertatem stricte impediendi carentiam peccati.

116 Mihi sic publice disputanti dicebant; consequentiam prædictam esse nullam, unde posse Deum impedire consequens, licet non possit impedire præmissas. Instavi, quia sicut ex veritate conditionali, & existentia conditionis infertur existentia conditionati, ita evertendo ex defectu conditionati colligitur defectus conditionis, sicut hæc consequentia est recta; *Si Sol lucet dies est, sed dies non est: ergo Sol non lucet.* Dicebant; quod veritates præmissarum non poterant simul existere, quia unam esse veram inferebat alteram esse falsam. Urgentius instavi, veritas conditionalis; cum nil esse affirmet absolute, potest existere cum defectu conditionati; sicut simul sunt veræ istæ præmissæ: *Si Sol lucet dies est, sed dies non est.* ¶ Respondebis forte ex P. Iunio: Deum posse veritatem minoris impedire *permissivæ*, non *determinativæ*, nam conclusionis veritas impeditur collatione auxiliij *A*, quæ collatio per veritatem maioris à Petri libertate impedibilem, constituitur permissio peccati, adeoque permissiva impeditio minoris, quatenus omnis permissio unius rei est determinatio alterius: unde in hoc syllogismo; *Si Petrus haberet auxilium A peccaret; sed habet auxilium A: ergo peccat.* Deus determinando minorem permittit conclusionem. ¶ Sed hæc solutio præcauetur in forma argumenti; & ideo assumpsi hanc min. Deus non habet libertatem *stricte* impediendi illam minorem; *Petrus non peccat*, quia impedire non peccare per permittere peccatum non est stricte impedire peccati carentiam, sed non permissionem peccati. Ulterius autem insto: Antecedens indeterminabile ab aliqua libertate potest per bonam consequentiam inferre consequens ab eadem libertate determinabile: ergo antecedens incul

Innius sect.
1.6. 10.
17.

abile potest recte inferre consequens evitabile; Consequens constat, & prob. antec. formando ita syllogismum; *Si Petrus habet auxilium A non peccat; sed Petrus peccat; ergo non habet auxilium A.* Vbi consequentia est recta à veritate conditionali, & defectu conditionati ad defectum conditionis; & Deus non potest determinare mai. cuius veritas obiectiva est obiectum scientiæ mediæ: Nec min. seu existentiam peccati, & tamen determinat consequens, seu existentiam auxilij *A.*

§. 117. Antequam solutionem argumenti exhibeam;

referam aliquas, maiori explicatione indigentes, ut eas caveas ne vires obiectivæ augeas: Primo aliquis Doctus M. Resp. argumento num. 94. Concedendo voluntatem non posse impedire veritatem conclusionis legitime illatæ ex præmissis, quarum veritatem impedire non potest; unde nulla est libertas ad impediendam veritatem huius iudicij *Petrus consentit* in eo qui impedire non potest veritatem istorum principiorum: *Omni prædetermin. ad consensum consentit: Petrus est prædeterminatus.* Rationem præstat, quia ut voluntas posset impedire veritatem illius conclusionis necesse erat, quod posset dissentire in sensu composito veritatis præmissarum.

§. 118. Contra 1. supposita veritate præmissarum potest voluntas dissentire, licet non in sensu composito, in sensu diviso: ergo, & poterit impedire veritatem illius iudicij *Petrus consentit* in sensu diviso: Patet consequens. Quia idem est posse dissentire, ac posse impedire veritatem iudicij affirmantis consensum. ¶ 2. supposita veritate præmissarum voluntas libere determinat consensum, alias non esset libera in consentiendo: ergo potest impedire consensum; Necesse est enim, quod possit impedire id, quod libere determinat: Sed posse impedire consensum est posse impedire veritatem obiectivam, & exinde formalem huius iudicij

M. Carr.
de vol. dub.
6. n. 535.
M. Prudens.
disp. de vol.
dub. 2. sect.
B. n. 235.

dicij *Petrus consentit*: ergo. Prob. min. qui potest impedi-
 re causam, seu rationē à qua per se dependet effectus po-
 test impedire effectū, licet non è contra, sicut qui potest
 determinare causā potest determinare effectum. cū ea
 connexum; quod evidenter probant argumenta, quæ re-
 tuli à n. 106. ut ex eorum solutione constabit; sed hæc
 est differentia inter scientiā divinam, & creatam, quod
 scientia divina nec causatur, nec mensuratur à rebus, sed
 potius eas causat, res enim non sciuntur à Deo, quia sunt,
 sed sunt quia sciuntur; scientia vero creata ab objecto cau-
 satur, & procedit, ab eo enim, quod *res est, vel non est* iu-
 dicitur est verum, vel falsum: ergo, qui potest impedire
 veritatem obiectivam consensus, licet non possit impe-
 dire scientiam Dei de consensu potest impedire veritatē
 huius iudicij creati: *Petrus consentit*:

¶ 119. Si autem 2. Resp. posse impedire veritatē con-
 clusionis, qui nequit impedire veritatem præmissarum,
 dū veritas conclusionis subiacet potestati illius; & hanc
 veritatē *Petrus consentit*, ita se habere respectu voluntatis
 Petri prædeterminati. ¶ Manifeste est principium petere,
 quia argumentum assumitur ad probandū, non subiace-
 re veritatem conclusionis nisi potenti impedire veritatē
 præmissarū, & cū ut solvatur supponis veritatem conclu-
 sionis subiacere potestati impotentis impedire præmis-
 sas, Respondes supponendo, quod argumentum evertit,
 & clare principium postulas.

¶ 120 Tertio tamen cōmuniter solet dici; Prædeterm.
 non esse impedibilē, nec eius influxū, solum probare in-
 fluxū voluntatis, cū quo identificatur influxus prædeter-
 m. non esse impedibilē, prout à prædeterm. à Deo, & à
 causa prima, nō vero non esse impedibilē prout egredi-
 tur à voluntate, ut causa secunda, quia est contingens
 prout respicit voluntatē; ita Primarij nostri M. Carrasco
 & F. Ildef. Michael, qui pro se citat Zum. & Alv. & hanc

Carrasco
 ibi à num.
 538.

M. Carrasco
 à n. 578.
 F. Id. Mic.
 art. 8. de Vo
 l. dub. 1. ar
 tic. 365
 Zum. & Al
 v. ap. ipsum

doctrinā confirmat exemplo amoris Dei in Christo, qui est necessarius respectu Dei ut in se, & liber respectu Dei ut connexi cum creaturis: ergo non erit mirum eādem actionem respectu vnius principij esse impedibilem; & respectu alterius principij non esse impedibilem.

¶ 12^o. Sed hanc solutionem egre principio; quidem est, consensum prout subest prædeterm. vel decreto, vel prout à Deo, ut causa prima, esse à voluntate nostra inimpedibilem, est enim prædeterm. à voluntati à Deo immixtam esse ipsi voluntati necessariam, vel aliquā formalitatē ipsius consensus esse voluntati inimpedibilem, & necessariā ex vi necessitatis prædeterminationis? Si 1. nil dicitur, quod sit solutionis doctrina, explicandū enim est qualiter consensus, actio, & influxus voluntatis est adæquate impedibilis, si prædeterm. influere est à voluntate inimpedibile. Si 2. quod indicant, & ex exemplo quo confirmatur solutio colligitur, falsū omnino videtur; 1. quia extra rē est, in quocūque actu creato libero assignare formalitates realiter identificatas, vñā à me inimpedibilem, altera à me impedibilem; vñā dominio meo subiectā non alterā, licet vna sit realiter altera; hoc enim ita difficile est ut in decreto libero Dei superet captum nostrū. ¶ 2. quia hæc solutio confundit prædeterm. cū consensu prædeterminato, illa est inimpedibilis, hic *adæquate* intrinsece impedibilis, quia hoc cōcretū nō supponere pro forma, sed pro abstracto iam supra explicuimus. ¶ 3. posita prædeterm. consensus, volūtas est potens nō ponere omnes formalitates cōsensus; sed hoc est libere ponere omnes formalitates consensus, & nullam esse voluntati antecedenter necessariam: ergo. Prob. min. Voluntatē posse ponere dissensū, seu carentiā consensus est posse non ponere omnes formalitates cōsensus. Tū quia carentia cōsensus est carētia omnium prædicatorū cōsensus, qui est realiter indivisibilis; & posse ponere carentiā cuiuscūque

prædicati est posse non ponere id prædicatum. Tum;
 quia esse dissensum est non esse adæquate consensum,
 non pure connexive, sed essentialiter, & identice; ergo
 posse esse dissensum est posse non esse omnes formalitates
 consensus; & formalitas consensus, quæ non est, à
 voluntate nō ponitur. Sed voluntas prædeterm. ad con-
 sensum est potens ponere dissensum, seu carentiam con-
 sensus, alias libera non foret; ergo. ¶ 4. Nulla forma-
 litas intrinseca peccati permissi est voluntati anteceden-
 ter necessaria; ergo, & nulla formalitas consensus præ-
 determ. Antec. constat: Quia omnis formalitas, quæ sub-
 est permissioni explicat malitiam, & quod non est libe-
 rum malum morale esse non potest. Conseq. a paritate
 colligitur: Quia sicut est necessaria voluntati prædeterm.
 cum consensu connexa, est voluntati necessaria permis-
 sio connexa cum peccato. ¶ 5. me præmit hæc con-
 sideratio: Prædeterm. cum consensu est connexa; sed ab
 omni prædicato intrinseco consensus realiter distincta,
 sicut ab ipso consensu; quodlibet vero prædicatū consensu
 est cū alijs ipsius consensus realiter identificatum; Si igitur
 stat vnum prædicatum esse inimpedibile, & esse im-
 pedibile aliud realiter identificatum, cur facilius non erit
 prædeterm. esse inimpedibile, & esse impedibile quodli-
 bet prædicatum consensu cum ea connexum, sed ab ea
 realiter distinctum?

¶ VI. Resp. igitur ad 1. formam adductam num.
 94. neg. min. ad eius prob. neg. mai. quia si, stat potestas
 impediendi terminum cum impotentia impediendi cō-
 nexionis fundamentum, stat potestas impediendi verita-
 tem conclusionis cum impotentia impediendi verita-
 tem præmissarum, quæ est fundamentum connexionis,
 cum veritate conclusionis; similiterque adstruximus po-

Supra 9.4.
Sect. 11.

testatem *comparandi* terminum cum impotentia *comparandi exactum* ad terminum, ita & potentiam fatemur *impediendi* terminum cum impotentia *impediendi* conexum cum termino: Ad eius 1. prob. ex Arist. & D. Thom. desumptam Resp. quod hæc vox *necessarium*, dupliciter sumitur, vel prout opponitur *contingenti* qualiter necesse est esse, æquivaleret huic, impossibile est non esse. Vel prout opponitur *libero*; qualiter dicit non esse ex electione mea, esse, aut non esse; stat enim contingens non liberum; Aristotelis, & D. Thom. principium est, quod in bona consequentia, si est antecedens necessarium, seu non contingens, consequens non est contingens; *At, quod si antecedens non est in nostra potestate, nec consequens sit in nostra potestate, dialectica numquam tradidit; sed nec aliqua ratione potuit traddere, quia fieri optime potest, quod licet antecedens in mea non sit potestate, ponat tamen consequens in potestate mea, sicut sit in presenti: ut dixit M. Lemos; & hanc esse mentem Arist. constat ex verbis, quæ continuo protulit ad principium id suadendum, scilicet: Sicut ex veris nihil unquam nisi verum efficitur. Quæ ratio probat, quod si antecedens est necessarium, seu non contingens in bona consequentia, consequens nequit esse contingens, alias antecedens posset esse verum, & consequens falsum; quia hoc posset non esse, quia contingens, & illud non posset non esse, quia necessarium: si autem in bona consequentia, tam antecedens, quam consequens sit contingens, antecedens vero Deo liberum, & consequens mihi liberum, nullatenus inferes, antecedens posse esse verum, & consequens falsum, quia ex vi connexionis, quando voluntas libere falsificat consequens, Deus libere falsificat antecedens; sæpiusque D. Thom. prædictum argumentum sibi opposuit, & ita dissolvit. Unde patet ad 3. probati. Disparitas, cur ex principijs simpliciter necessarijs inferatur conclusio simpliciter*

Lemos tom.
1. tract. 3.
fol. 144

D. Th. 1.
p. 9. 14. ar.
1. 13. q. 1.
contrag. 6.
B. 2. rat. 4.

citer necessaria, & ex principijs mihi non liberis non inferatur conclusio mihi non libera? Quia antecedens bonæ consequentiæ posset esse verum, & consequens falsum, si esset antec. simpliciter necessarium, & consequ. contingens, ex eo autem, quod antec. mihi contingens, & non liberum, inferat consequens mihi liberum, hoc minime colligitur, sed solum libertatem falsificandi consequ. esse subordinatam libertati ad falsificandum antec. ¶ Ad ult. prob. desumptam ex eo, quod veritas consequ. includitur in veritate præmissarum solet. Resp. quod quando in præmissis affirmatur identitas extremorum cum medio, veritas conclusionis, quæ affirmat identitatem extremorum inter se, continetur in veritate præmissarum, ut in hoc syllogismo: *Omnis homo est animal, Petrus est homo: ergo Petrus est animal*: quando vero in præmissis solum affirmatur connexio, & non identitas formarum cum tertio, tunc veritatem conclusionis non contineri per *identitatem* in præmissis, sed solum illatiue per connexionem, ut in hoc syllogismo: *Omnis actu amans, est actu intelligens, Petrus est actu amans: ergo est actu intelligens.* ¶ Sed hæc solutio maiori eget explanatione, quia in omni syllogismo affirmatiuo ex identitate extremitatum cum tertio infertur identitas extremitatum inter se, quia nulla propositio affirmatiua est vera, nisi prædicatum identificetur cum subiecto, ut in syllogismo adducto illa maior, *Omnis actu amans est actu intelligens*, significat identitatem prædicati cum subiecto, non enim enuntiat amorem esse intellectionem, sed subiectum amoris esse subiectum intellectionis. ¶ Facilius ergo respond. quod quando conclusio contingens infertur ex duplici præmissa, vna necessaria, & altera contingente, tunc veritas conclusionis includit aliquid, quod non continetur identice in præmissis; sed tantum virtualiter illatiue, aut conexiue; Ratio: quia illa

P. Palanc
q. 17. num.
70.

extremitas, quæ erât in propositione necessaria cum me-
 dio, non affirmatur; ut *exerce* contingenter existens,
 cuius exercita existentia formaliter includitur in verita-
 te conclusionis, ut constat in syllogismo nobis obiecto,
 in quo illa maior, quæ est necessaria *omnis prædetermina-
 tus ad consensum consentit*, non exigit ad sui veritatem, nec
 existentiam contingentem prædeterm. nec existentiam
 contingenter consentus; quia, æquivalet propositioni
 conditionali, in minori vero *Petrus est prædeterm.* affir-
 matur: existentia exercita contingens prædeterm. in
 conclusione *Petrus consentit*, affirmatur existentia exer-
 cita contingens consentus, quæ existentia non contine-
 tur identice in præmissis, non quidem in maiori, quæ
 non exigit existentiam contingentem; nec prædeterm.
 nec consentus; non in minori, in qua solum includitur
 existentia prædeterm. quæ realiter distinguitur ab exis-
 tentia consentus; unde existentia consentus, quæ infer-
 tur pro conclusione in nulla ex præmissis est *identice*,
 sed tantum *illative*, exindeque possum impedire verita-
 tem conclusionis cum impotentia impediendi verita-
 tem præmissarum.

¶ Ad syllogismum ex P. Ant. Perez, de-
 sumptum Resp. esse fallacem: instatur enim manifeste, si
 ly *inevitabile* mutetur in ly *involuntarium*, hac forma:
*Omnis homo prædeterm. ad consensum consentit, & hoc est in-
 voluntarium Petro; sed Petrus est prædeterm. ad consen-
 sum, & hoc est involuntarium Petro: ergo Petrus consentit
 & hoc est involuntarium Petro.* Præmissæ sunt apud om-
 nes veræ, & consequens apud omnes falsum, quia li-
 cet Deus prædeterminaret consensum, consensus in v o-
 luntarius non esset; sed liber à coactione apud omnes
 existeret. ¶ Radicem fallacie explicuit Primarius Sal-
 mantinus, quia illa maior syllogismi, *Omnis homo præde-
 term. ad consensum consentit, & hoc est inevitabile*, potest ha-

bere duplicem sensum, nam vel *ly inevitabile* cadit supra consensum, ita ut propositio faciat hunc sensum: Omnis homo prædeterm. ad consensum, consentit *consensu* illi inevitabili, & tunc syllogismus est rectus; sed illa maior est falsa, quia in prædeterminato consensus est evitabilis; vel *ly inevitabile* cadit supra veritatem propositionis, ita ut faciat hunc sensum: veritas huius propositionis: omnis prædeterminatus ad consensum, consentit à nullo est evitabilis, & tunc propositio maior est vera, sed syllogismus ineptus, cuius fallacia multipliciter, constat, quia terminus *inevitabile* sæpius, repetitus, nunquam eidem subiecto applicatur, sed semper diversæ propositioni, nec additum, quod potest affirmari de præmissis, potest similiter conclusioni applicari, ut in exemplo adducto, cui facile alia adijcies, clare constat. Præiactus igitur syllogismus, si est rectus, maior est falsa. Si maior est vera, fallax est.

119 Ad id, quo argumentum vrgetur num. 96. Resp. concessa mai. neg. min. ad eius probationem, dist. mai. Non potest facere, quod conclusio ex præmissis illata sit falsa, qui non potest facere, quod aliqua ex præmissis deficiat, non potest facere absque alio impediente veritatem præmissarum, conced. cum alio impediente, seu faciente, quod aliqua ex præmissis deficiat, neg. *indigentia* enim adiutorio alterius ad falsificandam conclusionem non est *impotentia* ad falsificandum, sed *dependentia*; verū enim posse est, licet subordinatum, & dependens ad falsificandam conclusionem, quod *alterius ope indiget* ad falsificandum, quod enim falsitas conclusionis sit connexa cum falsitate alicuius ex præmissis, probat non posse esse falsam conclusionem, quin sit falsa præmissa, non tamen probat potentiam falsificandi conclusionem esse potentiam falsificandi præmissam, quia *libertas impediendi terminum alicuius connexionis,*
 non

Sect. 4.

non est libertas impediendi eiusdem connexionis fundamentum.

120 Ad confirm. ex num. 97. Resp. dist. mai.

Conclusio, quæ inferitur ex præmissis veris, & necessarijs non potest non esse vera, concedo mai. ex præmissis veris, & contingentibus, neg. Quia licet illatio sit necessaria, & consequentia necessitatem inducat, si præmissæ sunt contingenter veræ consequens est contingens. Non ergo potest voluntas facere, quod non sit illatio, sed potest facere, quod non sit illatum; & quod conclusio sit falsa non impediendo veritatem præmissarum, sed impedita. Sicut enim falsitas conclusionis consequentiæ necessariæ mutæ exigit falsitatem præmissarum, veritas conclusionis exigit veritatem præmissarum; Si igitur stat determinare veritatem conclusionis posita non ponendo veritatem præmissarum, stabit determinare falsitatem conclusionis posita falsitate, seu impedita veritate, non ponendo falsitatem, aut impediendo veritatem præmissarum.

121 Ad argumentum; quod demonstrationem vocavit Tyrso varias solutiones tradidit Ferre, quas redarguit ipse Rev. Tyrso, & eas similiter impugnat Mag. Carrasc. illis tamē omissis suppono, quod pro nūc disputandū non est, prædeterm. & habere influxum prævio in voluntatē, vt consentiat, qui influxus nihil aliud est realiter, quam ipsa prædeterm. & habere influxum in consensum, quatenus voluntas prædeterm. in consensū influit, qui influxus est realiter ipse consensus, nam voluntas prædeterm. non influit in consensum medio influxu, seu actione realiter distincta à consensu ipso; vnde eadem actio est voluntatis, & prædeterm. quatenus actio est realiter indivisibilis voluntatis prædeterminatæ. His suppositis dist. mai. prædeterm. actu influere in actionem amandi est actionem amandi exillere à parte rei prædeterm. influere influxu prævio in voluntatem, vt amat

Ferre tom.

2. in 1. 2.

in fin.

Tyrso tom.

4. disp. 7.

sect. 22.

Carrasc. de

vol. dub. 6.

amēt, nēg. mai. influxu voluntatis prædeterm. in actio-
nem, conced. mai. & dist. min. Voluntas prædeterm. nul-
lam habet potestatem ad faciendum, ne prædeterm. in-
fluat influxu prævio in voluntatem, conced. influxu ip-
sius voluntatis prædeterm. neg. & neg. conseq. Primus
enim influxus, cum sit realiter prædeterm. est inimpedi-
bilis à voluntate, sicut ipsa; 2. autem influxus, cum sit
actio amandi, est impedibilis à voluntate, sicut, & ipsa ac-
tio. ¶ Ad prob. min. resp. non esse actionem amandi ex
prædeterm. non posse impediri à voluntate, impediendo
existentiam prædeterm. vel prædeterm. existenti in-
fluxum, seu quod ad ipsam sequatur actio, sed posse im-
pediri impedito influxu prævio prædeterm. quia posse
impedire effectum, dum ex parte termini exigit esse im-
peditam causam, non est posse impedire causæ existen-
tiam, vel connexionem, sed posse impedire, impedita
causa; vt enim stabiliuimus, vt principium notum, quod
est *impossibilitas consequens, vt actio amandi deficiat, est
antecedenter impossibile, quod cum defectu actionis coniun-*
gatur. Quod ergo sit antecedenter impossibile volunta-
ti, coniungere defectum actionis amandi cum ipsa præ-
determ. solum probat esse necessitatem consequentem
actionis, & impossibilitatem consequentem defectus ac-
tionis. ¶ Ad id, quod alijs terminis vrgetur; eodem
modo resp. neg. antec. & ad eius prob. neg. mai. ad cuius
probationem Resp. quod impedire influxum passivum
prædeterm. *non impedita* pro priori prædeterm. esset, vel
facere, ne existeret prædeterm. vel ne ad ipsam existen-
tem sequeretur actio; posse vero impedire influxum pas-
sivum prædeterm. *impedita pro priori* prædeterm. nec
est posse facere, ne existat prædeterm. vel ne ad ipsam
existentem sequatur actio; & hoc solum modo potest
voluntas prædeterm. impedire influxum passivum præ-
determ. seu actionem sibi liberā; ita quod, vt existat ter-
mi-

Quaest. 5.
sect. 3. n.
44.



minus huius potestatis ut *pro priori* impedita prædeterm.

122 Ad argumenta proposita num. 99. Resp. ad

primum dist. mai. Tanta necessitate, quanta quis necessitatus est ad impedimentum dissensus, necessitatus est ad non dissentiendum, si sit necessitatus ad impedimentum directe, & immediate dissensus, conced. mai. ad impedimentum indirecte, & mediate dissensus, neg. mai. & tale impedimentum est prædeterm. In tantum enim impedit dissensum, in quantum infert consensum, non reddit tamen necessarium consensum, quia potentiam dissentienti non minuit: *Deus enim per ipsam ita velle donat, ut a perseveraturis potestatem, qua possunt nolle non auferat.* Nec impeditur potentia dissentienti per hoc, quod voluntas applicetur ad consensum, & hoc solum impedimentum dissensus necessitaret ad consentiendum, seu non dissentiendum.

123 Ad 2. Respondemus solutione ad ultimum num. 128. ubi exponimus, qualiter voluntas nostra possit vitare, aut ponere *coexistentiam* prædeterm. cum consensu.

124 Ad 3. ex num. 101. Resp. conced. antec. Quia verum est voluntatem necessitari ad hoc aggregatum: *Existit determinatio ad consensum, & non existit sine consensu*, propter probationem ibi inductam, & neg. consequentiam, scilicet voluntatem prædeterm. esse necessitatam ad hoc aggregatum: *Existit determinatio ad consensum cum consensu*; & dum instas: idem esse determinationem existere, & non existere sine consensu, ac existere cum consensu, Resp. idem esse *illative*, seu *connexive*, non vero esse idem realiter, & formaliter. Explico hoc adducendo aliam formam, quæ nobis opponi solet: dū est necessaria veritas conditionalis, & mihi est necessaria

ria, & inevitabilis existentia conditionis, est mihi inevitabilis existentia conditionati, hæc conditionalis est necessaria: *Si existit determinatio, existit consensus.* Quæ erat secunda pars aggregati, scilicet: *Determinatio non existit sine consensu*, alias est nobis necessaria existentia conditionis, quæ est existentia determinationis, & erat prima pars aggregati, *existit determinatio*: ergo erit nobis necessaria existentia conditionati, scilicet existentia consensus, quæ est illud aggregatum, *Existit determinatio ad consensum cum consensu.* ¶ Negamus, quidem mai. quia stat esse nobis inevitabilem conditionalem, & conditionem, & esse nobis evitabile, & liberum conditionatum; si tamen insites idem esse, esse veram conditionalem, & existere conditionem, ac existere conditionatum, quia cum conditio nequeat existere sine conditionato, conditionem existere, erit existere cum conditionato, quia existere *A*, & non existere sine *B*, est existere cum *B*. ¶ Resp. quidem, existere conditionalem, & existere conditionem, esse *illative* existere conditionatum, quia ex conditionali, & existentia conditionis per rectam consequentiam deducitur, non vero esse idem *formaliter*, quia existentia conditionati est realiter distincta ab existentia necessaria conditionalis, & existentia conditionis. ¶ Cum igitur in illo primo aggregato: *existit determinatio ad consensum, & non existit sine consensu*; solum affirmetur existentia absoluta conditionis scilicet *existit determinatio*, & existentia conditionalis consensus, scilicet *si existit determinatio existit consensus*, quia hæc est necessitas non existendi determinationem sine consensu; nullatenus affirmatur existentia absoluta consensus, in secundo vero aggregato, *existit determinatio ad consensum cum consensu*, non solum affirmatur existentia conditionis, seu determinationis, sed etiam existentia absoluta conditionati, seu consensus, cum vero existentia consensus sit realiter distincta

ta ab existentia determinationis ad ipsum, primum aggregatum erit realiter distinctum à secundo, licet sic cum illo connexum: Nobis ergo erit liberum secundum aggregatum affirmans consensum, non primum consensum non affirmans, sed determinationem Dei, & connexionem eius cum consensu. ¶ Iustoque haud inefficaciter argum. in sententia opposita. Deus nequit determinare hoc aggregatum *Existit peccatum, & si existeret auxilium A, non existeret peccatum*: non enim primam partem determinare posset, alias posset determinare existentiam peccati, nec secundam; quia est obiectum scientiæ mediæ Deo non liberum; ergo nequit Deus determinare; *existit auxilium A, & existentia auxilij non esset Deo libera*. Prob. conseq. Quia idem est auxilium A, non posse existere cum peccato, & existere peccatum, ac non existere auxilium A. Vide num. 116.

125 Ad 4. ex num. 102. Respond. dist. mira est necessitatus ut non deficiat ea determinatio: quia non est ei liberum non deficere, conc. quia non sit ei contingens non deficere. Neg. iam enim alibi diximus, quod ut ex veritate necessaria disiunctivæ inferatur veritas necessaria unius partis ex suppositione falsitatis alterius est necesse, quod suppositio falsitatis alterius sit necessaria, si enim una pars est contingenter falsa, licet disiunctiva necessaria sit altera pars est contingenter vera; Necessaria ergo est illa disiunctiva, vel deficit determinatio, vel existit cum consensu ex suppositione autem contingenti falsitatis primæ partis, in secunda solum inferatur contingens veritas.

126 Ad 5. ex num. 103. neg. antec. quia voluntas liberè coniungit, & potest non coniungere consensum cum prædeterm. & ad eius probationem neg. illam mai. *Non coniungere unum cum alio est separare*

vnum ab alio, in qua saepius haeret Rev. Tyrso, sed superius demonstraui esse falsam, quia *coniungere vnum cum alio*, stat per vtriusque defectum cum *separare vnum ab alio* constituatur per existeret vnum sine alio.

127 Ad 6. disting. ant. voluntatem cum praedeterm. consensus non consentire est impossibile antecedenter neg. consequenter conced. & eodem modo disting. consequens consentire est necessarium consequenter, conced. antecedenter neg. quia quomodo vnum contradictorium est impossibile alterum est necessarium, & necessitas consequens libertati non praui- dicat. Ad id, quod vrgetur alijs terminis, Respond. disting. illam mai. qui necessitatur ad vnum extremum impossibile *directe*, & *immediate* cum alio, non caret libere alio, concedo mai. & ideo, qui necessitatur ad a- morem non caret libere odio, si necessitatur ad extre- mum impossibile *indirecte*, & *mediate*, neg. mai. & necessitatus ad praedeterm. tantum necessitatur ad formam *indirecte*, & *mediate* incomponibilem cum dis- sentiu.

128 Ad vltimum obiectum num. 104: quod exigit, vt exponamus, qualiter voluntas possit *ponere*, aut *impedire* coexistentiam consensus cum praedeterm. vt plane satisfaciam duo praemoneo; 1. quod qui efficit vnum extremum coexistentiae, dicitur absolute effi- ciens *coexistentiam*, licet solum sit inadaequata causa il- lius; Ratio: quia non est alter modus efficiendi *coexis- tentiam*, nisi efficiendo extrema, quae coexistunt. 2. non sufficere ad *impediendam* coexistentiam, seu ad efficien- dam carentiam coexistentiae impedire alicuius extremi existentiam; Ratio: quia impediens vnus extremi exis- tentiam, potest necessario supponere impeditam alte- rius extremi existentiam; vnde, & coexistentiam duo- rum

rum, sed non dicitur verè per suam adivitatem ali-
 quid impediens, qui illud necessario supponit impedi-
 tum, sicut non dicitur voluntas impediens coexisten-
 tiam consensus cum chymæra, quia eam necessario sup-
 ponit impeditam per repugnantiam chymæra: ergo. ¶
 Evidens enim est disparitas inter primum, & secundum
 suppositum, ex hoc noto principio: *Vt duo coexistent
 debent illa duo existere; ut duo non coexistent, sufficit, quod
 unum ex illis duobus non existat.* Qui igitur unum effi-
 cit, licet aliud supponat, non supponit coexistentiam,
 & illam efficere potest; & ideo voluntas consentiens
 efficit coexistentiam consensus cum Deo, quia licet
 supponat Deum, non supponit coexistentiam sui con-
 sensus cum illo; qui autem unum extremum impedit, si
 aliud necessario impeditum supponit, iam supponit coe-
 xistentiam impeditam per alterius extremi defectum;
 unde non dicitur proprie impediens, nisi ad summum
 quoad sufficientiam conditionatam, hoc est, quod imp-
 ediret coexistentiam per defectum unius extremi, si
 ipsam non supponeret impeditam per alterius extremi
 defectum; & ideo impediens consensus, non est impe-
 diens coexistentiam consensus cum chymæra. Ex hoc
 principio Respond. coexistentiam consensus cum præ-
 determin. esse voluntati liberam, & eam voluntatem
 libere ponere: Ratio: quia voluntas consentiendo ponit
 hanc coexistentiam antea non positam: ergo libere eam
 ponit sicut libere consentit; carentia autem coexisten-
 tiæ non est voluntati libera, nec voluntas est proprie
 impediens coexistentiam impediendo consensus, quia
 dum voluntas est impediens consensus, est pro priori à
 Deo impedita prædetermin. sed per defectum præde-
 termin. impeditur coexistentia prædetermin. cum consensu,
 quia per defectum unius extremi, impeditur coexisten-
 tia duorum: ergo voluntas libere impediens consen-
 sum.

Iam, non est libere impediens coexistentiam, quam libere poneret, ponendo consensum; unde ad argumentum, neg. antec. ad eius prob. neg. conseq. & dum insistat, quod implicat unum contradictorium esse liberum, si alterum est necessarium; unde si est voluntati necessaria carentia coexistentiae, coexistentia nequit esse ei libera. ¶ Respond. illud principium esse verum in contradictorijs *in complexis*, esse tamen falsum in contradictorijs *complexis*, in his enim solum exigitur, quod idem extremum inadæquatū, quod libere pono, possim nō ponere; quin ex inde, possim impedire *cōplexū*, quod possū ponere; quia libere ponendo extremum inadæquatū *cōplexi*, alio extremo mihi non libero posito, pono complexum non positum; libere tamen impediendo ipsum extremum meae libertatis, alio mihi non libero iam impedito, non impedio complexum, quia iam impeditum impedire non possum.

§. VIII.

¶ 129 Ad argumenta, quae Adversarij opponunt à num. 106. inferendo à contradictorio consequentis *ex potentia impediendi terminum, potentiam impediendi eius de terminationem*, quibus etiam videtur ad colligendum ex potentia impediendi consensum, potentiam impediendi scientiam Divinam consensus, per differentiationem efficacem consensus, & ex potestate in Christo ad impediendam acceptionem mortis praecipuae, potentiam ad impediendam existentiam, aut obligationem voluntatis divinae praecipuae, facile, & breviter respondetur neg. mia. ad cuius prob. neg. etiam in. ad eius prob. neg. illam mai. qui potest impedire libere existentiam consensus, potest impedire libere coexistentiam consensus cum determinatione illius, quae licet, ut per se nota tradatur, esse aperte falsa, à supponitur determinatio impe-

dita pro priori ad impeditiōē consensus, quia ut iam
 diximus non impedit coexistentiam duorum, qui vnū
 impedit, altero pro priori impedito; Pro quo nota,
 quod impediens causam est impediens effectum; quia
 causa infert effectum a priori; ponens effectum, non po-
 nit causam; quia effectus tantum infert causam a poste-
 riori, ita impediens causam est impediens effectum, im-
 pediens effectum non est impediens causam. Deus igitur
 ponens, aut impediens determinationem consensus,
 ponit, aut impedit consensum, sicut verò voluntas po-
 nens consensum, non ponit determinationem, licet be-
 nē arguatur *existit consensus: ergo existit determinatio*, quia
 est consequentia a posteriori; & supponit determinatio-
 nem pro priori positam, ita voluntas impediens consen-
 sum, non est impediens determinationem, licet bene ar-
 guatur, *non existit consensus; ergo non existit determinatio*;
 quia est consequentia a posteriori, & supponit determi-
 nationem pro priori impeditam.

130 Ad 2. obiectum num. 107. Resp. esse fal-
 sum hoc principium, esse nobis liberum, & evitabile,
quod existit, si volo, & non existit, si nolim, quia ut aliquid
 sit nobis liberum, non sufficit, quod existat; si velimus,
 sed est necesse, quod existat, quia volumus; si enim non
 existit, quia volumus, sed potius volumus, quia existit,
 non est liberum nobis existere, ut enim August. dixit,
*Quia vocatio est causa bonae voluntatis, & non bona volun-
 tas vocationis Deo vocanti recte tribuitur, quod bene volumus,
 nobis tamen tribui non potest, quod vocamur*; Ex eo er-
 go, quod dum determinamur volumus, & si non deter-
 minamur nolumus, si determinatio est causa bonae vo-
 luntatis, nobis non tribuitur, quod determinemur, licet
 Deo determinanti tribuatur, quod velimus. ¶ Unde
 ad confirm. facilis est solutio, quia ponere consensum,
 est ponere aliquid connexum a posteriori cum determi-

natione; unde non est ponere determinationem: non consentire est tollere aliquid requiritum, ut effectum de-
 terminationis, unde non est tollere determinationem;
 sed sicut consentire est eam supponere positam; non
 consentire, est eam supponere impeditam.

131

Ad ultimum Respond. neg. antec. &

min. quoad secundam partem; quia sicut voluntas po-
 nit consentum posita praedetermin. quam non ponit, po-
 test ponere dissentum simul cum negatione praedeter-
 min. quam non ponit, quae *simultas* est ei possibilis, non
adequate, quia in eius potestate non est determinationis
 negatio, sed *inadequate*, quia in eius potestate est dissen-
 sus a determinatione diuisus, & cum negatione praede-
 term. compositus. Idē igitur, quod scripsimus de *coe-*
xistentia consensus cum praedeterminatione, ex Illust.
 Godoy; dicendum est de *simultate* consensus cum ipsa,
 quid enim aliud est duorum *simultas*, quam duorum *coe-*
xistentia; Idemque similiter est asserendum de *simultate*,
 aut *coexistentia* dissensus cum negatione praedetermi-
 consensus, hoc enim tantum est variare terminos non
 adijcere novam difficultatem; Hanc igitur *simultatem*
 potest voluntas efficere per dissentum non potest eam
 impedire per negationem dissensus, quia dum voluntas
 non dissentit supponit impeditam a Deo negationem
 praedetermi. consensus. ¶ Duo alia argumenta forte
 desiderabis dissoluta, vnum ex conceptu necessitatis an-
 tecedentis depromptum, quatenus egrē ex Sancto An-
 selmo, & iuxta veritatem explicetur qualiter praedeter-
 minationis non sit proprius; aliud ex iustitia correptionis
 comparatiue non consentientis impraedetermi-
 nati respectu consentientis praedeterminati; sed haec in
 tractatu de Concordia Libertatis cum scientia Deo li-
 bera futurorum contingentium conditionatorum, qui

Godoy disp.
 62. sect. 6.
 de Praedest.

aspirante Deo publicam videbit lucem, diffuse discutienda reliquimus. Hæc de 2. huius tractatus parte sufficienti, quæ fiat in gloriam sempiternam Omnipotentis Dei, eiusque Purissimæ Genitricis Virginis Mariæ, & in laudem, & honorem Divi Augustini Magni Ecclesiæ Parentis, Divi Thomæ Præceptoris Angelici, pro quorum doctrinæ intelligentia vera præsentem suscipi laborem.

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ veritatis Magistræ me, & omnia, quæ scripto protuli, aut verbo proferram humillime submitto, & ex corde subijcio.

FINIS.



I N D E X.

DISPUTATIONVM, QUÆSTIONVM, ET Sectionum, quæ in hoc tractatu continentur.

DISPUTATIO VNICA.

De Concordia Libertatis a necessitate consensus salutaris cum gratia, quæ adiuuando præuenit distincta ab ea, quæ præueniēdo excitat.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum gratia sit cum libertate consensus salutaris concilianda ex eo, quod non cogat violenter voluntatem, sed suaviter ei velle tribuat? Fol. 1.

Sect. 1. Gratiam præuenientem non pugnare cum libertate consensus salutaris; est veritas de Fide contra Pelagium, & Calvinum. Fol. 1.

Sect. 2. Nova Ianseniana gratiæ præuenientis efficacis cum libero arbitrio concordia refertur, & vt Hæretica, & ex Calvino de prompta reiicitur. Fol. 16.

Sect. 3. Hanc Iansenij sententiam a Sacro Tridentino Concilio, vt Hæreticam proscriptam esse demonstratur, & inepta cavillatio Iansenij refutatur. Fol. 19.

Sect. 4. Ex SS Ecclesiæ Patribus Iansenij cavillatio Tridentini Concilij Decretum illudens, evidentissimè refutatur. Fol. 24.

Sect. 5. Ianseniana Concordia gratiæ præuenientis cum nostra libertate ex M. P. Augustino manifeste reiicitur. Fol. 31.

Sect. 6. Argumenta Ianseniana dissolvuntur; & Augustinum libertatem a necessitate conciliasse cum efficacia gratiæ demonstratur. Fol. 36.

QUÆSTIO SECVNDA.

Utrum Scientia media sit necessaria ad concordiam gratiæ efficacis cum libertate consensus salutaris exponendam? Fol. 42.

Sect. 1. Status quæstionis, & scientia DD. Societatis exponuntur. Fol. 42.

Sect. 2. Sententia Angelicæ Scholæ negans scientiam mediam esse necessariam ad prædictam concordiam exponendam, defensanda suscipitur, & quantum in autoritate præemineat in nostra Complutensi Academia refertur. Fol. 45.

Sect.

I N D E X.

- Sec. 3.** **Authoritas Sententiarum Thomisticae ex egregijs Doctoribus,** qui ex statu Ecclesiastico saeculari in nostra Academia floruerunt. Fol. 50.
- Sec. 4.** **Angelicae Scholae inefficaciter opponitur Authoritas Academiae Complutensis.** Fol. 63.
- Sec. 5.** **Scientiam illam mediam non esse necessariam ad concordiam gratiae efficacis cum libertate contentus salutatis exponendam, ex M. P. Augustino probatur.** Fol. 81.
- Sec. 6.** **Omnem gratiam praevientem esse ab extrinseco efficacem minime exigitur iuxta M. Parentis Augustini mentem, ut cum vera libertate concilietur.** Fol. 86.
- Sec. 7.** **Idem assumptum amplius confirmatur.** Fol. 95.
- Sec. 8.** **Si Deus praedeterminat, aut condeterminat consensum liberum creaturae inutilis est scientia media ad conciliandam efficaciam gratiae cum libertate.** Fol. 105.
- Sec. 9.** **Obiectum Scientiae Divinae conditionatae contingentis consensus liberi exponitur: ut exinde inutilitas scientiae mediae ad conciliandam efficaciam gratiae cum libertate, licet Deus non praedeterminet intrinsece, aut extrinsece contentum liberum efficaciter colligatur.** Fol. 111.
- Sec. 10.** **Licet Deus non praedeterminaret intrinsece, aut extrinsece contentum liberum, scientia media inutilis foret ad conciliandam efficaciam gratiae cum libertate contentus.** Fol. 124.
- Sec. 11.** **Alia solutio principalis rationis refutatur.** Fol. 132.
- Sec. 12.** **Argumenta evertendo conclusio nostra amplius illustratur.** Fol. 141.
- Sec. 13.** **Tertium argumentum conteritur, & probatur, libertatem nostram subsistere cum voluntate efficaci Dei, & efficaci gratia, quin libertas sit potestas impediendi voluntatis existentiam, aut gratiae efficaciam.** Fol. 149.

QVÆSTIO TERTIA.

- Vnum gratia praeviens adjuvando concilietur cum vera libertate contentus salutatis, quatenus sua intrinseca efficacia inferat eius substantiam, & libertatis modum?** Fol. 163.
- Sec. 1.** **Gratia ex se efficax non pugnat cum libertate contentus salutatis, quia determinat eius substantiam, & modum libertatis.** Fol. 163.
- Sec. 2.** **Doctrina communis Authorum Sententiae oppositae refertur, & ex Div. Thoma impugnatur.** Fol. 170.
- Sec. 3.** **Deus per praevientem gratiam determinat substantiam, &**

modum libertatis consentus salu-
sum, ut posse ad dissentum non auferat.

Sec̄. 4. Rationibus explicatur concordia gratiæ
uenientis consentum salutarem; cum eius libertate
Fol. 183.

Sec̄. 5. Disputationis vltima elucidatio; amplius roborando princi-
pium non peti, dum prædeterm. coexistere libertati edocetur, quia
in actu, & modum ipsum libertatis infert. Fol. 197.

QVÆSTIO QVARTA.

Vt prædeterminatio exacta ad actum salutarem, seruet illam li-
bertatem eius, ex eo, quod posse ad actum non constituat? Fol. 203.

Sec̄. 1. Prædeterminatio ad actum nequit esse constitutum exac-
tum, ut sit potestas proxima, & expedita agendi. Fol. 205.

Sec̄. 2. De facto auxilium identice prædeterminans in eo, qui saluta-
riter agit non constituit posse agere. Fol. 218.

Sec̄. 3. Si gratia prædeterm. potestatem consentiendi constitueret li-
bertatem consentus perimeret; vnde est impossibilis libertas con-
sentiendi per gratiam prædeterm. constituta. Fol. 229.

Sec̄. 4. Gratiæ præueniens adiuvando voluntatem, ut consentiat, ef-
ficax, aut prædeterminans, licet exacta ad agere non constituit
potestatem expeditam agendi. Fol. 238.

Sec̄. 5. Prædeterminatio ad actum salutarem non constituit posse, li-
cet nō constituatur in actione Dei, sed in aliquo intrinsece in volun-
tate recepto, & ab actu distincto. Fol. 244.

Sec̄. 6. Prædeterminatio non constituens posse agere illam seruat
libertatem actus, principium enim determinans actum, & indepen-
dens à libertate, si non constituit potestatem agendi cum libertate
actus non pugnat. Fol. 264.

Sec̄. 7. Ianleniana argumenta inferentia gratiam ab intrinseco effi-
cacem in statu naturæ lapsæ esse exactam ad posse salutariter ope-
rari obijciuntur, & diluuntur. Fol. 272.

Sec̄. 8. Solvuntur argumenta, quæ intendunt auxilium identice effi-
cax in salutariter operante constituere potestatem agendi. Fol. 344.

Sec̄. 9. Dissolvuntur argumenta, quæ prædeterm. constituentem posse
agere non officere libertati, contendunt. Fol. 371.

Sec̄. 10. Substernuntur argumenta contraria prædeterm. constituere
actum primum ex eo, quod intrinsece inhaereat voluntati, præve-
niendo actum secundum. Fol. 381.

Sec̄. 11. Dissolvitur capitale argumentum Societatis intendens præ-
determinationem exactam ad consentum salutarem constituere pos-
se.

INDEX.

le, quia dū abest, nulla adest potestas expedita cōsentiendi. Fol. 388.
Sect. 12. Dissolvuntur argumenta, quæ intendunt de conceptu agentis liberi esse non determinari ab alio, & ex inde prædeterminationem adhuc non constituentem potestatem agendi pugnare cum libertate actus. Fol. 441.

QVÆSTIO QVINTA.

Vtrum prædeterminatio ad consensum pugnet cum eius libertate, quia voluntas non potest ei resistere. Fol. 463.

Sect. 1. Gratiam prædeterminantē esse irresistibile firmatur. Fol. 464.

Sect. 2. Probatnr prædeterminationem consensus, cui voluntas non possit resistere per dissensum non lædere libertatē consensus. Fol. 475.

Sect. 3. Sophisticæ argutiæ scitu dignæ refutatur, & potestatem dissentendi non esse potestatem resistendi prædeterminationi, roboratur.

Sect. 4. *Argumentis ex Concilio Tridentino desumptis satis fit & voluntatem non posse dissentire gratiæ efficaci, nec eam abijcere defenditur.* Fol. 506.

Sect. 5. Quantum distet Angelicæ Scholæ Doctrina à Calvini, & Iansenij, Hæretico errore, evidenter exponitur. Fol. 524.

Sect. 6. Argumenta difficilia Societatis, quæ intendunt gratiam irresistibilem tollere libertatem, solvuntur. Fol. 540.

QVÆSTIO SEXTA.

Vtrum gratia prædeterminans consensum pugnet cum illius libertate, quia non potest à voluntate impediri? Fol. 549.

Sect. 1. Probatnr gratiam prædeterminantem esse à voluntate nostra in impedibilem quoad existentiam, &c. Fol. 553.

Sect. 2. Semel admissa prædeterminante gratia eius impedibilitas non exigitur, vt consensus sit liber, &c. Fol. 562.

Sect. 3. Gratia efficax, cum qua de facto operamur, est à nobis in impedibilis quoad existentiam. Fol. 565.

Sect. 4. Siat vera libertas ad impediendum consensum per dissensum, quin sit potestas impediēdi prædeterminationē consensus. Fol. 580.

Sect. 5. Solvuntur difficilia argumenta intendentia gratiam efficacem esse à nobis impedibilem ex SS. PP. & à ratione desumpta. Fol. 587.

Sect. 6. Solvitur primum argumentum intendens voluntatem prædeterminatam ad consensum non esse liberam, nec posse dissentire si non potest resistere, aut impedire prædeterminationem; vbi de vera intelligentia sensus divisi, & compositi. Fol. 602.

Sect. Ultima. Solvuntur argumenta desumpta ex hoc principio: determinatio ad consensum inevitabilis à nobis quoad suam existentiam pugnat cū libertate consensus, seu potestate dissensus. Fol. 623.

